This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

## Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

## About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

8° 1036

Digitized by Google

FCC
14886
299.3
C 27
~~113. 8.~~
Digitized by Google

Digitized by Google

# R. P.
# NICOLAI CAVSSINI
E SOCIETATE IESV
# DE SYMBOLICA ÆGYPTIORVM SAPIENTIA.
HORI, PIERII, ET ALIO-RVM HIEROGLIPHICA.

BIBLIOTECA

Digitized by Google

Digitized by Google

# DE SYMBOLICA 14886
# ÆGYPTIORVM
# SAPIENTIA,

IN QVA

SYMBOLA, ÆNIGMATA, EMBLEMATA, PARABOLÆ HISTORICÆ APOLOGI, HIEROGLYPHICA,

EX HORO APOLLINE, CLEMENTE ALEXAND. S. EPIPHANIO, SYMPOSIO *Poëta, cum Notis & Obſeruationibus,*

ITEMQVE

POLYHISTOR SYMBOLICVS ET PARABOLARVM HIST. STROmata Libris XII. complectens.

*Authore,*

R. P. NICOLAO CAVSSINO TRECENSI E SOC. IESV.

*Accedunt in Appendice*

IOAN. PIERII VALERIANI HIEROGLYPHIcorum Analyſis, per R. P. NIC. CAVSSINVM S. I.

Item

EX R. P. MAX. SANDÆI SOC. IESV SYMBOlis Theologicis, & Vitæ, & Mortis ſelecta.

*Quid præterea, vide pag. ſequenti.*

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud IOANNEM KINCHIVM ſub Monocerote veteri
ANNO M. DC. LIV.

Permiſſu ſuperiorum & Priuilegio S. C. M. Generali.

Digitized by Google

# APPROBATIO.

STephanus Charletus Prouincialis Societa-
tis Ieſu in Prouincia Franciæ, poteſtate a-
id mihi facta ab admodum R. P. N. Præpoſi-
to Generali Mutio Viteleſco, facultatem con-
cedo, vt P. Nicolai Cauſſini è Societate Ieſ-
Sacerdotis, de Symbolica Ægyptiorum Sapi-
entia libri, eruditorum ex eadem Societate no-
ſtra virorum iudicio approbati, typis excu-
dantur.

Datum Flexiæ XIX. Nouembris, 1616.

Stephanus Charletu

CONTENTA HOC OPERE

# DE SYMBOLICA ÆGYPT-
ORVM SAPIENTIA.


LIBRI INSTITVTVM.

*Quod Symbolica Ægyptiorum ſapientia antiquiſſima.*

*Hieroglyphicæ Scientiæ ſemina ab Hæbræis.*

*Apud Ægyptios particulariter culta.*

*Quibus ſua conſecrarint.*

*Non ſolis Ægyptijs in vſu.*

*Quid differant* SYMBOLVM, ÆNIGMA EMBLEM-
PARABOLA, APOLOGVS, HIEROGLYPHICA. *fol.* 1.

QVIS HORVS *auctor Hieroglyphicor. fol.* 5.

HORI APOLLINIS NILIACI. *Hieroglyphica, quæ ip-
quidem Ægyptio ſermone prodidit, Philippus vero ling-
Græca donauit. lib.* 1. *pag.* 7.

*De Sacrarum apud Ægyptios inſculptarum literarum in-
terpretatione. lib.* 2. *pag.* 35.


Digitized by Google

*Ex* Clementis Alexandrini *libro quinto ſtromatum Hieroglyphica p.* 60.
*Ex* Diodori *Bibliothecæ hiſtoriæ libro tertio pag.* 63.
*Ex* S. Epiphanii *Expoſitionibus Phyſiologicis. p.* 64.
*Ad Hieroglyphica* Hori Apollinis, *obſeruationes p.* 79.
*Ad* Clementis Alexand. *Hieroglyphica obſeruationes. f.* 128. *Ænigmata* 100. *Sympoſij Poetæ fol.* 139.

## *INDEX HIEROGLYPHICORVM Hori Apollinis & quæ in obſeruationibus* R. P. Nic. Cavssini *reperies in fine.*

## *SEQVITVR INDEX ALPHABETICVS Ænigmatum Sympoſij Poetæ.*

Acetum ex vino 81
Acus 55
Anchora 99
Annulus 3
Aranea 17
Arundo 2
Balneum 87
Beta 42
Caliga 56
Calix 74
Capillus 58
Capra 35
Catena 5
Centaurus 39
Cepa 44
Clauis 4
Clauus calig. 57
Coclea 18
Conditum 80
Cornicula 27
Cucurbita 43
Ebur 49
Echo 96
Ericius 29
Farina 52
Fenum 50
Flagellum 65
Flumen, & piſces 11
Formica 22
Fumus 7
Funambulus 93
Glacies. 10
Graphium 1
Grus 26
Gurgulio 24
Hamus 54
Lagena 100
Lapis 73
Laterna 66
Lilium 46
Lupus 33
Luſcus 92
Malleus 84
Malua 41
Malum 82
Miles Podagricus. 91
Mola 51
Monumentũ 98
Mulier geminos pariens. 90
Mus 25
Muſca 23
Mirrha 48
Nauis 13
Nebula 8
Nix 12
Papauer 40
Pecunia 89
Pedicula 30
Perna 83

Phœnix 31
Pila 59
Piſtillus 85
Pluuia 9
Pons 61
Porcus 36
Pullus in ouo 14
Puteus 70
Rana 59
Ratio 69
Roſa 45
Rotæ 76
Sagitta 64
Scalæ 77
Scopæ 78
Serra 40
Silex 75
Somnu 97
Speculs 67
Speculum 68
Spongia 62
Talpa 21
Taurus 32
Tegula 6
Teſſera 88
Teſtudo 20
Tinea 10
Tintinnabulum 79
Tridens 63
Tubus 71
Tus 47
Tygris 38
Veſpertilio 28
Vitis 53
Vipera 15
Vmbra 95
Vter 72
Vulpes 24


# POLYHISTORIS SYMBOLICI STROMATVM LIB. XII. Ordo & Numerus.

I. Mundus
II. Dii gentium
III. Hominis boni
IV. Hominis mala
V. Ritus gentium
VI. Aues
VII. Quadrupedes
VIII. Piſces
IX. Serpentes, & inſecta
X. Plantæ
XI. Lapilli
XII. Manufacta.

INDICEM POLYHISTORIS SYMBOLICI hiſtoricum & moralem copioſum reperies in fine eiuſdem libri.

APPENDIX QVÆ HVIC OPERE ACCESSIT, CONTINET.

I. IOANNIS PIERII VALERIANI *Hieroglyphicorum Analyſis, per R. P.* NIC. CAVSSINVM *è Soc. Ieſu ſelecta.*

II. *Ex* R. P. MAXIMILIANI SANDÆI, *Soc. Ieſu Theologia ſymbolica & ſymbolis vitæ humanæ & mortis.*

III. *Ex libro* DIONISII AREOPAG. *de cœleſti Hierarch.*

IV. *Ex* S. EVCHERII *Epiſcopi Lugdunenſis formalis ſpiritualis Intelligentiæ.*

AV-

Digitized by Google

# AVTHORIS DEDICATIO

*Clariſſ. atque integerrimo viro*

# NICOLAO.

## RASSENTIO, NEVSTRIÆ RATIONALIVM PRÆSIDI.

MVNVS amicitiæ noſtræ iampridem debitum (Præſes clariſſime) reddo cumulatiore menſura, quàm aut ego deſtinaram, aut tu videbaris expectare; Nam præter Hori Niliaci Hieroglyphica notis obſeruationibuſque noſtris illuſtrata, *Polyhiſtorem Symbolicum* addidi ex varia hiſtoriarum ſententiarumq́ue opulentia concinnatum. Memini quo olim ſtudio hæc à me deſiderares, vt quæ mihi rudibus inchoata commentarijs excidiſſent, à te præcerpi, & per amanuenſes exſcribi cernerem; non quod ingenij mei labores tam impenſam curam promererentur, de quibus ego ſemper malui conſcientiæ meæ, quam nimis blandæ amicorũ exiſtimationi credere: ſed condonandum fuit hoc amori tuo, qui in iſtis etiam rebus honeſtam putat quamdam propè dixerim cæcitatem. Quamobrem feci, quod res ipſa ſuadebat, vt quos antea præcoces fructus auebas minutatim colligere, eos tibi pleniores, & ſua maturitate conditos iucundiùs offerrem: cui enim hæc æquiùs debebantur? Mitto fami-

liæ

Digitized by Google

liæ tuæ nobilitatem, cuius profecto tantus eſt ſplendor, vt cum Patrem tuum magni nominis virum, cùm auos, & proauos, qui in Neuſtria ius cum ſumma dignitate dixerunt, cùm Te ipſum cogito, videatur mihi Iuſtitia veſtram domum quaſi ſuorum ſacrorum aram delegiſſe. Te certè eo magis ſemper colui, quod iſtis ornamentis adiunxiſti caſtiſſimum religionis amorem, fidem, conſtantiam, humanitatem, & quæ hoc ſæculo rariſſima eſt, aurei generis particulam, ſimplicem quandam, ſine fuco, & lenocinijs probitatem. Quibus tu imprimis virtutibus, tum multis inſuper promeritis, cùm noſtram ſocietatem, meque priuatim deuinxeris; volui vt hoc meæ erga te obſeruantiæ publicum extaret monumentum, quo ſi non amori tuo planè reſponderem, viderer tamen non ingratus, ſed oppreſſus beneficijs.

Ex Henrici Magni Collegio.

*Flexiæ Idibus Martij*

Tuus in Chriſto
NICOLAVS CAVSSINVS

DE

A.

# DE SYMBOLICA ÆGYPTI-ORVM SAPIENTIA.

## R. P. NIC. CAVSSINI E SOC. IESV.

### LIBRI INSTITVTVM.

*CVm Libros de triplici eloquentia, & apparatum quendam ex florentiſſima exemplorum copia ad oratoriam facultatem inſtruerem adieci quoque animum ad ſymbolicã veterũ ſapientiam, cuius veluti gemmis illuminata fulgere gratius epidictica ſolet eloquentia.*

*Placuit autem conſultò vitare tritam ſimilitudinum copiam & eas conſectari, quas antiqui ſacras nominarunt, vt quæ à plebeio vſu remota ex ſanctioris cuiuſdam diſciplinæ adytis eſſent deprompta.*

*Quo in genere primum locum obtinent Ægyptiorum Hieroglyphica, ſeu mauis ſacras Sculpturas & imagines appellare, quas etſi Pierius aliique complures attrectarint, dulcius tamen viſum eſt & grauius, ex Hori Ægyptij libello, quem cernebam ab ipſo Pierio in multis parum fideliter expreſſum, à nonnullis etiam interpretibus fœdè corruptum, tanquam ex fonte repetere.*



Digitized by Google

*Nam cum in editionem Romanã, quæ ex Merceri, & aliorum interpretatione coaluit, incidiſſem, (non ſum qui alienis inſultem laboribus) ſed miratus ſum quo pacto Mercerus ipſe,* Turturem auem *nobis* pro paſtinaca piſce, *&* Turturem quidem cum mammis & dentibus, tum Salamandras bicipites, *non tolerandis ſanè erroribus exhiberet, itaque has & ſimiles maculas ex Hori verſione diſpunxi, notis illuſtraui, obſeruationibus ad locos præſertim difficiliores locupletaui.*

*Poſtremò addere viſum eſt, quæ Clemens Alexandrinus & S. Epiphanius in hoc argumenti genere ſunt commentati.*

*Alio deinde opere D.* Epiphanij *veſtigijs inſiſtens* Polyhiſtorem Symbolicũ *in* XII. *libros diuiſum edidi, qui variorum ſymbolorum & parabolarum hiſtoricarum ſtromata ex omni hiſtoria magna eruditionis copia & ſuauitate complectitur. Hæc de libri inſtituto.*

---

# QVOD SYMBOLICA HIEROGLYPHICORVM SCIentia antiquiſſima ſit, & ea Moyſes apud Ægyptios imbutus fuerit, primi quoque Græcorum Philoſophi exculti.

*NVlla vnquam ætas extitit tantis ignorantiæ tenebris implicata, quæ non aliquis ſapientiæ radius velut per nubes emiſſus, ſaltem refracto ſubluſtriq; lumine vibraret.* Eſt

Digitized by Google

*Eſt enim blanda & conciliatrix, & quaſi ſui leua ſcientiæ illecebra, quæ non patitur hominem tanquam ſaginati corporis inutilem belluam perpetuò ad paſtum curaſq́. nugatorias abijci, ſed quandam honeſtatis facem infixit pectori, quæ ſi fuerit excitata crebrius, illos, quos in animis hominum cernimus ſciendi igniculos non obſcurè ventilabit.*

*Inde omnes artes ſcientiæq́. floruerunt, quibus animus contra ſarcinam corporis, & iſtam ſalebroſam rerum exilitatem fortiter eluctatus, effecit, vt lux ingenij in præclariſſimis ſtudijs adoleſceret, tandemq́. ad formam ſcientiæ magis cumulatam non mollibus quidem cliuis, ſed varijs difficultatum anfractibus contenderet.*

*Primi hominum poſt Hebræos Ægyptij hoc ſciendi deſiderium videntur præter cæteros impenſius excoluiſſe, & per varias diſciplinas peruagati ſe exquiſitis ingenij inuentis nobilitaſſe.*

*Magni autem ſemper nominis apud eos fuit Hieroglyphicorum ſcientia, inter arcanas numerata diſciplinas, & paucis ijſq́. nobilibus ſacerdotum ingenijs celebrata, qua & imbutum Moyſem accepimus. Nam cum illum* Eruditum omni ſapientia Ægyptiorum*, ſacræ dicant literæ, Philo in libro de vita Moyſis, rem plenius explicans ait, Moyſem numeros & Geometriam, vniuerſamq́. Muſicam, tum practicam, tum contemplatiuam accepiſſe ab Ægyptijs doctoribus, & inſuper occultam philoſophiam deſcriptam literis, vt vocant hieroglyphicis, hoc eſt notis animalium, quæ ipſi venerantur pro numinibus.* καὶ προσέτι τὴν διὰ συμβόλων φιλοσοφίαν ἣν ἐν τοῖς λεγομένοις γράμμασιν ἐπιδείκνυνται, καὶ διὰ τῆς τῶν ζώων ἀποδοχῆς ἃ καὶ θεῶν τιμαῖς γεραίρουσι.

*Act. 7. 22.*

*Philo de vita Moyſis.*

*Ex quo apparet quam vetus ſit illa ſapientia, quæ & Moyſem diſcipulum habuerit. Plato in Philebo literarum Ægyptiorum inuentionem tribuit Theuto ſiue*

Digitized by Google

*to ſiue Taauto, quem huius gentis primum docto-rem facit Philobiblus, qui Sachoniatonis authoris antiquiſſimi hiſtoriam accuratiſſima (vt ait Euſe-bius) cura Græcè vertit: Græcos autem poſtea his Ægyptiorum excultos diſciplinis nemo negat, & id in-genuè fatetur ille Academicorum princeps in Epino-mide, nec diſſimulat Orpheus in Argonauticis, vbi narrat ſe Ægyptum luſtraſſe his verbis.*

Ηελ ὅσον Αἰγύπτιον ἱερὸν λάχον ἐξελόχευσα.
Μέμφιν ἐς ἠγαθέην πελάσας, ἱεράς τε πολῆας.

*Refert quoq; Proclus, Solonem apud Ægyptios in Sais audiſſe ſacerdotem nomine* Partanit, *in Helio-poli eum qui dicebatur* Oclapi, *in Sebemyto* Ethy-mon, *à quibus non dubium eſt quin hanc ſymboli-cam ſapientiam acceperit, cuius veſtigia in ſuis ſen-tentijs reliquit Pythagoras cum* Ænopheum *Helio-politam præceptorem habuiſſet, miratus quam ab eo acceperat hieroglyphicorum ſolertiam in ſuis quoque ſymbolis apud Græcos propagauit.*

---

## HIEROGLYPHICAE SCIEN-TIAE PRIMA SEMINA AB HE-bræis mentibus profecta.

*Alexander auctor Iu-daicæ hiſto-riæ citatur ab Euſebio, & Eupole-mus auctor libri de Iu-dæ Regibus à Clemente Alexandr. Strom. lib. 1.*

NEque tamen crediderim primos omnino hu-ius ſapientiæ auctores Ægyptios fuiſſe: Nam ſi quod ait Alexander hiſtoricus in eo volumine, quod de Iudaica hiſtoria conſcripſit, Abraham in Heliopoli cum ſacerdotibus Ægyptijs vixit, à quo illi Aſtrologiam didicerunt, quam ſe ab Henoch longa annorum ſucceſſione propagatam accepiſſe profitebatur: Credibile eſt cæterarum quoque ſcientiarium ſemina per Abrahamum ſparſa, nec ſymbolorum, aut ænigmatum velis, quibus omni antiquorum adumbrata fuit ſa-pientia, caruiſſe.

Accedit

Digitized by Google

Accedit quod Deus hunc mundum ex tot rerum varietate coagmentatum, quaſi ſcenam politiſſimis imaginibus diſtinctam primorum ſtatim hominum oculis obiecerit, vt per ea quæ cernerent ſimulachra, velut per nubeculam intermicantes diuinitatis radios intuerentur. Nec immeritò Epictetus dixit ineſſe hominum animis, τὰ θεοῦ σύμβολα, quæ ipſe nobis per tot obiectas ſui ſpecies inurit. Quamobrem facile crediderim Adamo, Enocho, Noëmo, & cæteris illis primæ ætatis hominibus, quot res creatas in hoc orbe terrarum cernerent, tot viſas fuiſſe literas magno diuinitatis fulgore illuminatas, quibus illud æternæ mentis numen ſuum nomen mortalibus conſignaret.

Facit vt hoc credam, poſterorum, qui eodem ſpiritu afflati ſcripſerunt, ſolers & excogitata ratio, qui tam ſæpè religionis noſtræ myſteria ſymbolis figuriſque adumbrarunt, vt nihil ſit in ſacro inſtrumento frequentius. Et tanti quidem figuratum ſermonem Hebræi veteres fecêre, vt quicquid eſſet acutè dictum, quicquid aculeos haberet, & gratiam ingenij, hoc משל Maſchal appellarent, quod nomen propriè ad parabolas ſimilitudineſque pertinet.

## SYMBOLICA SAPIENTIA APVD ÆGYPTIOS PECVLIARI ratione culta.

*Verum Ægyptij, vt hanc de ſymbolis ſcientiam præ cæteris magno in pretio ſemper habuerunt, multiſque figurarum monumentis celebrarunt, non fruſtra dicuntur reli-* *Duplex Ægyptiorum ſcientia.*

*quis*

*quis hominibus eiuſdem auctores fuiſſe. Et certè licet ex Philone & Clemente Alexandrino colligere, duplicem fuiſſe ſcientiam Ægyptiorum, vnam quidem popularem apertam, & expoſitam omnibus; puta Geometriam, Aſtrologiam, Arithmeticam; Muſicam; Alteram vero arcanam & ſacram, dictam Hieroglyphicam, qua per ſymbola quædam atque ænigmata, grauiſſima quæque Theologiæ, Phyſiologiæ, & Polyticæ facultatis myſteria & dogmata denotarent.*

*Philo de vita Moyſis Clemens ſtrom. li. 1.*

*Et hæc quidem erat penes omnium doctiſſimos ſacerdotes ex quo ἱερατικὰ γράμματα hanc de ſymbolis ſcientiam Origenes Appellat in caput ſecundum epiſtolæ ad Romanos. Quin addebant cœleſtem quandam virtutem præeſſe Hieroglyphicorum ſapientiæ, quæ eius candidatos illuſtraret, & in tot rerum ambagibus diſcuſſa tenebrarum caligine ad intelligentiam ſubtilium rerum promoueret.*

*Virtus præſes Hieroglyphicorum ſtatuebatur ab Ægyptijs*

*Origen. homil. 1. ſuper Numeros.*

# QVIBVS MONVMENTIS ÆGYPTII SVA HIEROglyphica conſecrarint.

AT verò, ne vnquam huius ſcientiæ memoria excideret, auebant in operoſis obeliſcorũ pyramidumque molibus, tum in apparatiſſimis templorum valuis conſecrare ſymbolorum ſuorum monumenta; quod S. Cyrillus Alexandrinus aduerſus Iulianum diſputans de Moyſis figuris, clariſſimè oſtendit. Innuit quippe fuiſſe apud Ægyptios quoſdam ænigmatum magna induſtria & grauitate præditos, quos illi nominare ſolent Hieroglyphos, qui templis & obeliſcis notas inſculpebant, non vulgaribus vtentes li-

*Cyrill. aduerſ. Iuliã. lib. 9.*

teris,

teris,ſed alijs figuris rerum naturas effingentes, prudentiorum augebant ſcientiam (addit autem aliquot exempla) Si vellent, inquit, ſignificare Deum,hoc eſt ſummam,& quæ ſuper omnia eſt naturam, pingebant oculum: cui ſceptrum ſubſtituebant, vt per hoc intelligatur, quod omnia videat, & ſit ei regia dignitas. Nam ſceptrum ferè regis intelligitur ſymbolum, quamuis etiam per ſtantem baculum, quod nullo modo diuina natura labefactari poſſit, ſed quaſi ſemper ſtare, & quodammodo ſuſtinere, & fundare omnia, diſcatur. Dicuntur autem aſpidem fingere in figuram cœli, eò quod in circulum feratur: & ſerpentem in figuram temporis, eò quod longus ſit, & multis voluminibus flexuoſus leniſſimè repit. Inſuper & furorem & iram per ænigma declarantes, inſculpebant craticulam, cui ſubijcitur ignis & cor ſuperponitur: hæc ille de ſculptura Hieroglyphicorum.

Anaſtaſius quoque Synaita Patriarcha Antiochenus, de pyramidibus huiuſmodi figuris apud Ægyptios cælatis meminit, cum ait Ægyptios ſacra ratione draconem qui vorat caudam, inſculpere in pyramidibus, æternam & indiuiduam circumactionem diuinarum rerum ſignificantes. Quo pacto autem, & quam variè ſæpè aſperſa eſſent in iſtis monumentis Hieroglyphica ex germana figura, quam in fronte libri propoſui, potes agnoſcere. Huc ſpectant illa Lucani.

*Anaſtaſius Synata Anagogicarũ contemplat. in Hexaemeron l. 1. ſub finem.*

*Nondum flumineos Memphis contexere libros,*
*Nouerat, in ſaxis tantum volucreſque, feræque,*
*Sculptaq; ſeruabant magicas animalia linguas.*

QVOD

# QVOD NON SOLI ÆGYPTII HAC SCRIBENDI FORMVLA per Hieroglyphicas literas fuerint vſi.

PRIMVM *igitur celebrata frequentiùs apud Ægyptios Hieroglyphicorum ratio, latè deinde in alias gentes manauit. Neque enim hanc ſcribendi normam ſeptemtrionalibus populis fuiſſe ignotam diſcimus ex Olao magno.* Nonnulli (*inquit*) pro priuatis computis inſtar Ægyptiorum, varijs animalium figuris pro literis vtebantur.

*Olaus lib. 1. cap. 21.*

*Sed & Scythas hoc ænigmatum ſolertia delectatos ex eorum Rege Idanthura licet conijcere, qui vt author Pherecydes Syrius apud Clementem Alexandrinum, Dario bellum minanti pro literis miſit murem, ranam, auem, iaculum, aratrum, cuius nos ſymboli interpretationem infra ſubiecimus.*

*Diodor. Bibliot. hiſt. l. 3. c. 2.*

*Diodorus quoque teſtatur Æthiopum literas varijs animantibus, extremitatibusque hominum, ſed præcipuè inſtrumentis fabrilibus perſimiles fuiſſe.* Συμβέβηκε τοίνυν τοὺς μὲν τύποις ὑπάρχειν αὐτῶν ὁμοίους ζώοις παντοδαποῖς, καὶ ἀκρωτηρίοις ἀνθρώπων ἔτι δ' ὀργάνοις καὶ μάλιστα τεκτονικοῖς. *Græci quidem ſapientes, etſi minimè dicuntur iſtas figuras celebraſſe, plurimi tamen ænigmatum ſolertia ſunt delectati, quod apparet ex dictis ſapientum figuratis, & Pythagoræ ſymbolis, quæ explicat Cyrillus libro nono aduerſus Iulianum.*

QVID

# QVID DIFFERANT SYMBOLVM, ÆNIGMA, EMBLEMA, PARABOLA, Apologus, Hieroglyphicum.

Celebrantur in iſta imaginum ſcientia Symbolũ, Ænigma, Emblema, Apologus. Parabola, Hieroglyphicum, quæ inter ſe affinia ſunt, differunt tamen nonnihil.

*Symbolum* latiſſimè patet cum ſit nota & ſignum rei animo conceptæ; Itaque teſſeræ hoſpitales, militares, theatrales vocantur ſymbola; collatio quoq; conuiuarum nomine συμβόλων cenſeri ſolet, ſiue annulus eſſet, aut nummus, ſiue cibus. Itaq; malè Caſaubonus in Athenæum libro tertio capite trigeſimo primo reprehendit Dalecampium, quod nullum diſcrimen inter συμβολὴν σύμβολον, cum agitur de conuiuij ſymbolo, ſtatuerit. Is autem nodum in ſcirpo quærens ita diſtinguit. Συμβολὴ (inquit) *eſt collatio tranſiſtæ ad conuiuium: Quique enim, quod ad manum erat, conferebant. Eæ partes dictæ* συμβολαὶ, *& conuiuium huiuſmodi* ἔρανος *vel* δεῖπνον ἀπὸ συμβολῶν. *Mutato vero genere ſymbolum vocabant annulum, vel quiduis aliud arræ loco ſolitũ dari ei ſodalium, qui iubebatur cœnam parare.* hæc ille.

*Symboli vox.*

*Dalecampius malè à Caſaubono reprehenſus.*

Non nego quidem συμβολὴν, rectè vſurpari pro iſta collatione ciborum ad conuiuium: Nam & in canone 54 Concilij Laodiceni ita intelligendum ἐκ συμβολῶν συμπόσιον ἐπιτελεῖν. Sed tantum erraſſe contendo criticum hominem, qui neget ſymbolum pro eadem re vſurpari. Et facilè quidem eſt conuincere ex Diuo Hieronymo, qui libro 2. commentariorum in Prouerbia, capite 24. expreſsè vocem ſymboli interpretatus dixit. *Symbolum collatio: ſymbolum vero dare ſicut vnuſquiſque ſolet pro parte ſua cibos ad veſcendum*, Cibos expreſsè nominauit, non tantum annulum & nummos, quod vult Caſaubonus. Hæc obiter.

*Symbola*, igitur hæc appellabantur, ſiue quòd eſſent mentis, voluntatis, ſtipulationiſque ſigna, ſiue

ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν: quod ſimul eſſet coniecta atque collata. At vero in hoc argumento, quod tractamus, ſymbola proprie appellantur *occultæ rei ſigna*, vel etiam, vt vult Budæus) ſimilitudines & quædam naturæ communitates, quo fit vt vox ſymboli, ſi fusè ſumatur, omnem penè ſimilium rationem complectatur; ſi propriè ea dicantur ſymbola, quæ rem, in qua ineſt aliquid obſcuritatis, figuratè ſignificant, vnde Emblemata, & Parabolæ, & Apologi, & alia huiuſmodi poſſunt communi nomine appellari ſymbola.

*Aenigmatum* vero ſolers inuentio, griphorumque luſus aculeati, magnam habent antiquitatis commendationem, vt qui penè cum ipſis antiquæ ſapientiæ incunabulis cœpere: Et quidem in eo genere celebris fuit Cleobulina, ſiue Eumetis Cleobuli filia, cuius etiam ſcirpi flexuoſis ambagibus intorti ad Aegyptiorum Regem & ſapientes deferebantur Atque vt nominis vim & notionem paucis complectamur.

*Quomodo differant. griphus & ænigma.*

Multi griphũ cum ænigmate confundunt. Iulius tamen Pollux in Onomaſtico, poſtquam quæſtiones cõuiuiales in duas partes diſtribuit, in ænigma ſcilicet & griphum, ita hæc duo diſtinguit. καὶ εἶχε τὸ αἴνιγμα παιδιὰν, ὁ δὲ γρῖφος καὶ σπουδήν. quibus ſanè verbis innuit ægnima iocoſum fuiſſe, griphum verò præter iocos, res etiam ſerias habuiſſe.

*Parum accurate griphum ab ænigmate à Iulio Polluce diſtingui.*

Sed hæc leui fundamento dicuntur: nam Clearchus apud Athenæum, cum griphum definiret, ſtatim initio definitionis dixit, γρῖφον λόγον εἶναι παιστικόν, *Griphum iocoſum eſſe ſermonem*: & ſi exempla quæ Athenæus affert conſideres, plures Griphos inuenies minutulas luſiones, quam aliquid graue continere.

*Magnum Etymologicum.*

Itaque magis crediderim veteri Grammaticorum doctori, qui griphum & Aenigma apud veteres confuſe fuiſſe oſtendit, cum ait γρῖφον eſſe ζήτημα αἴνιγμα ἐοικὸς.



Digitized by Google

Rectè autem vtrumq; definitur αἴνιγμα ἢ σκοτεινὸς λόγος. Sermo implexus & obſcurus, cuius variæ ſunt genera.

*Primum* genus ænigmatum ſiue griphorum fuit in verbis ſimplicibus, ſic Philideus comicus ænigmaticè aërem expreſſit per nomen βίδυ. *Aer* βίδυ.

Ἐκλιπεῖν τοῦ βίδυ σατήσιον προσεύχομαι.

Et Simmias Rhodius mare nominat. Ζάψ, & Cleanthes Philoſophus Solem. *Plectrum*. *Sol. Plectrū*. Id quoque fiebat cum in promptu quærerentur varia nomina tragica, plebeia, ſimplicia, compoſita hominum, deorum, vel ex vtroque mixta, vt Hermanthena.

*Secundum* Ænigmatum genus eſt eorum, quæ verſantur in literarum & ſyllabarum tenuiculis quibuſdam & puerilibus aucupijs, vt ſi pronuntiari iubeamus *piſcis*, aut plantæ nomen, quod incipiat ab α, vel recitari verſum, qui vnam quandam literam, aut habeat, aut non habeat Tales ſunt quos ἀσίγμους gryphos vocant. Si petamus dictionem verſibus accommodatam, cuius initium ſit βα βασιλεὺς aut finis ναξ vt Καλλιάναξ, aut diuidamus nomen in varios ſenſus, vt *vaſtus* in *vas* & *tus*.

*Tertium* erat fermè dialecticum in flectuoſis contrariarum propoſitionum ambagibus, quale eſt illud piſcatorum de pediculis.

Ὅσ' ἕλομεν λιπόμεσθ', ὅσ' οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα.

*Quartum* & certè grauius ænigmatum genus eſt rei alicuius obſcura & figurata deſcriptio, quale eſt illud de Cinara.

Ἐγκέφαλον φορέω κεφαλῆς ἄτερ εἰμὶ δὲ χλωρὴ
 Αὐχένος ἐκ δολιχοῦ γῆθεν ἀειρομένη.
Σφαίρῃ δ' ὡς ὑπὲρ αὐλὸν ἐρείδομαι· ἣν δὲ ματεύσῃς;
 Ἔνδον ἐμῶν λαγόνων μητρὸς ἔχω πατέρα.

*Nullū mi caput eſt: cerebrum tamen, alta virentem:*
 *E terra ceruix ſurgere ſponte facit.*
*Vt globus in tereti conſiſto ſtipite: quare*
 *Matris habens in ſe viſcera noſtra patrem.*

*Emblema* licet cum iſto ænigmatum genere in ratione ſymboli conueniat, differt tamen, quod rem ſublatis ænigmatum velis purius liquidiuſque proponat. Eſt enim propriè ſymbolum aliquod ingenioſum, ſuaue, & moratum, ex pictura & lemmate conſtans, quo aliqua grauior ſententia indicari ſolet.

Vt ſi velis ſignificare patientiam rebus aduerſis illuſtrari, cum depingas Ceauniam gemmam, quam aiunt in locis duntaxat fulmine ictis inueniri, inter fulgura cœliq́ue tumultus ſuauiter emicantem, & addas, *fulmine creuit*, efficies emblema.

*Parabola* eſt ſimilitudo ducta a forma ad formam; vt vult Ariſtoteles Rhetoricorum libro 3. Hoc eſt rerum alioqui diuerſarũ in vna aut pluribus affectionibus collatio. Errant grammatici, qui putant parabolam nonniſi ex rebus fictis trahi, ex omni enim hiſtoria tum naturali, tum morali, nonnunquam etiam ex fabulis educuntur parabolæ. Sed tum propriè vocantur apologi, cum aliquam moralem fabulam, quales ſunt Æſopicæ continent.

Duplex autem genus fuit parabolarum, vnum δημῶδες, quod tritas & vulgares ſimilitudines complectitur. Alterum ἱερὸν ſacrum, hoc eſt è ſanctiori quadam & magis arcana doctrina depromptum.

Tales ſunt parabolæ, quæ ex illuſtribus hiſtorijs deſumuntur. de quibus egi in eo libro, qui inſcribitur *Polyhiſtor Symbolicus*.

Ad ſummum Hieroglyphica de quibus nunc eſt à nobis inſtitutus ſermo, propriè ſunt imagines, & figuræ ad aliquid ſignificandum ex hominum arbitrio determinatæ, quibus literarum vice Ægyptiorum ſapientes vtebantur.

QVIS

Digitized by Google

# QVIS HORVS AVCTOR HIEROGLYPHICON.

AVctor *huius libri vulgò* Horus Apollo Niliacus *appellatur. Suſpecta mihi ſemper fuit hæc vox* Horus Apollo. *Siquidem Horus apud Aegyptios idem eſt ac Apollo. Itaque exiſtimarim nomen Apollinis ad interpretationem dictionis Hori priùs tanquam gloſſema additum, tandem in ipſum nomen irrepiſſe.*

*Nam apud Photium & Suidam* ὡραπόλλωνα *quoque ſcriptum reperio.*

*Sed quis hic* Horus *ſiue* Horapollo *valde ambiguum eſt Parùm certe viderunt, qui huic auctori Suidæ præfixere.* ὡρὸς Ἀλεξανδρεύς, γραμματικὸς παιδεύσας ἐν Κωνσταντινουπόλει ἔγραψε περὶ διχρόνων· ὅπως τὰ ἐθνικὰ λέγεται· λύσεις προτάσεων τῶν Ἡρωδιανοῦ· πίνακας τῶν ἑαυτοῦ· περὶ ἐγκλιτικῶν μορίων· ὀρθογραφίαν κατὰ στοιχεῖον· περὶ τῆς ει διφθόγγου. ὀρθογραφίαν περὶ τῆς αι διφθόγγου, κατὰ φρυνίχου. κατὰ στοιχεῖον ἀνθολόγιον περὶ γνωμῶν.

*Hæc inquam Horo noſtro non conueniunt primùm quia Niliacus eſt, non Alexandrinus, deinde quia Aegyptiacè ſcripſit, vt author eſt Philippus, non Græcè.*

*Tertiò quia Suidas, qui huius Grammatici Alexandrini opera tam accuratè numerat, vt ne tractatum quidem de* E *diphtongo omittat huius operis* ἱερογλυφικῶν *nuſquam meminerit.*

Eadem de cauſa puto falli Cœlium Rhodiginum, qui putat hunc auctorem fuiſſe Horapollinem Grammaticum ex Ægypto nobilem, arte clariſſimum, nec vllo veterum tempeſtate Theodoſij gloria inferiorem. Nam is ὡραπόλλων, vt diſcimus ex Suida, Panopolitanus fuit, & Græcorum commentariorum ſcriptor. idem opinor ac ille cuius πατρικὰ Ἀλεξανδρείας ſe cum Helladij Beſantinoi & Andronici Hermopolitani codice coniuncta vidiſſe refert Photius in Biblioth. pag. 1597, edit. Pauli Stephani.

Reſtat igitur vt dicamus, Horum alium eſſe ab iſtis auctoribus Græcis Horo & Horapolline, atque vt conijcere licet, longe antiquiorem. Dicitur porrò Niliacus non communi nomine quaſi idem eſſet ac Ægyptius, (vt nonulli voluerunt) ſed à Nilo vrbe Ægypti, cuius meminit Hecatæus apud Stephanum de vrbibus. Nilus enim tria ſignificat, fluuium, vrbem, & templum. Νεῖλος πόλις αἰγύπτου, καὶ ἱερὸν Νείλου.

Hic cum de ſacris literis ſuæ gentis ſcripſiſſet, Philippus Græcus auctor eius libellum Ægyptium in Græcam linguam vertit, vt in operis limine comperimus. Is autem Hori Niliaci interpres poſterioribus fuiſſe temporibus, quibus iam ſe mundiſſimis Græcorum elegantijs Barbaries illeuerat, facilè comprobatur ex ſtylo, nam ὄρδινον pro ordine, πάτρωνα pro patrono vſurpat, & ſimilia quæ non niſi apud recentiores Græcos inuenias.

HORI

Digitized by Google

# HORI APOLLINIS NILIACI HIEROGLYPHICA,

QVÆ IPSE QVIDEM ÆGYPTIO ſermone prodidit, Philippus verò lingua Græca donauit.

## LIBER PRIMVS.

### 1. *Quo pacto æuum ſignificent.*

AEVVM innuentes, Solem ac Lunam pingunt, quod æterna ſint elementa. Quin & aliter æuum pictura exprimere volentes, ſerpentē pingunt, cuius cauda reliquo inuoluatur ac tegatur corpore. Hunc Ægyptij quidem lingua ſua Vbæum, Græci verò Baſiliſcum appellant. Eundem ex auro conflatum 1. dijs circumponunt. Cæterùm hoc animali æuum ſignificare propterea Ægyptij dicunt; quod quum tria ſint ſerpentium genera, ſolū hoc ex omnibus 2. immortale eſt, cætera mortalia: vtpotè quum quoduis aliud animal ſolo afflatu etiam abſq; vllo morſu ſerpens hic interimat. Quocirca, quoniam vitæ necisque poteſtatem habere videtur, meritò ſanè deorum capitibus inſeritur.

## AD HIEROGL. I.

1. DIIS circ. ) *Quomodo Baſiliſcum ex auro conflatum Dijs AEgyptij circumponant, & de huius cæterorumq; Serpentum ſuperſtitioſo cultu dicta obſeruatione prima.*

2. IMMORTALE. ) *Philo Biblius non dicit immortale, quod Aegyptiorum narrant fabulæ, ſed vix naturali nece confici.*



Digitized by Google

### 2. *Quo pacto mundum.*

Mundum exprimere volentes, ſerpentem pingunt, qui ſuam ipſius caudam rodat, variis interſtinctum ſquamis: per ſquamas quidem ſtellas, quibus cœlum mundusue diſtinctus eſt, obſcure indicantes. Cæterùm hoc animal non ſecus ac terra grauiſſimum eſt, læuiſſimum autem ac maximè lubricum inſtar aquæ. Inſuper vt ſerpens, quotannis 1. pelle ac ſenio ſimul exuitur, ſic & annuum ſpatium, quod mundi circumactu producitur, immutatione facta renouatur, ac veluti reiuueneſcit. Quod verò velut cibo, ſuo vtatur corpore, ſignificat id, quæcunque Dei prouidentia in mundo gignuntur, ea rurſum in eundem reſolui, & tanquam imminutionem ſumere.

1. Pelle *ac ſenio*) Stat. Thebaid lib. IV.

*——verni blanda ad ſpiramina ſolis*
*Erigitur liber ſenio, & ſquallentibus annis*
*Exutus, læriſq; minax interuiret herbis.*

### 3. *Quomodo annum.*

Porrò annum demonſtrare volentes, Iſin, hoc eſt mulierem pingunt; quo etiam ſigno deam ſignificant. Eſt autem apud eos Iſis ſidus, quod Aegyptio quidem nomine Sothonis, Græco verò Aſtrocyon dicitur, qui & inter reliqua ſidera principatum videtur obtinere: vt qui oriens, modò maior ſit, modò minor, interim ſplendidior, interim verò ſecus. Ad hæc quoniam in huiuſce ſideris exortu, ea ſignis quibuſdam obſeruamus, quæ toto anno peragenda ſunt, propterea non temere annum Iſin appellant. Aliter quoque annum indicantes, palmam pingunt: quod arbor hæc ſola ex omnibus ad ſingulos lunæ ortus, ſingulos etiam ramos procreet, ita vt duodecim ramorum productione annus expleatur.

De

Digitized by Google

*De hoc Symbolo dico fuſius in obſeruationibus. Nomen autem* βάϊς *à Græcis recentioribus pro palma vſurpatur. Vnde* βαϊοφόρος *Dominica palmarum, quod explico ad Symbola Clementis Alexandrini.*

### 4. *Quomodo menſem.*

Menſem autem notantes, palmæ ramum pingunt, aut Lunam deorſum inuerſam. Ramum quidem, ob cauſam jam in palma ſupra dictam. Lunam vero deorſum vergentem, quod in ortu quidem dicant eam, quum quindecim eſt partium, ſurſum erectis cornibus apparere: at in ſenib, triginta diebus completis, cornua deorſum inflexa gerere.

### 5. *Quomodo vertentem annum.*

Vertentem annum ſignificantes, 1. quartam arui partem pingunt. Eſt autem ἄρουρα, vnde Latinis aruum dicitur, terræ menſura centum complectens cubitos. Itaque annum volentes dicere, quartum dicunt, propterea quod ab vno, vt tradunt, ſideris cui Sothis nomen fecimus, ortu ad alterum quarta ſit interiecta diei pars. Enimuero dei (Solis inquam) annus trecentis ſexaginta quinq; diebus abſoluitur: Quamobrem & quarto quoque anno ſuperuacuum diem computant atque intercalant Ægyptij Quatuor ſiquidem diei quadrantes, diem perficiunt.

1 QVARTAM) *Huius Hieroglyphici ſatis quidem per ſe obſcuri ſenſum enucleo in obſeruationibus Mercerus hic in parergo ludens rem minimè attingit.*

### 6. *Quid accipitrem pingentes, innuant.*

Deum quum volunt ſignificare, aut ſublimitatem, aut humilitatem, aut præſtantiam, aut ſan-

guinem, aut victoriam, accipitrem pingunt Deum quidem tum quod fœcundum ſit ac diuturnæ vitæ hoc animal, tum etiam, quòd Solis præter cæteras volucres ſimulachrum eſſe videatur, vtpotè peculiari quadam atq; occulta naturæ vi, defixis in eius radios oculis intuens. Atque hinc eſt, quod medici ad ſananda oculorum vitia, hieraceo herba vtuntur, Inde etiam fit, vt ſolem interdum, tanquam viſus autorem ac dominum, accipitris forma pingant. Sublimitatem verò, quia cum cætera quidem animantia, quoties in ſublime tolli volunt, oblique ferantur, nec recta ſurſum euehi poſſint, ſolus accipiter recta in altum volat. Humilitatem porrò ſeu deiectionem, quod eadem ratione cæteræ animantes non perpendiculi modo, ſed, velut ex tranſuerſo & flexuosè deorſum ferantur, ſolus accipiter directo ad inferiora viam carpat. Præſtantiam, quod cæteris auibus præſtare videatur. Sanguinem, quia animal hoc aiunt nõ aquam, ſed ſanguinem bibere. Victoriam demum, quod cæteras volucres vincere videatur. Quum enim robuſtioris animantis potentia ſe videt opprimi, tum ſeſe in aere ita reſupinans, vt vnguis quidem ſurſum, pennas verò ac poſteriores partes deorſum verſas habeat, quum idem auis, quæ cum eo congreditur, efficere nequeat, ita facilè eam in fugam vertit, ac ſibi victoriam parat.

*De accipitris cultu & Symbolis apud Aegyptios, dico in obſeruationibus.*

### 7. *Quomodo animam indicent.*

Quin & pro anima ponitur accipiter, iuxta nominis interpretationem. Siquidem Aegyptiis accipiter baieth dicitur, quod nomen ſi diuiſeris, animam & cor ſonat. Bai enim anima eſt, eth cor. i. Cor autem ex Aegyptiorum ſententia, animæ ambitus eſt. Itaque nominis compoſitio animam

corda-

cordatam notat. Quapropter accipiter ob eam, quam cum anima habet naturæ conſentionem, aquam omnino non bibit, ſed ſanguinem, quo & ipſa nutritur anima.

1. Cor autem animæ ambitus ) *De hoc plura in obſeruationibus ad Hierogl. 7.*

## 8. *Quomodo Martem ac Venerem*

Martem & Venerem deſcribentes, duas pingunt cornices, vt marem ac fœminam: quoniam animal hoc gemina ſolet oua parere, ex quibus mas & fœmina gignatur. Vbi verò quod raro tamen accidit, vel duo maſculea, vel duo fœminea oua pepererit, mares fœminis connubio iuncti nunquam ad alteram diuertunt cornicem, ac ne ipſa quidem fœmina, quoad viuit, ad alterum marem: ſed diſiūcti, ſoli deinceps ſemper degunt. Vnde & cum vni cornici occurrerint homines, augurātur præſagium ſibi hoc eſſe viduæ vitæ, quòd ſcilicet animali viduam agēri vitam obuij facti fuerint. Proindè in hunc vſque diem Græci ob tantam harum auium concordiam in nuptijs ignorantes verbum illud vſurpare ſolent ἐκκορί, nimirum κορὶ cornicem appellantes. *Locus perplexus.*

*De hoc multa diſſero ad obſeruationem Hierogl. 8.*

## 9. *Quomodo nuptias.*

Atque eandem ob cauſam nuptias innuentes, duas rurſum cornices appingunt.

## 10. *Quomodo vnigenam.*

Vnigenam autem ſignificantes, aut ortum, aut patrem, aut mundum, 1. aut virum. Scarabæū pingunt. Ac vnigenam quidem, quod per ſe gignatur hoc animal, vt potè in vtero fœminæ non prius efformatum ac geſtatum: eius enim ſolius huiuſcemodi ortus eſt. Cum mas ſobolem procreare vult,

bouis fimum nactus, globulum eiuſdem cuius mundus figuræ fingit: quem vbi ab ortu in occaſum auerſus pedibus volutarit, ipſe rurſum, vt orbi perſimilem figuram edat atque exprimat, in ortum conuertitur. Ipſe quidem orbis à Subſolano circumagitur in Africum. At ſiderum contrarius eſt curſus, ab Africo ad Subſolanum. Hanc itaque pilam in terra defoſſam recondit in dies octo & viginti: nam & totidem diebus Luna duodecim zodiaci ſigna perluſtrat, ſub qua toto illo tempore permanens animatur ſcarabæorum genus. Nono autem & viceſimo die apertam pilam in aquã conijcit (eum enim diem eſſe putat, quo & Luna cum Sole congrediatur, & mundi inſuper fiat generatio) quæ dum in aqua aperitur, prodeunt animalia, hoc eſt ſcarabæi. Ortum autem propter iam dictam cauſſam. Patrem, quod ex ſolo patre ortum habeat ſcarabæus, Mundum, quòd ad mundi figuram eius procreatio ac fœtus accedat. Virum denique, quod non ſit in eorum genere fœmina. Sunt porrò ſcarabæorum formæ tres: Prima felium ſpecie, ac veluti radijs inſignita, quam & Soli ob ſignificationem quandam dicarunt. Aiunt enim felem marem, iuxta varium ſolis habitum & curſum pupillas commutare, ad ortum quidem Solis mane nonnihil extendi, ſub meridiem velut rotundas fieri Sole ad occaſum vergente obtuſiores obſcurioreſque apparere. Quamobrem etiam, quæ apud Heliopolin eſt Dei, Solis inquam, ſtatuta, felis ſpeciem præ ſe fert. Habet autem & ſcarabæus omnis digitos triginta, propter triginta menſis dies, quibus Sol oriens ſuum per ſingula zodiaci ſigna curſum peragit. Alterum ſcarabæorum genus bicorne eſt, & taurina ſpecie, quod quum & Lunæ conſecratum ſit, propterea eum qui inter ſidera relatus eſt taurum, huiuſce deæ elationem eſſe perhibent Ægyptiorum filij. Tertium vnicorne eſt, & ſuæ

*Vide Plin. l. 11. ca. 28. & obſeruationem noſtrã ad hoc Symbolum.*

k ſuæ peculiaris formæ, quod & Mercurio ſacrum
ſſe, vt etiam eſt ibis auis, exiſtimatur.

. AVT virum) *De annulis ſcarabæo inſignitis*
*ad ſignum virilitatis dico in obſeru.*

## 11. *Quid, vulturem deſcribentes, indicent.*

Cæterum matrem ſignificantes aut aſpectum, aut limitem, aut futurorum cognitionem aut annum, aut cœlum, aut miſericordiam, aut Mineruam, aut Iunonem, aut drachmas duas, vulturem pingunt. Matrem quidem, quod in hoc animantium genere mas non ſit. Sunt porrò & alia vulturum genera, quæ ex vento concipiunt quidem, ſed quorum oua illic ad eſum duntaxat, non item ad fœtum ſuſcipiendum ac formandum ſunt accommodata. At eorum vulturum, quorum non eſt ſubuentaneus duntaxat & inefficax congreſſus, oua adgignendum tollendamque ſobolem ſunt in primis idonea. Aſpectum autem, quòd ex omnibus animantibus perſpicaciſſimi viſus ſit vultur, vt qui oriente quidem Sole in occaſum, occidente verò in ortum proſpiciat, atque è ſatis longo interuallo quæ ſibi vſui ſint, comparet edulia. Limitem, quod cum belli conficiendi tempus inſtat, locũ, vbi pugna committenda ſit ſeptem ante diebus ad eum accedens præfiniat & circumſcribat. Præſagium verò, tum ob iam dictam cauſam, tum etiam quod ad eam exercitus partem ſeſe conuertere ſoleat, vbi maior ſit futura clades, ſibi ex cadaueribus alimentum ſeponens, ac in futurum prouide reſeruans. Ergo & priſci reges exploratores mittebant, per quos in vtram aciei partem reſpexiſſent vultures, cognoſcerent, indeque vincendos, atque internecina ſtrage delendos colligerent. Annum porrò, quoniam animal hoc trecentos illos ac ſexaginta quinque dies, quibus completur annus, ita diſtribuit, vt centum quidem ac viginti diebus

præ-

prægnans maneat, totidem pullos enutriat, reliquis verò centum ac viginti ſui curam gerat, neque vterum ferens, neque alendis addicta liberis, ſed ſeipſam duntaxat ad aliam parans conceptionem. Quinq; autem illos, qui ſuperſunt anni dies, inventi, vt iam dictum eſt, compreſſionem inſumit. Miſericordem autem, quod quibuſdam alieniſſimum fortaſſe videbitur, præſertim quum hoc animal cuncta interimat. Sed vt hoc pictura vulturis innuerent, eo impulſi ſunt, quod centum illis ac viginti diebus quibus ſuos educat, pene nunquam euolet, ſed omnem curam ac ſollicitudinem in illis alendis adhibeat. Quod ſi eo tempore cibus non ſuppetat, quo eos ſuſtentet, proprio exſecto femore ſugendum eis exhibet & impertitur ſanguinem, vt ne cibi penuria atque inedia conficiantur. Mineruam ac Iunonem, quoniam videtur apud Ægyptios Minerua quidem ſuperius cœli hemiſphærium occupaſſe, Iuno verò inferius. Quin & vulturum genus, vt iam expoſui, fœminas tantum complectitur. Quã ob cauſſam & cuiuis fœminei ſexus animanti Ægyptij vulturem, vt in eo ſexu principem ac primarium apponūt: ex quo & deam omnem, ne ſigillatim vnamquamque percurrens, prolixior ſim, * ſignificantes, vulturem pingunt Ægyptij. Inſuper & matrem innuere volētes, vulturem pingunt: eſt enim mater fœmineæ naturæ. οὐρανίαν autem hoc eſt cœlum (neque enim placet ipſis, maſculino genere οὐρανὸν dicere) quoniam horum omnium generatio inde eſt. Duas denique drachmas, quod apud Ægyptios duæ lineæ vnitas eſt. Vnitas verò cuiuslibet numeri ortus eſt atque principium. Iure igitur duas drachmas indicare volentes, Vulturem pingunt, quòd generationis ipſe ſibi autor materque ac principium, quemadmodum & vnitas eſſe videatur.



Digitized by Google

*Oſtendo hic drachmarum nomen irrepſiſſe prò lineis quod Pierium torſit dubitatione. vide obſeruat.*

12 *Quomodo Vulcanum notent.*

Ac Vulcanum indicantes ſcarabæum & vulturem pingunt. Mineruam verò vulturem & ſcarabæum. Ipſis enim videtur mundus ex mare ac fœmina conſtare. Vulturem autem Mineruæ appingunt, quod hi ſoli ex dijs apud ipſos mares ſint ſimul ac fœminæ.

*Non poſſunt iſta congruere, nam quomodo vnò duo Symbola inter ſe oppoſita reſponderent? Scribe, Ἥφαιστον δὲ γράφοντες κάνθαρον ζωγραφοῦσι, Ἀθηνᾶν δὲ καὶ Ἥφαιστον γῦπα καὶ κάνθαρον. Vulcanum indicantes ſcarabæum pingunt, Mineruam verò ſimul cum Vulcano, vulturem, & ſcarabæum.*

13. *Quid ſidus pingentes, innuant.*

Deum mundo inhabitantem ſignificantes, aut fatum, aut quinarium numerum, ſidus pingunt. Deum quidem, quod Dei prouidentia victoriam decernit atque imperat, qua & ſiderum orbiſque vniuerſi motus peragitur. Exiſtimāt enim ſine Deo nihil prorſus conſiſtere. Fatum autem, quod id quoq; à ſiderum curſu ac diſpenſatione conſtituatur. Quinarium verò numerum, quoniam cum quamplurima atque adeò innumera ſint in cœlo ſidera, ſola ex his quinq; motu ſuo orbis pulcherrimam efficiunt diſtributionem ac moderamen.

*Merceri verſio* θεὸν ἐγκόσμιον, Deum, pulchre ornatum, *repoſui Deum mundo inhabitantem, Diuinam enim prouidentiam ſignificat per vniverſum commeantem. Quinq; autem illa ſtellæ ſunt opinor reliqui planetæ, excepto Sole & Luna; nam ſtellæ nomine cenſeri non ſolent.*



Digitized by Google

## 14. *Quid Cynocephalum pingentes demonſtrent.*

*Natio pro natatione ſeu vrinatore in hūc locum irrepſerat.*

Lunam demonſtrantes, aut terrarum orbem, aut litteras, aut ſacrificium, aut iram, aut natationem, Cynocephalum pingunt. Lunam quidem, propterea quod animal hoc conſenſum quendam cum Dei congreſſu, ex quo & affici ſoleat, habet. Vbi enim aliquanto tempore Luna cum Sole congrediens, expers luminis opacaque permanet, tum mas quidem Cynocephalus nec quoquam intuetur, nec veſcitur: ſed demiſſo in terram vultu indignabundus, velut Lunæ raptum deplorans, mœret. Fœmina verò præterquam quod nuſquam oculos contorquet, ipſa quoque eodem quo mas afficitur modo. Ideoque ad hæc vſque tempora in templis, cynocephali nutriuntur, vt ex ipſis coniunctionis Solis & Lunæ tempus cognoſci poſſit. Terrarum autem orbem, quoniam ſeptuaginta duas ferunt iā olim orbis habitati fuiſſe regiones: hos porro, ſi diligenter in templis nutriantur & curentur, non ſicut cætera animalia vno die emoriantur, ſic & ipſos emori: ſed ipſorum partem quandam ſingulis diebus emorientem ac tabeſcentem à ſacerdotibus humari, reliquo interim corpore in ſua natura perſiſtente, idque per ſeptuaginta duos dies: quibus expletis, tum prorſus interit. Litteras, quia eſt (apud Ægyptios) natio quædam & genus cynocephalorum, qui litteras norunt Quapropter vbi primum in ſacram ædem ductus fuerit cynocephalus, tabellam ei ſacerdos apponit vna cum ſcirpeo ſtilo atque atramento, nimirum vt periculum faciat, ſit ne ex eo cynocephalorum genere, qui literarum gnari ſunt, & an litteras pingat. Pingit itaque in ea tabella litteras. Præterea hoc animal. Mercurio dicatum eſt, qui litterarum omnium particeps eſt. Sacrificium verò

quod

quod natura cynocephalus ab eſu piſcis atque adeo panis qui piſce ſit intinctus abhorret, ſicut & externi ſacerdotes. Adde quod circumciſus gignitur, quam quidem circumciſionem ſummo curant ac peragunt ſtudio ſacerdotes. Iram; quia hoc præter cætera animantia maximè iracundum eſt, & ad indignationem procliue. Natationem porrò; quoniam cætera quidem animantia frequenti natatione ſordes ac ſqualorem contrahunt: ſolum hoc ad eum quem inſtituit locum nando peruenit, nec tamen vllis à natiuo colore transfertur, aut ſordibus inquinatur.

ἰχθυώδη ἄρτον *hic aliquis verterat Panem ex piſcibus. Imo intellige; panem iuſculo piſcis intinctum. Nam quod ait Clitarchus, Oritas panem ex piſcibus feciſſe, hoc perrarum eſt, nec Aegyptiis conſuetum.*

## 15. *Quomodo Lunæ exortum indicent.*

Lunam autem orientem indicare volentes, ruſum cynocephalum hoc habitu pingunt, ſtantem, manuſque in cœlum tollentem, ac 1. regium inſigne capite geſtantem. Hac autem figura, ad Lunæ ortum demonſtrandum; depingunt cynocephalum, quod hoc habitu videatur cynocephalus deæ gratulari; quod ambo, Sol inquam ac Luna, luminis participes ſint.

1. REGIUM inſigne.) *Mercerus vir alioqui eruditus hic abuſus eſt voce* τοῦ βασιλείου *quam putauit ſignificare regium inſigne ſed aliud Orus intellexit quod doceo in obſeruationibus.*

## 16. *Quomodo æquinoctia duo.*

Rurſum æquinoctia ſignificantes, idem animal, cynocephalum ſedentem pingunt. Duobus enim anni æquinoctiis; duodecies in die per ſingulas



Digitized by Google

nimirum horas vnam reddit, idemque & noctu facit. Quare non immeritò ſuis hydrologijs Ægyptij cynocephalum ſedentem inſculpunt, è cuius membro aqua defluat: idque propterea; quod duodecim, vt iam dixi, in quas æquinoctij tempore dies ac noctes ex æquo diuiduntur, horas ſignificat. Cæterum ne foramen illud acutè artificioſeque conſtructum, per quod in horologium aqua profluit & excernitur, aut latius ſit, aut rurſum arctius (vtrumque enim magni refert ſiquidem latius, cùm magna celeritate aquam profundat, non rectè horæ modum ac dimenſionem perficit: anguſtius autem paulatim ac latius quam par ſit, aquæ ductum laxat) remedium hoc excogitarunt, vt 1. quicquid pilorum eſt, ad caudam vſque abradentes, pro huius craſſitudine ferream quandam fiſtulam in vſum iam dictum fabricentur. Hoc autem ipſis viſum eſt non abſque ratione quadam, ſicut nec in cæteris facere: & quod etiam ſolus ex omnibus animantibus, æquinoctio duodecies in die per ſingulas horas adlatrat.

1. QVICQVID pilorum &c.) *Hic locus valdè perplexus eſt, & malè ab interpretibus intellectus, de quo vide coniecturam noſtram in obſeruat.*

## 17. *Quomodo animum ſiue iram innuant.*

Animum autem ſiue iram volentes ſignare, Leonem pingunt. Caput enim magnum habet hoc animal, & pupillas quidem ignitas, faciem verò rotundam, & circumquaque radiorum more ſparſos pilos inſtar Solis. Quare & ſub ſolio hori, hoc eſt Solis, leones ſupponunt, huius animalis cum Deo ſimilitudinem maximam demonſtrantes. Dicitur autem apud eos Sol Horus, eò quod horis præſit.

*De hoc pluraim obſeruationibus.*

18. *Quo-*

Digitized by Google

... Quomodo robur noterent.

... Leonis anteriora membra ... ei ex toto corpore robustiſſi-
...

... vigilantem commonſtrent.

... ſedulumque hominem, ... Leonis caput pin-
... vigilans oculos claudit, ...
... apertos habet, quod quidem
... excubiarum ſignum eſt. Quocirca
... ſignificatione templorum clauſtris leo-
... appinxerunt.

... 2. l. IX. Symb. 15.

... Quomodo terribilem ac formidan-
dum.

... quoque; vt formidabilem notent; ſignũ
...; quia quum viribus maximè polleat ani-
mal hoc, ... omnibus, qui eum inſpexerint, metum
...

21. Quomodo Nili aſcenſum & inun-
dationem.

Nili inſuper inundationem ſignificantes; quem
Ægyptio nomine Nun (quod ſi interpreteris * no-
uum ſonat) appellant, modo Leonem pingunt;
modo tres magnas hydrias, modo verò cœlum ac
terram aquæ copiam ſcaturientem. Leonem qui-
dem, quod: quum Sol Leonem ſubit; ampliorem
... facit inundationem. Quamdiu enim Sol in hoc
ſigno perſiſtit, ſæpenumerò in duplum ipſius Nili
... excreſcit. Quare & tubos canaleſque ſacro-
rum ... , * ſolent ij, qui ſacris præſunt operi-
bus, Leonis figura fabricari. Quapropter in ...
... , dum pro ingenti inundatio-
ne ... , Leonis ſigno vti ſolent. Tres
autem hydrias, aut cœlum & terram quæ aquæ

*Solùm ſiuit ... qui à Nili ſacris præerant.*

b 2 copiam

*Pingunt, hydriam ſimilem facientes.*

copiam ſcaturiat, * nilum perſimilem facientes cordi lingua prædito. Cordi quidem, quoniam princeps hæc & potiſſima apud ipſos habetur totius corporis pars, ſicut & Nilus totius Ægypti dux eſt ac princeps. Linguæ autem, quod quum hæc perpetuò in humido eſſe gaudeat, inſuper & ipſam genitricem cauſamque rerum ſtatus appellant. Tres porrò hydrias, nec plures, nec pauciores pingunt, quod triplex ex eorum ſententia ſit inundationis cauſa effectrix. Vnam quidm Ægyptiæ terræ aſcribunt, quæ ex ſeſe aquam producit. Alteram Oceano, ex quo inundationis tempore aqua in Ægyptum exæſtuat. Tertia imbribus, qui per id tempus quo intumeſcit Nilus, ad auſtrinas Æthiopiæ partes contingunt. Quod autem Ægyptus ex ſeſe aquam gignat; inde facilè eſt deprehendere, quod cum in cæteris orbis tractibus hyeme ſoleant exundare flumina, idque propter imbres copioſos & aſſiduos, ſola Ægyptiorum regio, quoniam totius orbis velut vmbilicus eſt ac media non ſecus atque in oculo pupilla, æſtate ſib inundationes Nili procreat.

*De hoc Hieroglyphico dico in obſeruationibus, quod autem ait Nilum ab Aegyptijs* νοῦν *appellari, congruentia dicit Heſichio, qui in dictione* νοῦς *ait eam ſignificare* ψυχὴν, ποταμὸν, *&* μονάδα. *Hic igitur fluuius eſt Nilus.*

22. *Quomodo Aegyptum deſignent.*

Ægyptum autem deſignantes, conflagrantem acerram pingunt, & ſuperne cor, illud innuentes, quemadmodum zelotypi cor in perpetuo æſtu ac flamma eſt, ſic Ægyptum quia immodicè calet, continenter quæ in ſe ſunt, animare ac procreare.

*Aliud cordis Symbolum annotaui ex Philone Syntagm.* 2. L. v. *Sym.* 102.

23. *Quo-*

*[illegible] Quomodo [illegible] qui è patria peregrè nunquam profectus ſit.*

[illegible]em qui nunquam ſolo natali relicto, pe[illegible] fuerit, ſignificantes, Onocephalum [illegible], quia nec vllam audit hiſtoriam, neque no[illegible] apud exteras gentes fiunt.

*[illegible] Quomodo tutelam ac præſidium.*

[illegible]idium autem ac remedium innuere volen[illegible] pingunt hominum capita, vnum maris [illegible] alterum fœminæ foras. Ita enim nullum dæmonem inuadere poſſe aſſerunt. Sic e[illegible]nim & ſine literis duobus inquam capitibus ſeſe ab omni diſcrimine & inſidiis tuentur.

*De phylacteriis dico in obſeruationibus.*

*[illegible] Quomodo imperfectum adhuc hominem, rudemque atque informem fœtum demonſtrent.*

Hominem necdum omnibus in vtero membris [illegible]atum notantes, ranam pingunt, quod hæc cum ex limo fluminis procreetur, interdum altera quidem ſui parte rana, altera terreſtre quippiam videatur, adeò vt deficiente flumine, ipſa quoque deficiat.

26. *Quomodo apertum ac patens quippiam.*

Patulum autem quippiam ſignificare volentes, leporem pingunt, quod ſemper apertos habeat oculos hoc animalis genus.

27. *Quomodo ſermonem.*

[illegible] porrò deſignantes, linguam pingunt, & [illegible] oculum: primas quidem ſermonis partes linguæ, ſecundas verò oculis tribuentes. Sic etenim [illegible] ipſius animi ſermones, quum ad eius motus ſenſaque accommodantur ac



Digitized by Google

variantur: præſertim quum apud Ægyptios animus aliter ſermo nominetur. Quin & aliter ſermonem innuentes, linguam ſubtusque manum pingunt: linguæ quidem primas in loquendo adſcribentes, manui verò vt quæ linguæ placita exequatur, ſecundas parteis.

*Rectè manum addunt linguæ, quid enim prodeſt* χρυσὸν λαλούντων ἄπρακτος λόγος *vt loquitur* D. Greg. Nazianz. *in Iambicis. Odi homines ignaua opera Philoſopha ſententia Pacuuius.*

## 28. *Quomodo ſilentium.*

At ſilentium ſignificantes, numerum M. I. XXXXV. pingunt, qui triennij numerus eſt, ſi ex trecentis ſexaginta quinque diebus annus conſtituatur, intra quod tempus niſi loquatur puellus, indicatur eum lingua præpeditum.

## 29. *Quomodo vocem remotam.*

Vocem remotam volentes ſignificare, quod Ægyptiis væè dicitur, ſonitum pingunt aëris, hoc eſt tonitru, quo nihil quicquam maius aut vehementius reſonat.

## 30. *Quomodo antiquam originem.*

Antiquam originem notantes, papyri faſciculum pingunt, hoc primam indicantes educationem, cuius ſicut & geniture non facilè quis initium inuenerit.

## 31. *Quomodo guſtum.*

Guſtum innuentes, oris initium pingunt. Omnis enim guſtus eò vſque retinetur. Geſtum autem perfectum intelligo. Nam ad innuendum guſtum imperfectum linguam admotam dentibus pingunt: his enim omnis abſoluitur guſtus.

## 32. *Quomodo animam longo hic tempore agentem.*

Animam

... in hac vita moram ... commonſtrare vo- ... pingunt. Animam ... quæ toto orbe ſunt animam ... vitæ eſt. Inundationem ... Solis ſit phœnix, quò ni- ... cùm omnia ſubeat, * omnes ... disquirat. Atque adeò πολὺς hoc eſt ... vocitari ſolet.

... Mercerus hic interpretatur inun- ... : quæ certè interpretatione ratio, quæ ... ab Oro inepta limata ſaltem lectori ... & ridicula. Nota ex Heſychio πλημμυρεῖν ... ſignificare ῥεῦσιν ὕδατος, & πλῆθος. In hoc ... deſignat multitudinem, non inundationem. ... manifeſta ratio eſt, cur Phœnix πλῆθος ... ſcet, quia Solis Hieroglyphicum eſt, qui πολὺς ... natur. Poſſet quidem inundationem ſignificare, ... alium ſenſum torquenda eſſet huius Symboli ...

35. *Quomodo eum qui ſero tandem è regione peregrina ad ſuos redeat.*

... & eum innuentes qui longo tempore pe- ... tandem in ſolum natale remeat, ... autem pingunt. Hæc enim in Ægyptum, ... tempus mortis inſtat, quingenteſimo demum ... anno, rededitur: ubi ſi naturæ debitum perſoluerit, ... ſolennitate ac ritu funeratur. Quæcumque ... in cæteris ſacris animalibus religioſè obſer- ... phœnici tribui debent. Fer- ... Ægyptii, ea & ... Solem magis apud Ægyptios gaudere, ... quàm apud cæteras gentes, ideòque Nilum ipſis ex ... huius Dei calore inundare; cuius rei paulò antè à ... nobis ratio reddita eſt.

*De hac Phœnicis ætate non conſentiunt auctores, mille annos eidem tribuit Nonnus. Septem millia Chæremon Aegyptius, vt eſt apud Ioannem Tzetzem. Trecentos & quadraginta Albertus. Cùm Phœnicis vita magni anni fieri conuerſionem rara fides eſt inter auctores (inquit Solinus) quamuis eorum plurimi magnum annum non quingentis & quadraginta quatuor annis conſtare dicant. Difficilè eſt in re tam fabuloſa aliquid certum ſtatuere. Quod autem ait*, fertur ſiquidem Sole, *&c. id Aegyptijs non Phœnici tribuendum. Itaque, quod inconcinne hic author dixit,* λέγεται γὰρ μᾶλλον τῶν ἄλλων αντρώπων ἡλίῳ χαίρειν ὑπὸ Αἰγυπτίων, *corrigendum* λέγονται γὰρ μᾶλλον τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἡλίῳ χαίρειν Αἰγύπτιοι.

## 34. *Quomodo cor pingunt.*

Cor volentes indicare, Ibin pingunt, quod quidem animal Mercurio attributum ac dicatum eſt, cordis omniſque rationis præſidi & moderatori. Nam & Ibis per ſe ipſa magna ex parte cordi adſimilis eſt, de qua re plurimi apud Ægyptios agitantur ſermones.

*Mercurio Ibin ſacram dicunt, vel quia ex Poëtarum fabulis Mercurius in pugna Gigantum ſub Ibidis alis latuit, Ouidius Metam. Vel quia (vt ait Aelianus) eius nigræ pennæ cum tacito & nondum emiſſo ſermone poſſunt comparari. Candidæ verò prolatæ ſunt orationis typus. Eamdem Lunæ ſacram aſſerunt quod tot diebus oua excludat quot Luna augetur & decreſcit. Quam porrò habeat cum corde ſimilitudinem, explico ex Aeliano*

*Sunt.*

[...]. 8. *Symb* 26. *ubi quoque oſtendo quo con-* [...] *Moyſes dicatur ſecum in exercitu Ibides detu-* [...]

35. *Quomodo eruditionem ac doctrinam.*

[...]ctrinam autem indicantes, cœlum pingunt [...] fundens, innuentes, quod quemadmodum [...] decidens, in omnes quidem plantas diffundi-tur, at eas duntaxat mollit, quæ eius naturæ ſunt [...]olliri poſſint, cæteras verò quæ ſuaptè natura [...]nt, non item: ſic & doctrina communiter [...]omnes perſtringit homines, quam quiſquis feli-[...] eſt ingenio, vt rorem arripit, qui verò in-[...] facultate deſtituitur, idem efficere non po-teſt.

*Doctrinam per aquam, & rorem ſignificatam* [...]*endo quoque Synt*. 2. *l*. 61.

36. *Quomodo Aegyptias litteras*

Cæterum Aegyptias litteras, aut ſacrum ſcri-[...], aut finem innuentes, atramentum, cribrum [...]uncum pingunt. Ægyptias quidem litteras, [...] his omnis apud eos ſcriptura compleatur. [...] enim, non alia re vlla ſcribunt. Cribrum ve-rò appingunt, quoniam hoc cum primum ſit pa-nis conficiendi inſtrumentum, ex iunco fit. Innu-unt itaque, cuicumque victus ſuppetit, eum litte-rarum ſtudiis animum adiuncturum: cui verò non ſuppetit, aliis operam daturum artibus. Quocirca & apud eos eruditio Sbo vocatur, quod nomen ſi interpreteris, plenum alimentum ſonat. Sacrum autem ſcribam, quoniam hic vitam mortemque [...]noſcit. Nam eſt apud ſacros ſcribas liber, ſacram [...] appellant, cuius ope iudicium de ægroto decumbente ferunt, ſi vitalis, necne; id ex ægri de-cubitu, ſignis quibuſdam, perſpicientes. Finem de-nique quoniam qui litteras didicit, ad tranquillum

vitæ portum peruenit, non iam vitæ incommodis oberrans aut fluctuans.

Σχοῖνον. *Iunceum ſtylum intelligit, quem Clemens Alexandrinus Stromata libro ſexto hic nominat. Quod autem ait pauperes non ſtudere, contrarium ſæpè vſuuenit, quod notaui in parabola Achantidis Syntagm. 2. l. 10. Symb. 14.*

## 30. *Quomodo ſacrum ſcribam.*

Rurſum ſacrum ſcribam, aut vatem, aut veſpillonem, aut ſplenem, aut odoratum, aut riſum, aut ſternitationem, aut magiſtratum, aut iudicem volentes ſignare, canem pingunt. Sacrum quidem ſcribam, quoniam quicumque voluerit, vt par eſt & abſolutiſſimè hoc fungi munere, eum oportet multa meditari, aſſiduéque omnibus canum more allatrare, & ferum eſſe, nulliq́ue gratificari. Vatem autem, quòd canis præter cætera animantia defixis in deorum ſimulacra, non ſecus ac vates conſueuere, intentisq́ue aſpiciat oculis. Sacrorum verò pollinctorem, 1. quod & hic nuda & reſecta, quibus iuſta facit, ſimulacra contempletur. Splenem, quoniam hunc inter cætera animalia canis leuiſſimum habet: & ſiue ei mors, ſiue rabies acciderit, ex ſplene id contingit. Enimuerò & qui eius funus procurant, vbi morituri ſunt, magna ex parte ſplenteici fiunt. Siquidem graui illo halitu & vapore qui ex inciſo diſſectoque cane prouenit, inficiuntur. Odoratum porrò, riſum ac ſternutamentum: quoniam qui abſolutè ſplentici ſunt, nec odorari poſſunt, nec ridere, neque verò ſternutare.

1. Quod & hic nuda & reſecta.) *Locus hic perperam ab interprete diſtortus. Vide in obſeru.*

## 38. *Quonam modo magiſtratum innuant, aut iudicem.*

Magi-

Magiſtratum verò aut iudicem [illegible] deſignant, [illegible] cani & regiam veſtem, nudæ figuræ apponentes, propterea quod vt canis, quemadmodum ſupra dixi, in deorum ſimulacra acutiſſimis intuetur oculis: ſic & magiſtratus qui & iudex e [illegible] veteribus temporibus nudum regem ſpectabat. Ac propterea regiam cani prætextam adijciunt.

*Rectè hic animaduertit vir de noſt. Soc. eruditus Vnam copulationem [illegible] peruertere ſenſum. Deſumendum eſt vt Regis ſtatua veſte ad pedes ſtrata, quam canis cuſtodiat, & reſtituendum, [illegible], τῷ κυνὶ βασιλικὴν στολὴν παρακειμένην, ἢ σχῆμα γυμνόν.*

## 39. *Quomodo ſignificent eum, qui ſacrum pallium geſtat.*

Significantes eum, qui ſacrum geſtat pallium, [illegible] cuſtodem pingunt, quod ab eo templum cuſtodiatur.

*Titulus huius Hieroglyphici malè à Mercero intellectus multis erroris anſam dedit. Quid ſit* ἱερόστολος *explico in obſ. ad Hierogl. 39. l. 1.*

## 40. *Quomodo natalitium ſydus, ſiue eum, qui horarum rationem obſeruat, exprimunt.*

Natalitium ſydus horarum inſpectorem demonſtrantes, hominem pingunt horis veſcentem, non quod horas homo comedat (id enim haud quaquam fieri poteſt) ſed quod hominibus cibi ſtatis horis parentur & apponantur.

Ὡροσκόπος *non de natalitio hic ſidere intelligendum, vt interpres accepit, ſed de ſacerdote Aegyptiorum aſtrologo, qui* ὡροσκόπος *nominabatur, [illegible] docti in obſeruationibus.*

41. Quo-

Digitized by Google

### 41. *Quomodo pudicitiam innuant.*

Puritatem notantes, ignem & aquam pingunt quod his elementis omnis luſtratio fiat atque expiatio.

*Lege Plutarch. q.* I. ῥωμαικῶν, *& quæ annotaui in obſeruationibus.*

### 42. *Quemadmodum latenter rem nefandam atque abominandam indicent.*

Nefarium autem innuentes, aut etiam abominationem, piſcem pingunt, quod horum eſum qui in ſacris verſantur, horreant atque execrentur. Eſt enim eius naturæ piſcis omnis, vt quæ offenderit exhauriat, inq; ſuum ipſe genus ſæuiat.

### 43. *Quomodo os pingunt.*

Os ſignificantes, ſerpentem pingunt, quoniam ſerpens nullo alio membro valet, niſi ore.

### 44. *Quomodo fortem ſimul & temperantem.*

Fortitudinem cum temperantia coniunctam innuentes, taurum integra corporis conſtitutione præditum pingunt. *

### 45. *Quomodo auditum.*

Auditum demonſtrantes, tauri auriculam pingunt. Audit enim vel ex longiſſimo interuallo taurus.

### 46. *Quomodo innuunt immunditiam.*

Origem. Porrò impurum ſceleſtumq; notantes animum * coturnicem pingunt: quoniam ad ortum accedente Luna, intentis in deam oculis intuens, vociferatur, non ei bene dicens, nec fauſta acclamatione graticulationeue proſequens. Cuius rei argumentum eſt apertiſſimum, quòd anterioribus cruribus terram effodiens ſuas ipſius pupillas humi velut pingens defigit, quaſi indignabunda, inuitaq;

deæ

deæ ortum aſpiciens. Idem quoque in exortu Dei, Solis inquam efficit. Quapropter antiqui reges, quum ſibi ortum nunciaret horarum obſeruator, huic inſidentes animali per medium ipſum velut Gnomones quoſdam, ortus rationem ac tempus accuratè certoque cognoſcebant: Quare & ſacerdotes vnam hanc inter volucres * non ſignatam comedunt, quod ſimultatem quandam cum dea exercere videatur. Etenim quemcumque in deſerto locum aquis ſcatentem nactus fuerit, poſteaquam biberit, labris turbat, lutumque aquæ commiſcet, ac pedibus in eam puluerem conijcit, idque vt nulli alij animanti aqua ſit ad potum idonea. Adeò praua atque infeſta putatur * coturnicis natura. Nam ne hoc quidem officium deæ præſtat. quum ipſa omnia quæ toto orbe ſunt vtilia gignat, augeat, ac vegetet.

*Fort. abſque iugulatione.*

*Oryx.*

*Inſunt huic Hieroglyphico ambages, de quibus vide in obſeruationib. ad Symb. 46. l. 1.*

### 47. *Quomodo ſubuerſionem, atque interitum.*

Interitum ſignificantes murem pingunt. Hic enim omnia corrodens inquinat, & inutilia facit. Eodem verò & ſigno vtuntur, vt iudicium deſignent. Multis ſiquidem varijsque appoſitis panibus, mus puriſſimum atque optimum delectu habito rodit. Propterea & piſtorum iudicium ex muribus ſumimus.

### 48. *Quomodo impudentiam.*

Impudentiam notantes, muſcam pingunt, quod hæc etſi crebrius abacta, nihilo minus accedat.

### 49. *Quomodo cognitionem pingunt.*

Cognitionem pingentes, formicam pingunt. Si quid enim homo tuto occultarit, hæc cognoſcit.

Neque

Neque hoc ſolum nomine, ſed & quod præter cætera animantia ſibi in hyemem cibos congerens; non aberrat à loco vbi condidit; ſed abſque vllo errore ad ipſum peruenit.

## 50. *Quomodo filium pingunt.*

Filium volentes ſignificare, vulpanſerem pingunt. Hoc enim animal maximè amans eſt liberorum. Si quando enim ipſum venator ſimul cum paruulis perſequatur; & pater & mater vltro ſe venatoribus dedunt, vt ſeruentur paruuli. Quam ob cauſſam Ægyptijs placuit hoc animal colere.

*Vulpanſer eſt de Anſerum genere. Vocatur autem* χηναλώπηξ *quod in anſerinâ ſpecie vulpis habeat calliditatem, pullos ſuos* (inquit) *Aelianus amat impenſius, eamdemq; operam quam perdix in ijs tuendis ponit. Nam venatorem ſeſe ingerendo eludit, donec tenelli dilabantur.*

## 51. *Quomodo amentem.*

Pelicanum autem pingentes, amentem ſimul ac imprudentem ſignificant. Quum enim cæterarum volucrum more poſſit in locis editioribus oua reponere, id non facit: quin potius defoſſa terra, illic pullos collocat. Quod vbi deprehenderint homines, locum illum arido bouis ſtercore circumlinunt, cui & ignem ſubijciunt. Pelicanus autem conſpecto fumo, dum pennis ſuis ignem vult extinguere; contrà potius earum agitatione accendit. Quo quum conflagerent eius alæ, facilè ab aucupibus capitur. Quam ob cauſſam non conſentaneum exiſtimatunt eo veſci ſacerdotes, quum omninò pro liberis in diſcrimen ſeſe conijciat. Vulgus tamen Ægyptiorum eo veſcitur, vt qui eum dicat non iudicio ac prudentia quadam, vt vulpanſeres, ſed * beneuolentia quadam certamen hoc ſuſcipere.

* *Amentia.*

Aug

*[illegible] Syntagm. 2. l. 3. Symb. 5.*

*52. Quomodo gratum indicent animum.*

Gratum indicantes animum, Cucupham pingunt, propterea quod ſolum hoc ex mutis animantibus, poſteaquam à genitoribus educatum fuerit, eiſdem ſenio confectis parem refert gratiam. Quo enim loco ab eis enutrita eſt, eodem nidum illis extruit, pennis eorum euulſis, cibumque ſubminiſtrat, donec renatis plumis, parentes ſibi ipſi opem ferre queant. Quare & diuinorum ſceptrorum Cucupha inſigne atque ornamentum apud eos eſſe ſolet.

*[illegible], Kiranides lib. 1. cap. 70. putat Vpupam, quod autem Parentum dicitur plumas vellere, intellige plumas defluas, quas ipſi ſua ſponte amittunt.*

*53. Quomodo iniuſtum & ingratum.*

Iniuſtum verò atque ingratum, geminos equi fluuiatilis vngues deorſum vergentes pingunt. Hic enim quum ad ætatis florem peruenerit, cum patre pugnans periculum facit, an præpolleat. Ac ſi quidem pater ceſſerit, locum ei aſſignans, ipſe cum [illegible] matre connubium contrahit, & eum ſi[nit] viuere. Quod ſi non ſinat pater cum matri iun[gi], [illegible] multo fortior ſit ac robuſtior, interimit. [illegible] ideò geminos eius vngues deorſum ma[gis] inflexos pingunt; vt qui hoc videns homi[nes] huiuſce cauſam intelligunt ad beneficentiam [illegible] fiant.

*54. Quomodo ingratum bene de ſe meritos.*

Ingratum atque iniuſtum iis à quibus beneficio affectus eſt, ſignificantes, columbam pingunt. Hic enim vbi robuſtior euaſerit, ex conſortio matrem expellit, atque ei connubio iungitur. Pium autem hoc animal eſſe videtur. Siquidem

cum

cum aëris conſtitutio peſtilens eſt, omniaque; tum animata tum inanimata, ea afficiuntur; quotquot hoc vno veſcuntur animali, ab hac lue ſeruantur immunes. Ideoque eo tempore Regi in cibo ſumendo nihil aliud præter columbas apponitur, idemque iis qui quod diis miniſtrent, puri caſtique permanent. Traditur & hoc animal felle carere.

## 55. *Quomodo id quod fieri non poteſt.*

Quod fieri nequeat, pedes hominis in aqua obambulantes pingunt. Atque aliter idem ſignificare volentes; hominem abſque capite gradientem pingunt: quorum vtrumque quum ex eorum numero ſit quæ fieri non poſſunt; meritò, ad hoc innuendum ſumpta ſunt.

## 56. *Quomodo regem peſſimum.*

Regem autem peſſimum ſignificantes, anguem pingunt in orbis figuram, cuius caudam ori admouent, nomen verò regis in media reuolutione ſcribunt, obſcurè innuentes ſe regem pingere orbi imperitantem. Porrò angui apud Ægyptios nomen eſt Meiſi.

***Si rectè expendatur Hieroglyphicum nomen* κάκισον *ſenſui repugnat, Itaque Pierius legit* κάλλισον *mallem tamen* Κράτισον *cùm potentiſſimum regem deſignari dicat, qui vniuerſo terrarum orbi imperitet.***

## 57. *Quomodo regem cuſtodem.*

Aliter quoque regem cuſtodem ſignantes, anguem quidem vigilantem pingunt, ſed pro regis nomine cuſtodem adnectunt. Hic enim totius orbis cuſtos eſt. Itaque regem aſſiduè vigilantem eſſe oportere.

## 58. *Quomodo mundi notent dominum.*

Ruſſus regem orbis moderatorem exiſtimantes, & in-

Digitized by Google

& indicantes, ipſum quidem anguem pingunt; ſed in eius medio magnam domum effingunt ac repræſentant: nec ſanè abſque ratione; regia enim domus quæ ab eo regitur * in mundo eſt.

## 59. *Quomodo populum regi morigerum.*

Populum regiis iuſſis obſequentem innuentes; apem pingunt. Solæ enim hæ ex omni animantium genere regem habent, quem reliqua apum multitudo ſequatur, cuique non ſecus ac vulgus regi obtemperet. Innuunt autem obſcurè; tum ex mellis inſigni vtilitate, tum ex vi, quam in aculeo habet hoc animal, vtilem ſimul ac potentem eſſe ad res gerendas regem.

## 60. *Quomodo regem parti orbis imperantem.*

Regem autem non toti terrarum orbi, ſed parti dumtaxat imperantem volentes ſignificare, anguem dimidiatum pingunt: regem quidem per ipſum animal, non toti verò orbi imperantem, ex eo quod dimidiatus ſit; deſignantes.

## 61. *Quomodo latè rerum potientem.*

Omnium autem moderatorem ex eiuſdem animalis perfectione ſignificant, turſum integrum pingentes anguem. Sic & apud eos ſpiritus eſt, qui per vniuerſum orbem permeat.

## 62. *Quomodo fullonem.*

Fullonem indicantes; geminos hominis pedes in aqua pingunt: id quod ex mercurij ſimilitudine indicant.

## 63. *Quomodo menſem.*

Menſem autem exprimentes, Lunæ figuram eodem qui ſuprà expoſitus eſt, habitu pingunt, complectentem octo & viginti dies æquinoctiales duntaxat; die ex viginti quatuor horis conſtituto; qui-

C bus

bus & exoritur in noſtro apparens hemiſphærio, reliquis verò duobus in occaſu eſt.

### 64. *Quomodo rapacem, fœcundum, aut furentem.*

Cæterum rapacem, fœcundum, aut inſanum volentes innuere, crocodilum pingunt, quod fœcundum maximè ſit hoc animal, multosque liberos procreet, inſuper & crebro in furorem agatur. Vbi enim ab expetita præda exciderit; indignabundus in ſe ipſe furit.

### 65. *Quomodo ortum.*

Ortum oſtendentes, geminos crocodili oculos pingunt, quoniam oculi huic animali velut ex profundo emergunt.

### 66. *Quomodo occaſum.*

At occaſum ſignantes, Crocodilum inflexum ac cernuum pingunt. Ad partum enim facilè, & maximè procliue eſt hoc animal.

*Quid facit hîc* ἀυτότοκος, *quod Mercerus vertit ad* partum facile & maximè procliue. *At Trebatius*, eſt hoc animal rotundum, & promiſcue parit. *Nugæ, lege* ἀυτόκυκος ϗ κατωφερὲς τὸ ζῶον, *ſuapte natura cernuum & inflexum animal, quo nihil ad ſenſum accommodatius.*

### 67. *Quomodo tenebras adumbrent.*

Porrò tebneras ſignificantes, Crocodili caudam pingunt. Neque enim aliter ad exitium & internecionem perducit crocodilus quodcumque apprehenderit animal, niſi cauda prius cæſum, inualidum reddiderit. Namque in hac corporis parte præcipua eſt Crocodili vis ac robur. Cæterum quum quamplurima alia in crocodilorum natura ſigna comperiantur, hæc quæ in primum librum conferre viſum eſt, nunc ſatis erunt.

HORI

# HORI APOLLINIS NILIACI, DE SACRARVM APVD ÆGYPTIOS INſculptarum literarum interpretatione.

## LIBER SECVNDVS.

SECVNDO autem volumine reliquorum tibi veram idoneamque in medium afferam rationem : quæ & quum ex alijs exemplaribus nequaquam ſint expoſita : neceſſariò ſubiungenda cenſui.

### 1. *Quid ſtellam pingentes innuant.*

Depicta Ægyptijs ſtella nunc Deum ſignificat, nunc noctem, nunc verò tempus, interdum etiam hominis maſculi animam.

### 2. *Quid aquilæ pullum.*

Et aquilæ pullus maſculum, & orbiculatum quippiam indicat.

*Vide in obſeruationibus, vbi legò* τυλοειδῆ *calloſum, ſtabrum, & robuſtum.*

### 3. *Quid geminos pedes iunctos ac ſtantes.*

Gemini pedes ſimul compacti ac firmati, Solis curſum quum in ſolſtitio eſt hyberno ſiue in bruma ſignificant.

*Vide obſeruationem ad Hierogl. 3. l. 1.*

### 4. *Quid hominis cor faucibus appenſum.*

Hominis cor faucibus appenſum, boni viri os deſignat.

*De hac cordis ſignificatione dico ad Hierogl. 7. l. 1.*

### 5. *Quomodo belli aciem, ac frontem exercitus ad prælium inſtructi.*

Belli aciem indicant hominis depictæ manus; altera ſcutum, altera verò arcum tenens.

### 6. *Quid digitum.*

Hominis ſtomachum demonſtrat digitus.

*Stomachus hîc propriè eſt ventriculi orificium ſuperius, ſeu fiſtula per quam cibus in fundum delabitur.*

### 7. *Quomodo morbum ſignificent.*

Flores autem anemones, morbum hominis ſignificant.

*In eodem genere Symboli Aſtrampſychus ponit lactucam.* φρίδακας ἰδεῖν σωμάτων δηλοῖ νόσον. *Nonnulli anemonas morborum Symbolum eſſe dicunt, quod colligantur, tertianis quartaniſquè remedio.*

### 8. *Quomodo lumbum hominis.*

Lumbum, aut ſtatum conſtitutionemque hominis volentes notare, os ſpinæ dorſi pingimus.

### 9. *Quomodò permanens aliquid & tutum ſignificent.*

Coturnicis os pictum, ſtabile ac tutum quippiam indicat, quod difficilè huius animalis os afficiatur ac patiatur quicquam.

*Orygis reponendum puto, ab huius vocis* ὄρτυγος *pro* ὤρυγος.

### 10. *Quomodo concordiam.*

Duo homines magiſtratus ornati inſignibus concordiam innuunt.

*Inde* ἀξιωματικοὶ *publica dignitate fungentes, quo verbo etiam vſus Guillielmus Bibliothecarius in Hadriano II eum cum Pontificiali pallio impoſitum præcedentibus Axiomaticis, & ſubſequente reliqua turba in vrbem redire patriarchiumq; ſubire conſpexeram.*

11. Quo-

11. *Quomodo turbam ac tumultum.*

Armatus homo ſagittaſquē iaculans, tumultum ſignificat.

12. *Quomodo dimenſionem.*

Hominis digitus dimenſionem notat.

13. *Quomodo deſponſatam mulierem.*

* Deſponſatam mulierem volentes oſtendere, ſolis circulum, ſimul cum ſtella & ipſo diſco ſolis bipartito pingunt. *Pregnantem m. ſ.*

14. *Quomodo ventum.*

Accipiter ortum verſus in ſublime tendens, ventos oſtendit. Item & aliter. Accipiter expanſas in aëre alas habens, ventum, qui alas quaſdam habere videtur, ſignificat.

15. *Quomodo ignem.*

Fumus in cœlum aſcendens, ignem indicat.

*Sic lucit Sympoſius in fumum. Et qui me genuit ſine me non naſcitur ipſe.*

16. *Quomodo opus.*

Maſculi (bouis) cornu pictum, opus notat.

*Maſculorum cornua maiora ſunt & turtuoſiora, fœminarum minora & minus flexa.*

17. *Quomodo pœnam.*

At fœminæ cornu depictum, * pœnam oſtendit. *Laborem.*

18. *Quomodo impietatem.*

Imago vmbilico tenus cum gladio depicta impietatem innuit.

19. *Quomodo horam.*

Hippopotamus depictus horam ſignificat.

*Per ὥραν ver intelligendum doceo in obſeruationibus.*

20. *Quomodo longæuum atq; diuturnum.*

Certo quodannis cornua renaſcuntur. Is depi-ctus longiſſimam vitam ſignificat.

21. *Quomodo auerſionem.*

Lupus aut canis auerſus, auerſionem monſtrat.

22. *Quomodo futurum opus.*

Auris picta futurum opus ſignificat.

*Quia ſcilicet audire oportet, & de rebus ge-rendis documenta à prudentibus viris accipere, antequam te ad opus accingas. Vel certè per au-rem auditores tantum ſapientiæ, non* πρακτῆρας ἔργων, *ſignificat. Quod ſi manum addas auri, tum demum res erit cumulata.*

23 *Quomodo percuſſorem aut ſanguinem.*

*Hoc eſt ex corrupto Crocodili ſanguine pro. creata.*

Crocodili Veſpa * per aërem volans, aut Croco-dili noxium ſanguinem aut cædem deſignat.

Σφὴξ *ſcribendum ſine* ν *pro quo* σφὶγξ *habet corona pretioſa liber Græcus.*

24. *Quomodo mortem.*

Nycticorax mortem ſignificat: quemadmodum enim hic de repentè pullos (cornicum) noctu, ſic & mors homines nec opinantes inuadit atq; op-primit.

*Habes hac de re in anthologia lepidum Epigr.*

Νυκτικόραξ ᾄδει θανατηφόρον ἀλλ' ὅταν ᾄδει
Δημόφιλος, θνήσκει κ' αὐτὸς ὁ Νυκτικόραξ.

25. *Quomodo vetuſtiſſimum.*

Sermones & folia, aut ſignatus liber, vetuſtiſſi-mum indicant.

26. *Quomodo obſidionem.*

Scala obſidionem, quod inæqualis ſit atque pro-cliuis.

Kli-

Digitized by Google

*Κλίμαξ ( inquit ) Suidas κοινῶς σκάλα. Significat etiam ſcopulum ſub aquis latentem apud Tretzem Chil. 7. & nauale apud Moſchopulum ad Iliad. l. 1.*

27. *Quomodo inexpertum, muſam, aut fatum.*

Literæ ſeptem duobus incluſæ digitis, muſam, inexpertum, aut fatum ſignificant.

*Parum accuratè hoc Philippus expreſſit, cùm nullam rationem ſubijciat, nec quos digitos quaſue literas intelligat deſignet, itaq; vix coniecturæ anſam reliquit.*

28. *Quomodo linea ſignificet ſuper alteram inflexa.*

Recta linea ſimul cum alterna ſuperne inflexa, decem planas lineas indicat.

*Hoc, & huiuſmodi ſigna, ſunt ex hominum impoſitione leuiſſimo plerumq; fundamento, haud diſſimilia ijs quæ Nicolaus Smyrnaus Aſtabaſdas collegit de ſignis numerorum.*

29. *Quid innuant, hirundinem pingentes.*

Omnes parentum opes filijs relictas volentes innuere, hirundinem pingunt. Illa enim iam morti proxima, luto ſeipſam volutat, & pullis latebras comparat.

*Diſertè D. Ambroſius lib. 5 Hex. cap. 17. Hirundo minuſcula corpore ſed egregie pio ſublimis affectu, indiga rerum omnium pretioſiores auro nidos ſtruit, &c.*

30. *Quid nigram columbam.*

Mulierem viduam, quæ ad mortem vſque in eo permanſerit vitæ ſtatu, volentes ſignificare, nigram pingunt columbam. Hæc enim quamdiu vidua eſt, alteri viro non iungitur.



Digitized by Google

31. *Quid ichneumonem.*

Hominem inualidum, & qui ſibi per ſe ipſe opem ferre nequeat, ſed aliorum ſe tueatur auxilio, volentes monſtrare, ichneumonem pingunt. Hic enim conſpicatus ſerpentem, non protinus in eum irruit, ſed vocatus prius clamore aliis, tum demum ei reſiſtit.

*Aliam propulſando hoſte ichneumonis induſtriam doceo alibi ex Aeliano Synt.* 2. *l.* 6. *Symb.* 16.

32. *Quid notent, origanum in ſacris ſculpentes.*

Formicarum abſentiam ac diſceſſum volentes ſignificare, origanum inter ſacras ſcripturas pingunt. Hoc ſiquidem eo in loco conditum, vnde formicæ prodeunt, eas fugat.

*De Origano legendus Plinius l.* 20 *c.* 17.

33. *Quid ſcorpium & crocodilum.*

Inimicum cum pari congredientem inimico, indicare volentes, ſcorpium & crocodilum pingunt: vterque enim alteri mutuum affert exitium. Sin verò victorem alterum, quique inimicum ſuſtulerit, innuant, aut crocodilum pingunt, aut ſcorpium: ſiquidem celeriter ſuſtulerit; crocodilum: ſi lentè; ſcorpium ob eius difficilem tardumque motum.

*De hoc odio ſcorpij & crocodili attigi quoque nonnihil Synt.* 2. *l.* 5. *Symb.* 28.

34. *Quid muſtelam.*

Vbi mulierem, quæ viri præſtet opera, volunt exprimere, muſtulam pingunt.

35. *Quid porcum.*

Volentes perditum hominem monſtrare, porcum pingunt: quod eiuſmodi ſit porci natura.

*Aegyptijs igitur, Iudæis, & Perſis execrationi fuit,*

*[illegible], contra Samijs honori, qui ſuem pro titula [illegible] ſumpſerunt*, Τὰ Σάμια πλοῖα Σύὸς τύ[illegible] εἶχον ἐν ταῖς πρώραις. *Heſychius. Inde expli[illegible] obſcurum prouerbium, quod eſt in ſtro[illegible]* Ναῦς δή τις ὦ κύπορος σαμίη ὗος εἶδος ἔχουσα.

## 36. *Quomodo immodicam iram.*

Quod ſi immoderatam iracundiam, ex qua, qui ea eſt commotus, febrim contraerit, Leonem pingunt proprios catulos cauda flagellantem. Leonem quidem ob iracundiam, catulos verò cauda cæſos, quod catulorum oſſa, inter ſe ſi collidantur, ignem emittunt.

*Hic* ἐκσοίζων *Mercerus dicit eſſe* ἐκ τοῦ ἐκβάλλειν, *ſed hoc ſine vllo teſtimonio. Lege potius* ἐκσίζειν, *quod eſt etiam flagellare.*

## 37. *Quomodo ſenem muſicum.*

Senem muſicum volentes commonſtrare, cycnum pingunt: quod hic ſeneſcens ſuauiſſimum edat concentum.

Κύκνος δὲ θανάτου ἐμμελὲς φθόγγοις πλέκει, Καὶ τῆς τελευτῆς διξιοῦται τὸν χρόνον (*inquit*) *Sapiens Philo.*

## 38. *Quid ſignificent, cæcum ſcarabæum pingentes.*

Hominem, qui ex ſolaribus radiis contracta febri perierit, notantes, cæcum pingunt Scarabæum, vt qui ſplendore ſolis excæcatus intereat.

## 39. *Quid Mulam.*

Sterilem volentes indicare mulierem, mulam pingunt. Hæc enim natura ſterilis eſt.

## 40. *Quomodo mulierem, quæ infantes fœminas peperit.*



Digitized by Google

Mulierem feminam primùm infantes enixam ſignificantes, taurum ſiniſtrorſum ſpectantem pingunt. Mares verò rurſus taurum dextrorſum.

*Siniſtra enim deterioris eſt Symbolum. Harmenopulus de Sectis, Sabbatianorum hæreticorum meminit, qui ſiniſtram adeò deteſtabantur, vt hac quicquam prehendere piaculum ducerent, vnde* Ἀριστεροὶ *hoc eſt ſiniſtri ſunt nominati.* Ἀριστεροὶ καλοῦνται ὅτι τὴν ἀριστερὰν εἰσὶ βδελυσσόμενοι χεῖρα. *Ad id autem Symbolum facit quod ait Phyſiologus. De Gallina Oua è quibus mares naſcentur, Gallina gerit in parte ventris dextra: è quibus feminæ, in ſiniſtra.*

## 41. *Quomodo veſpas.*

Veſpas deſignantes, cadauer equi pingunt. Ex eo enim multæ procreantur veſpæ.

## 42. *Quomodo mulierem abortientem.*

Abortientem mulierem ſignantes, equam quæ lupum conculcet, pingunt. Non ſolùm enim ſi lupum calcarit, abortum facit equa, ſed & ſi lupi calcarit veſtigium, abortit protinus.

*Hoc ad* ἀντιπαθείας *referendum de quibus multa paſſim exempla. Sapiens Phile,* ἵππον δὲ ταχὺν ἴχνος ἀμβλύνει λύκου. Καὶ δίφρον ὀξὺ τὸ σφυρὸν τούτου στρέφει.

## 43. *Quomodo hominem, qui ſeſe reſponſo ab oraculo accepto ſanarit.*

Hominem, qui ſe ipſe ex oraculo priſtinæ ſanitati reſtituerit, volentes innuere, palumbum pingunt lauri folium tenentem. Hic enim vbi morbo laborat, laurì folium in nidum ſuum inferens, conualeſcit.

Laurus

Digitized by Google

*Laurus enim præſtantiſſimum cenſebatur aduerſus morbos & maleficia phylacterium, Zenobius centur. 3. Prouerb. 12.* Ἀλεξιφάρμακον ἡ δάφνη *vnde* Δαφνίνην φορεῖ βακτηρίαν. Lauream virgam geſtat, *de eo dici ſolet, qui eſt aduerſus inſidias munitus.*

## 44. *Quomodo culicum copiam.*

Excreſcentem & aduentantem culicum copiam exprimere cupientes, vermes pingunt. Siquidem ex his gignuntur culices.

## 45. *Quomodo hominem, qui cum ex ſe bilioſus non ſit, ab altero tamen bile commoueatur.*

Hominem, qui ſuapte natura bile careat, ſed eam ab altero ſuſcipiat, notantes, columbam pingunt dorſo erecto: illic enim bilem habet.

*Sic Achainis Ceruis fel contineri in cauda creditur Ariſtot. 2. hiſt. anim.* 15.

## 46. *Quomodo hominem, qui tuto vrbem incolat.*

Vt hominem ſignificent, qui tuto vrbem habitat, aquilam pingunt, quæ lapidem geſtet. Hæc enim è mari vel terrâ ſublatum lapidem in ſuum infert nidum, quo tutior ſit ac firmior.

*De hoc lapide dico, & applico Synt.* 3.

## 47. *Quomodo inferiorem debilioremq́; hominem, quem alius perſequatur.*

Debiliorem hominem, quem validior ac potentior inſectetur, volentes deſignare, otidem & equum pingunt. Hæc enim equo conſpecto protinus auolat.

*Otis auis.* Tarda *de qua Plin. lib.* 10. *cap.* 23. *Saltans capitur vnde* Καύηεις κ̀ κεντέδοξυς ὤτεις ἐκάλεσα. *Aelius Dionyſ. apud Euſtathium.*

48. *Quo-*

Digitized by Google

### 48. *Quomodo eum, qui ad proprium patronum confugiens, nullum tamen ab eo ſentit auxilium.*

Hominum, qui ad proprium patronum confugiat, nec eiùs ſubleuetur auxilio, monſtrare cupientes, paſſerem & noctuam pingunt. Hic enim dum aucupum venatione petitur, ad noctuam accurrit, à qua mox opprimitur.

Πάτρωνος *nomen recentioribus Græcis vſurpatum vt apud Latinos. Scholaſt. Eurip.* Πάτρωνι ἐλευθερώσας τὸν ἀργυρώνητον, *Heſychius putat quoq; centum primos Romuli Senatores* πάτρωνας *nominatos.*

### 49. *Quomodo hominem, qui quum viribus non valeat, temerè tamen aliquid ſuſcipit, atq; audacius ſe gerit.*

Imbecillum hominem laſciuientem tamen & audacius aliquid molientem, cùm monſtrare voluerint, veſpertilionem pingunt. Hæc enim etſi alas non habet, volare tamen conatur.

*Neque enim habet pennas ad morem cæterarum auium.*

### 50. *Quomodo lactantem mulierem, optimeque nutrientem.*

Mulierem lactantem ac benè nutrientem vbi pictura exprimere volebant, veſpertilionem pingunt. Sola enim inter omnes volucres, hæc dentes ac mammas habet.

*Grauis hic Merceri hallucinatio, & vbi turtures viſi cum mammis & dentibus? Omnino vel nomen* Τρυγὼν *poſitum eſt pro veſpertilione, Quod vnum inter volatilia propriè dicitur* Τρυγὼν, *vt*

*author*

Digitized by Google

*ithor eſt Iulius Pollux, vel Turturis & veſpertilionis Symbola ſibi inuicem proxima, in hac imagne ita fuerunt confuſa vt* Τρυγὼν *ἀντὶ νυκτερίδος poneretur. Soli enim inter volatilia veſpertilioni dentes, & mamma tribuuntur ab autoribus.*

51. *Quomodo hominem qui tripudio capiatur ac demulceatur.*

Hominem ſaltatione tibiarumque cantu gaudentem notantes, turturem pingunt. Hæc ſiquidem tibia ac ſaltatione capitur.

52. *Quomodo ſacris initiatum hominem.*

Rebus ſacris ceremoniiſque addictum ſignificantes, cicadam pingunt. Hæc enim non ore, ſed dorſo reſonans, pulcherrimum edit dulciſſimumque concentum.

*Vox* τελετὴ *non pro myſta ſed pro initiatione & ſacra ceremonia vſurpanda. Cæterum de cicada habes etiam illud Anacreontis* χεδὸν εἶ θεοῖς ὅμοιος.

53. *Quomodo ſeorſum agentem regem, nec ſubiectorum lapſibus veniam dantem.*

Regem qui ſolitudine gaudeat, quique errata non condonet, ſi velint ſignificare, aquilam pingunt. Hæc enim deſertis in locis nidum ſibi conſtruit, ſublimiuſque cæteris volucribus volat.

54. *Quomodo diuturnam rerum inſtaurationem.*

Inſtaurationem autem diuturnam, & quæ poſt multa fiat ſæcula, volentes indicare, phœnicem auem pingunt. Hæc enim dum naſcitur, rerum viciſſitudo fit & innouatio. Gignitur autem hunc in

modum:

modum: Iam iam moriturus phœnix in terram ſeſe ſummo impetu proijcit, vnde & vulnus accipit. Ex ſanie verò (vulneris) defluente alius gignitur, qui ſimul ac pennæ ei natæ ſunt, cùm patre Heliopolin, quæ in Ægypto eſt, proficiſcitur: quò quum peruenerit, pater illic, ſimul ac Sol ortus eſt, moritur: poſt cuius mortem pullus in ſuam redit patriam. At phœnicem hunc vita functum Ægyptij ſacerdotes ſepulturæ mandant.

*Hic nouam inſtaurationis Phœnicis rationem affert; de qua in obſeruationibus.*

## 55. *Quomodo patris amantem.*

Patris ſtudioſum hominem innuentes, ciconiam pingunt. Hæc enim à parentibus enutrita numquam ab ipſis ſeiungitur, ſed ad extremum vſque ſenium vnà permanet; pietatem ipſis obſeruantiamque rependens.

## 56. *Quomodo liberos matribus inſidiantes.*

Liberos matri inſidiantes vt demonſtrent, viperam pingunt. Nam hæc non iuxta cæterorum animantium naturam in lucem editur, ſed exeſo diruptoque matris prodit vtero.

## 57. *Quomodo hominem, qui ab accuſatore conuicijs affectus, morbum inde contraxerit.*

Hominem qui ex accuſatore conuicijs affectus in ægritudinem inciderit, ſignificare cupientes, baſiliſcum pingunt. Hic enim propius accedentes afflatu ſuo perimit.

*Quin ipſe repercuſſo habitu ſe necat ad ſpeculum. Oſtende ex Aeliano Symb. Syntagm. 2,*

## 58. *Quomodo hominem qui igne vratur.*

Hominem, qui igne comburatur dum ſignificant, Salamandram pingunt. Hæc enim vtroque capite interimit.

Milita-

*Miratur Geſnerus vir multæ lectionis Salaman-ſtras hic dici bicipites, & meritò, plagam vidit, non tam ſanauit. Exiſtimarim ego ſic legendum: αὕτη γὰρ ἑκατέρω τῇ κεφαλῇ ἀναιρεῖ. Ignem vtrimque, hoc eſt ab vtroque latere cingentem extinguit, & id capite à quo maximè frigidus humor inſtillatur, quo ſcholiaſtes Nicandri ignem extingui voluit. Porrò quando audis hominem περὶ καιόμενοι exhiberi per Salamandram, intellige flammis obſeſſum, non conſumptum.*

## 59. *Quomodo cæcum hominem.*

Cæcum ſignificantes, talpam pingunt, qui neque oculos habet, neque omnino videt.

## 60. *Quomodo hominem, qui domi ſeſe continet.*

Hominem qui domo non exeat, ſignificantes; formicam, ſimulque pennas veſpertilionis pingunt. Huius enim pennis ad formicarum nidos admotis, nulla ex ipſis egreditur.

## 61. *Quomodo hominem qui ſibi ipſe damni ac perniciei autor ſit.*

Eum qui proprio, & à ſe illato damno lædatur, volentes ſignare, caſtorem pingunt. Hic enim quum ſe venatione peti videt, proprios teſtes euulſos in prædam obiicit.

Ὄρχις κάστορος ὀνομάζοισι ἔνδοξόν τι καὶ πολύχρηστον φάρμακον. *De hac tamen abſciſſione diſceptant au-ctores quos vide apud Geſnerum.*

## 62. *Quomodo hominem qui ſibi inuiſo filio hæreditatem reliquerit.*

Hominem cuius bonis inuiſus filius ſucceſſerit, innuentes, ſimium pingunt, retroque paruum alte-rum. Is enim quum geminos pariat, ex his alterum

ſuprà

ſupra modum diligit, alterum odit. Quem autem diligit, ante ſe aſſiduè geſtans, ſuffocat. At quem odit, retro habet, & deinceps educat.

*Hæc* φιλοστοργία *maximè eſt circa recentem prolem.* Τὰς πιθήκοις γὰρ φασιν, ἐπειδὰν τέκοσιν ὥσπερ ἀγάλμασιν ἐνατενίζειν τοῖς βρέφισιν ἀγάμενας τοῦ κάλλους. *Syneſius ep.* 1.

## 63. *Quomodo hominem lapſus ſuos tegentem.*

Cùm notare eum volunt, qui delicta aut errata ſua occultet, ſimium meientem pingunt. Hic enim meiens vrinam occulit.

*Annotaui ſimile in Aue* δικαίᾳ, *lib.* 10.

## 64. *Quomodo eum, qui auditu magis valeat.*

Eum qui acutius audiat volentes innuere, capram pingunt, quæ & naribus, & auribus reſpirat atque audit.

Ῥαθυνίᾳ μυκτῆρες. *Annonimus lib. de nuptijs Theſi.*

## 65. *Quomodo inſtabilem.*

Inſtabilem quempiam, neque in eodem perſiſtentem ſtatu, ſed modo, robuſtum & audacem, modo verò imbecillum ac timidum volentes deſignare, hyænam pingunt. Hæc enim nonnunquam mas eſt, nonnunquam femina.

*Confutat hanc Ori & cæterorum de hyæna ſententiam Clemens Alexand. vt docui Syntag.* 2.

## 66. *Quomodo eum, qui ab inferioribus victus ſit.*

Eum, qui inferiori & inualidiori ceſſerit, quum innuere volunt, geminas pelles pingunt, hyænæ vnam

Digitized by Google

vitam, alteram pardi; hæ enim ſi ſimul iungantur, pardi quidem pellis pilos obijcit, altera non item.

*Attigi etiam Syntagm. 2.*

67. *Quomodo hominem inimico ſuperiorem, vel inferiorem.*

Eum qui inimico ſuperior euaſerit, monſtrantes, hyænam ad dextram verſam pingunt: rurſus eandem ſiniſtrorſum, victum indicantes. Hæc enim cum ab aduerſario inuaditur, ſi ad dexteram deflexerit, inſequentem interimit: ſi ad ſiniſtram, ab eodem perimitur.

68. *Quomodo eum, qui intrepidè oblatas ſibi pertulerit calamitates.*

Eum qui ad extremum vſque vitæ ſpiritum omnes, in quas incidit calamitates, æquo & conſtanti ſuperarit animo, ſi velint monſtrare, Pellem pingunt hyænæ. Hac enim ſuccinctus quis, etſi per medios hoſtes feratur, intrepidus illæſusque præteribit.

*Attigi etiam l. 5. Symb.*

69. *Quomodo hominem ab hoſtibus oppreſſum.*

Circumuentum oppreſſumque ab hoſtibus, & qui minimo damno ſeſe à diſcrimine exemerit, indicare volentes, lupum pingunt, amiſſa extrema cauda. Hic enim à venatoribus indagandus, pilos extremamque caudam reſecat.

70. *Quomodo hominem ea timentem, quæ ſibi ex improuiſo, occultaq; quadam ratione contingunt.*

Eum qui diſcrimina timeat, ſibi ex inſperato occultoque obiecta, cum monſtrare voluerint; lupum ac lapidem pingunt. Hic enim neque ſibi à ferro, neque à virga, ſed à lapide duntaxat timet.



Digitized by Google

Nimirum ſi quis in eum lapidem coniecerit, conſternatum illico deprehendet: & vbicunque lapis ei vulnus inflixerit, ibi ſuccreſcere ſolent pullulareque vermes.

*Narrat tamen Geſnerus hominem tympanum geſtantem lupo occurriſſe, quem fruſtra lapidibus impetitum nullatenus abigere potuit. At vbi tympani ſtrepitu increpuit, ſtatim procul à ſe expulit.*

### 71. *Quomodo hominem ob iracundiam igne caſtigatum*

Hominem igne caſtigatum, idque ob furorem, volentes monſtrare, leones & faces pingunt. Nihil enim æquè timet leo atque accenſas faces, nullaq; magis re domatur, quam his.

*Hoc confirmat Oppianus lib. 4. De venatione, verſu 132.*

Εξεχα καὶ δείδοικε πυρὸς μένον Ηὔκομος λὶς,

*& quomodo venatores facibus inſtructi leones inſequantur, deſcribit eodem loco fuſius.*

### 72. *Quomodo febricitantem hominem, qui ſibi ipſe medeatur.*

Eum, qui febri laborans ſe ipſe curet, monſtrantes Leonem pingunt, qui ſimiam voret. Is enim febre correptus, ſi ſimiam vorarit, protinus conualeſcit.

*Aliter accommodo lib. 3. Syntagm. 2.*

### 73. *Quomodo hominem prioribus damnis & calamitatibus admonitum ac emendatum.*

Eum, qui ex ijs, in quas paulò antè inciderit, calamitatibus poſteà modeſtior euaſerit, ſi innuere velint, taurum pingunt caprifico reuinctum. Is enim, ſi ferociat, caprifico ligatus manſueſcit.

74. Quo-

74. *Quomodo hominem necdum certâ ſtabilique temperantiâ præditum*

Dubium paruinque ſtabilis temperantiæ hominem volentes oſtendere, taurum pingunt dextero genu alligatum. Hunc enim ſi dextro genu vinxeris; iuncturam pedis conſequi deprehendes.

Καρποδίσμιον παρακολουθοῦντα εὑρήσεις *Iuncturam pedis conſequi deprehendes*, (inquit Mercerus) *valde obſcurum eſt quid velit. Significat potius vinculum &* (vt ait vetus Gloſſarium) *faſciolam aut funem articularium quàm iuncturam pedis. Innuitq; bouem ita religatum ſumpſiſſe fraterè vinculum, nec rectè coërceri.*

75. *Quomodo domeſticam ouium & caprarum mactatorem.*

Eum qui mactandis ouibus & capris domum exhaurit & perdit; volentes ſignificare, ea pingunt animantia conyza veſcentia, Hanc enim herbam vbi paſta fuerint, ſiti detenta pereunt.

Κόνυζα *eſt cunilago cuius meminit Dioſcorides l. 4. c. 365.*

76. *Quomodo hominem edentem innuunt.*

Veſcentem hominem ſignificantes, pingunt crocodilum ore aperto. Hic enim *

77. *Quomodo rapacem & inertem.*

Rapacem ſimul & pigrum inertemque hominem ſignificant, crocodilum pingentes, qui Ibis pennam in capite habeat: Hic enim ſi Ibis pennâ tangas, immotum deprehendes.

*Attigi etiam Syntagm. 2.*

78. *Quomodo mulierem ſemel enixam*

Semel enixam mulierem ſignificant leænam pingentes. Hæc enim bis vterum non fert.

*Commentum Aegyptiorum, hoc putat Ariſtot. & Plin. l. 8. c. 16.*

79. *Quomodo hominem primo rudem, informemq́; editum.*

Hominem, qui initio quidem informis natus ſit, ſed poſteà formam acceperit, innuunt depicta vrſa prægnante. Hæc namque ſanguinem primo condenſatum & concretum parit: hunc poſteà proprijs fouens femoribus, efformat, linguaque lambens perficit.

*Attigi quoque Syntagm. 2.*

80. *Quomodo robuſtum hominem, quæque è re ſua ſint ſubolfacientem.*

Eum qui ſimul & viribus & ingenio valeat ad ea dignoſcenda, quæ vtilia ſint, volentes ſignificare, elephantum pingunt cum ſua proboſcide. Hac enim odoratur, & incidentia conſequitur.

81. *Quomodo regem à ſtultitia imprudentiaq́; ab horrentem.*

Regem qui omni ſtudio ſtultitiam fugiat atq; imprudentiam, ſignificant elephantum & arietem ſimul pingentes. Ille enim viſo ariete fugit.

82 *Quomodo regem, qui nugatorem auerſetur.*

Regem qui nugacem vitet hominem, ſinificant elephantem cum porco pingentes. Is enim voce porci audita, aufugit.

*Fuit itaque illud egregium Megarenſum ſtratagema qui porcos pice oblitos, & mox igne flammatos in Antipatri elephantos immiſerunt, meminit Aelianus de animalibus lib. 16. c. 36.*

83 *Quomodo hominem, qui celeriter quidem, ſed inconſulto inconſiderateq́; moueatur.*

Eum

Eum ſignificantes qui agilis ſit & velox, abſque iudicio tamen ac ratione feratur, ceruum depingunt, & viperam. Hac ſiquidem conſpecta, temerè in fugam vertitur ceruus.

*Alij tamen viperas à ceruis capi & interrimi narrant, vt Geſnerus, &c.*

84. *Quomodo hominem, qui ſua proſpiciat ſepultura.*

Vt denotent eum, qui de ſua ſolicitus eſt ſepultura, elephantem pingunt proprios dentes defodientem. Hos enim vbi exciderint acceptos in terram condit

85. *Quomodo hominem qui plenam iuſtamque ætatem vixerit.*

Eum qui iuſtam hominis ac legitimam vixerit ætatem, volentes monſtrare, cornicem mortuam pingunt. Hæc enim centum iuxta Ægyptiorum morem computatis annis viuit. Conſtat autem Ægyptiacus annus quatuor vſitatis & communibus annis.

86. *Quomodo hominem qui, ſuum ſcelus ac maleficium tegat.*

Deſignantes hominem, qui ſceleſtum ſuum ac malignum occultet animum, ne à ſuis noſcatur, pardum pingunt. Hic ſiquidem clanculum alia perſequitur animantia, nec ſinit * impetum ac pernicitatem innoteſſere, qua in illis perſequendis vtitur. ** odoratum.*

87. *Quomodo hominem adulatione deceptum.*

Eum qui aſſentatione capitur, innuentes, ceruum cum tibicine pingunt. Is enim dum ſuauiſſimum audiens canentium modulatum, ingenti veluti demulcetur voluptate, facilè in venatorum manus incidit.

 88. *Quo-*

Digitized by Google

88. *Quomodo præſagium copioſæ vindemiæ.*

Præſagium copiæ vini ſignificantes, vpupam pingunt, quæ ſi ante vitium tempus cecinerit, inſignem vini bonitatem ſimul & copiam prænunciat.

*Id quoq; aſſerit Geſnerus ex Oro in vpupæ ſectione de Iconibus.*

89. *Quomodo hominem cui vua eſus nocuerit.*

Vuæ eſu læſum & ſeſe curantem notantes, vpupam pingunt, & adiantum herbam. Hæc enim ſi vua comeſta læſa fuerit, adiantum ori inſerens, certo decurſo ſpatio, priſtinam recipit valetudinem.

90. *Quomodo hominem ſibi ab hoſtium inimicorumue inſidijs cauentem.*

Sibi ab aduerſariorum inſidijs cauentem quum volunt ſignificare; gruem vigilantem pingunt. Hæ enim hos ſeipſas præſidio cuſtodiunt, tota nocte per vices excubias agentes.

Ὀρδινον. *Vox Romana, Græca ciuitate donata qua vſus eſt etiam Mararius Xinus aduerſus Sarracenos, & Conſtantinus in Tacticis*, λοχαγὸς δὲ λέγεται ὁ πρῶτος τοῦ στίχου, ἤγουν τοῦ ὀρδίνου.

91. *Quomodo ſenem fame enectum.*

Senem, qui fame perierit, volentes monſtrare, aquilam pingunt adunco roſtro. Huic enim ſeneſcenti aduncum fit roſtrum, itaque inedia perit.

92. *Quomodo hominem in perpetuo motu atq; animi agitatione degentem.*

Eum qui in continuo motu, & animi intentione vſque adeò verſetur, vt ne veſcens quidem quieſcat, ſignificantes, cornicis pullos pingunt. Hæc enim etiam volans pullos paſcit.

93. Quo-

## 93. *Quomodo hominem ſublimium rerum peritum.*

Sideralis ſcientiæ gnarum cùm ſignificant, gruem volantem pingunt. Illa enim altè admodum volat, vt nubes è proximo conſpiciat, neq; tempeſtate agitetur, atque ita altam agat quietem.

## 94. *Quomodo hominem proprios à ſe dimittentem liberos ob paupertatem.*

Hominem, qui inopia preſſus liberos valere iuſſerit, notantes, accipitrem prægnantem pingunt. Is enim cùm tria oua pariat, vnicum quod nutriat ſeligit, reliquis duobus fractis. Hoc autem facit, quòd per id tempus vngues amittat, ideoque tres pullos ſimul educare non poſſit.

## 95. *Quomodo hominem mouendis pedibus cunctabundum ac lentum.*

Hominem pedum motu tardum & ſegnem volentes monſtrare, camelum pingunt. Hic enim ſolus ex omnibus animantibus femur inter eundum inflectit, quare etiam κάμηρος Græcè, hoc eſt camerus, à femoris inflexione dicitur.

## 96. *Quomodo impudentem hominem, acutiq; ac celeris viſus.*

Hominem inuerecundum & viſu celerem deſignantes, ranam pingunt. Hæc enim non alibi ſanguinem habet quam in oculis. Porrò qui illos ſanguine reſperſos habent, impudentes dicunt. Ergo & poëta: *Ebrie, luminibus canis, effrons, pectore cerui.*

## 97. *Quomodo hominem qui ſeſe mouere nequiuerit.*

Hominem, qui cum diu ſeſe mouere non potuerit, poſtea tandem pedibus moueatur, demon-

ſtrantes, ranam pingunt poſteriores pedes habentem. Hæc enim primò ſine pedibus naſcitur, ſed poſtea, dum augetur, pedes * aſſumit poſteriores.

*prius.*

98. *Quomodo omnibus inimicum hominem.*

Omnibus infeſtum, & qui cæterorum conſortium fugiat, oſtendere volentes, anguillam pingunt. Hæc enim cum nullo alio piſce commercium habere deprehenditur.

*Idem habet Aelianus de Animalibus Anguillas ſeparatim ab alijs piſcibus viuere, neque cum ijs inueniri.*

99. *Quomodo hominem multos in mari ſeruantem.*

Hominem multos in mari ſeruantem ſignare volentes, torpedinem piſcem pingunt. Hæc enim vbi piſces multos viderit, qui natare non poſſint, ad ſe trahit, ac eos ſeruat.

*Aliorum quidem auctorem hoc nemo tradit, ſed vno omnes ore contradicunt. Itaq; hic auctor Ori interpres* νάρκην *fortaſſe poſuit pro Nautilo ſeu Nauta piſce, cuius mira in natando induſtria, de qua vide Ariſtotelem l. 9. de Animal. c. 37. & Oppian. l. 1.* ἁλιευτικῶν.

100. *Quomodo hominem, qui vtilia ſimul & inutilia malè conſumpſerit.*

Hominem, qui vtilia ſimul & inutilia malè conſumpſerit, indicantes, polypum pingunt. Ille enim, quum multa eaque intemperanter voret, cibum in cauernas reponens congerit, & quum vtilia conſumpſerit, tum & quæ ſuperſunt inutilia abijcit.

101. Quo-

Digitized by Google

### 101. *Quomodo eum qui ſuæ gentis hominibus imperitat.*

Suæ nationis & generis hominibus imperantem quam denotare volunt, carabum & polypum pingunt. Ille enim polypis imperat, interque eos primas tenet.

### 102. *Quomodo hominem, qui ſui curam rationemq́ue non habeat.*

Patrem, aut hominem qui ſe ipſe non curet, ſed à domeſticis & propinquis curetur, volentes ſignificare, oſtreum & cancrum pingunt. Hic enim carni oſtrei velut agglutinatus manet: vnde & ex conſecutione nominis, πιννοφύλαξ, quaſi oſtrei cuſtos vocatur. Oſtreum igitur planè hiat in concha eſuriens. Si itaque dum hiat, piſciculus aliquis irrepſerit, mordet cancer vngula oſtreum: quod ſentiens concham claudit, atque ita piſciculum venatur.

*Hoc Aelianus, Plinius, & cæteri meminere, vide Syntagm. 2.*

### 103. *Quomodo hominem ingluuie laborantem.*

Hominem gulæ deditum deſignare volentes, ſcarum pingunt. Is enim vnus ex piſcibus ruminat; & omnes occurſantes piſciculos deuorat.

*Vide num* λαιμὸν ἔχοντα *ſit legendum* λαιμὸς *eſt gula: vel certè* παροιμιακῶς. *Lamiam habere dicuntur, qui gulam habent aut ventrem inſatiabilem. Nam* λάμια *apud Heſychium eſt bellua, vel mulier inſigni voracitate. Quod autem hic tradit de ſcaro id ipſum habet Ariſtoteles.* Scaro diuerſa omnino ventris ſpecies eſt, &



Digitized by Google

ruminare ſolus piſcium quadrupedum ritu creditur.

104. *Quomodo hominem cibos vomentem.*

Eum qui vbi ſumptos cibos euomuit, auidè rurſum cibos vorat, vt ſatiari non poſſit, ſignificantes felem aquaticum pingunt. Is enim ore parit, & natans fœtum abſorbet.

*Hoc ipſum Glauco piſci & canicula marina tribuit Aelianus lib. 1. de Animal. cap. 16. & 17. vt oſtendo Syntagm. 2.*

105. *Quomodo hominem ob cædem factam ſupplicio affectum.*

Hominem, qui cædis admiſſæ pœnas dederit, quemq; pœnituerit, deſignare volentes, turturem laqueo implicatam pingunt. Hæc enim capta ſpinam, quam in cauda habet, abiicit.

*Non de turture aue, vt hic habetur ſed de paſtinaca piſce intelligit, quem Græci τρυγόνα nominant. Spina atem caudæ, eſt radius ſiue ſtimulus quem hic piſcis habet inſignem. Dioſcor l. 2. c. 22. Τὸ κέντρον τῆς οὐρᾶς nominat. βέλος ῥίγιστον. Oppianus, qui eius venenum diſertè deſcribit l. 2. de piſcatu, lege igitur hamo, ἀγκίστρῳ, non* laqueo, *vt reddit Mercerus, implicatam* P*aſtinacam.*

106. *Quomodo eum qui profuſius alienis veſcatur.*

Eum qui & aliena intemperanter decoquat, & demum ſua conſumpſerit, deſignantes, polypum pingunt. Is enim ſi victu aliunde quæſito indiguerit, propria edit flagella.

*Πλεκτάνας, alij Cirros & acetabula nominant.*

107. *Quomodo eum, qui rerum honeſtatum amore flagret.*

Eum

Eum qui toto pectore in res pulcherrimas incumbit, ac tamen in calamitates incidat, volentes innuere, ſepiam pingunt. Hæc enim ſi viderit à quopiam ſibi inſidias ſtrui, in quam ex aluo nigerrimum effundit ſanguinem: ex quo fit vt iam conſpicua non ſit, atque ita euadat.

*Aliter accommodo Syntagm.* 2.

108. *Quomodo hominem, qui vim quandam habeat ſibi alios conciliandi ac deuinciendi.*

Cùm hominem ſignificant, qui alios ſibi continenter deuinciat & demereatur, lyram pingunt. Hæc enim continenter ſuum retinet concentum.

*Videtur alluſiſſe S. Ignatius Martyr, in epiſt. ad Philippenſes cùm verum Epiſcopum deſcribens ait,* Συνήρμοσαι ταῖς ἐντολαῖς κυρίου τοῖς δικαιώμασιν ὡς χορδαὶ κιθάρας.

109. *Quomodo eum qui antea mente alienatus fuerit, ſed poſtea reſipuerit.*

Eum volentes oſtendere, qui quum quondam mente alienatus eſſet, ad ſe demum redierit, certumque vitæ ſuæ ordinem ac rationem inſtituerit, fiſtulam pingunt. Hæc ſiquidem animum demulcet, & ea in memoriam reducit, quæ ex animi ſententia & cum voluptate quis geſſerit: Inſuper & maximè compoſitum edit ſonum.

110. *Quomodo eum qui ius ex æquo omnibus tribuat.*

Eum qui ius æquè omnibus impertiatur, ſignificare volentes, ſtruthiocameli pennam pingunt. Hoc enim animal præter cætera, pennas alarum vndequaque æquales habet.

Stru-

*Sebrutionem* λιζύης πτερόεν βετὸν ἀγκυλόδειρον *nominat. Oppian. lib.* I. *de Piſ.*

III. *Quomodo hominem ædificandi ſtudioſum.*

Ædificandi cupidum hominem volentes innuere, hominis manum pingunt. Hæc enim omnia efficit opera.

*Hori Appollinis Niliaci ſacrarum ſculpturarum Finis.*

---

# EX CLEMENTIS ALEXANDRINI LIBRO QVINTO STROMATVM HIEROGLYPHICA.

I.

PORRO Dioſpolei, quæ eſt vrbs Ægypti, in æde ſacra quæ vocatur Pylon, expreſſus eſt puellus ſignum generationis: ſenex verò interitus: & rurſus Dei ſymbolum accipiter, & piſcis ſymbolum odij: & in alio rurſus ſignificato Crocodilus eſt ſignum impudentiæ, videtur ergo vniverſum hoc ſymbolum ſimul poſitum hoc ſignificare! O *qui naſcimini & interitis, Deus odio impudentiam habet.*

II.

Quinetiam Dionyſius Thrax Grammaticus in libro de Declaratione Symboli, *De Rotulis*, dicit ad

*ad verbum* : ſignificant autem non per verba ſolum, ſed etiam per Symbolum nonnulli actiones: per verba quidem, ſicut ſe habent quæ dicuntur præcepta Delphica, *Nihil nimis* : &, *Noſce teipſum*, & quæ ſunt his ſimilia; per ſymbola autem, vt & rota, quæ vertitur in deorum templis, quæ tracta eſt ab Ægyptijs, & rami, qui dantur ijs, qui adorant. Sic enim Orpheus Tracius.

*Ramorum aſt quis ſunt hominem terreſtria cuncta,*
*Non vno ſtant fata loco in mente, omnia circum*
*Voluuntur, nec fas vna eſt conſiſtere parte:*
*Sed quam ceperunt curſus partem omnia ſeruant.*

Rami aut vt ſint Symbolum primi nutrimenti, aut vt ſciat vulgus fructus quidem omnino germinare & augeri, longiſſimo tempore permanentes: ſe autem accepiſſe exiguum vitæ tempus ea de cauſa volunt dari ramos: fortaſſe autem etiam vt ſciant quod ſicut ij turſus vtuntur, ita illosque hanc vitam cito eſſe relicturos & ignis opus futuros.

III.

Ex Ægyptijs alij quidem in nauigio, alij verò in Crocodilo Solem oſtendunt: ſignificant autem quod Sol per aërem dulcem & humidum ingrediens, gignit tempus, quod ænigmaticè ſignificat Crocodilus per quandam aliam ſacerdotalem hiſtoriam.

IV.

His accedit, quod roboris quidem, & fortitudinis ſignum eſt eis Leo.

Magnique animi, fiduciæ & libertatis equus.

V.

Sicut certè & ipſius terræ & agriculturæ & aliſpenti eſt bos.

Robo-

V I.

Roboris autem rurſus cum ingenij ſolertia Sphinx, quæ totum quidem corpus habet Leonis, faciem autem hominis.

V I I.

His quoque ſimiliter ingenij ſolertiam & mentem, & vires, potentiamque, & artem homo ſignificans, ab eis in ſacris inſculpitur.

V I I I.

Aiunt quidem certè Idanthuram quoque Scytharum regem, vt refert Pherecydes Syrius, Dario qui Iſtrum traiecerat bellum minantem, Symbolum miſiſſe pro literis, murem, ranam, auem, iaculum, aratrum. Cùm autem de his vt erat conſentaneum exorta eſſe dubitatio, Orontopagas quidem tribunus militum dicebat eos tradituros Imperium, coniectans ex mure quidem habitationes, ex rana autem aquas: ex aue verò aërem: ex iaculo autem arma: ex aratro verò regionem: Xiphodres autem contra eſt interpretatus. Dicebat enim, Niſi tanquam aues euolauerimus, aut tanquam mures terram, vel tanquam ranæ aquam ſubierimus, illorum tela non effugiemus.

I X.

Anacharſin quoque Scytham dicit dormientem, ſiniſtra quidem continuiſſe pudenda, os autem dextra, ſignificantem oportere quidem vtrumque, ſed maius eſſe linguam cohibere quam voluptatem.

X.

Iam verò in ijs quoque quæ ab ijs vocantur Deorum κωμασίαις; aureas imagines; duos quidem canes, vnum autem accipitrem, & Ibin vnam circumferunt: & quatuor imaginum, ſimulacra vocant quatuor literas. Atque duo quidem canes ſunt

Symbola

Symbola duorum hemiſphæriorum, vt quæ circumeant & cuſtodiant: Accipiter verò Solis, eſt enim igneus & qui vim habet interimendi: Peſtilentes itaque morbos Soli attribuunt. Ibis autem Lunæ; nam vmbroſa cum nigro, lucida cum albo, plumarum contendebant. Sunt autem alij qui volunt tropicos ſignificari à canibus, qui cuſtodiunt & inſtar ianitorum obſeruant acceſſum Solis ad Auſtrum & Septentrionem. Æquinoctialem autem, qui eſt altus & peruſtus, ſignificat accipiter, ſicut Ibis obliquum ſeu ſigniferum. Numeri enim inuentionis & menſuræ, maximè ex animalibus Ibis videtur principium præbuiſſe Ægyptijs, ſicut ex circulis obliquis.

# EX DIODORI BIBLIOTHECÆ HISTORICÆ LIBRO TERTIO.

## I.

Accipiter illis cuncta quæ celeriter fiunt ſignificat: quod auis hæc omnium ſit velociſſima.

## II.

Crocodilus omnis malitiæ index eſt.

## III.

Oculus iuſtitiæ ſeruator, & cuſtos corporis.

## IV.

Dextera paſſis digidis victus ſuppeditationem.

## V.

Siniſtra contracta conſeruationem facultatum & cuſtodiam denotat.



Digitized by Google

# EX S. EPIPHANII EXPOSITIONIBVS.

## I. Devs incognitvs Diabolis.

*Leo ſuâ obtegens veſtigia.*

*Meminit quoque Æ-lianus l. 11. c. 30. Iſid. l. 1. Orig. c. 2.*

CVM leo in monte oberrat, & venatorem odoratur, ſua ipſius veſtigia cauda obtegit; ne illis inſiſtentes venatores, luſtrum inueniant, atque ipſum capiant.

*Interpretatio ſiue apodoſis.*

Sic Dominus noſter IESVS Chriſtus ſpiritualis Leo, qui vicit ex tribu Iudæ, radix Dauid, à Patre miſſus, ſui-ipſius ſpiritualia cooperit veſtigia, id eſt, diuinitatem ſuam; ſe enim exinaniuit, & in Mariæ ventrem deſcendit, vt ſaluaret fraudè deceptum hominum genus. Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: quapropter illi, qui ignorabant, deſuper illum deſcendiſſe; dicebant; Quis eſt iſte Rex gloriæ? Sanctus verò Spiritus, Dominus, inquit, virtutum, ipſe eſt Rex gloriæ.

## ALITER.

Nec aliter tu ſpiritualis homo, cum feceris eleemoſynam, ſiniſtra tua dexteræ opus ignoret, ne te diabolus ex bonis operibus inueſtiget, & ad peccandum alliciat.

II. VIATA

Digitized by Google

## II. Vita per Christum.

*Lux & Spiritus à Leone catulis redditus.*

Leæna mortuum & cœcum edit catulum, iuxta quem defixos in illum habens oculos triduo cubat; his verò tranſactis leo accedit, & in catulum ſpirat: qui ſtatim & ad vitam reuocatur, & lumen oculorum recipit. Cùm verò dormit, euigilant eius oculi, ita vt venatorem ab ſeptem ſtadijs præſentiat, ipſumque fugit, neque ab illo capitur.

*Orig. hom 17. in c. 49. Geneſ. hoc idè attigit.*

### Apodosis.

Sic gentes, quæ non credebant, per trium dierum ſepulturam & Domini noſtri Ieſu Chriſti reſurrectionem reſpexerunt; & ad vitam reuocatæ ſunt. Ante baptiſmum enim & mortuæ & cæcæ dicebantur: verum à leæna. id eſt, ab Sancto Spiritu per triduum ſepulturæ obſeruabantur: cum autem leo, hoc eſt, viuificum Verbum venit, & in ipſos Spiritum Sanctum inſpirauit, ad vitam eos reuocauit, & omnes ab inferno eduxit.

## III. Christianus à Daemone irretitus.

*Vrus ad Tanyn captus.*

Vrus, animal omnium maximum, ſimilis eſt boui, duoque habet cornua in modum ſerræ, eſtque præ omnibus animalibus terribile aſpectu: itaque proceras arbores quatiens, illas diſſecat, ramoſq; præſcindit, nec eſt vllum animal illo fortius. Paſcitur non longè ab Oceano, continuò verò vt bibit, veluti ebrius ludit, cornibusque tanquam bos terram petit. Eſt autem illic arbor dicta Tanus, viti ſimilis & alba ramis, quos cùm Vrus

capite concutit, cornu vincitur. Accedit itaque venator, & cornu alligatum deprehendit, illumque opprimit.

### APODOSIS.

Tu igitur, ô ſpiritualis homo, conſidera quanto te Vro generoſiorem fecerit Deus: loco enim duorum cornuum, duo tibi dedit teſtamenta, nouum videlicet & vetus, quæ cornua ſunt contra poteſtates aduerſas, vt ne te circumueniat diabolus: ait enim Propheta: In te inimicos noſtros ventilabimus cornu.

### ALITER.

Oceanus copiam diuitiarum ſignificat, Tanus vero vitæ voluptatem, qua implicitus homo fidem negligit, venator igitur, hoc eſt, diabolus, illum aggreditur, quem voluptatibus mancipatum, fidemque negligentem inueniens, in ſuam poteſtatem redigit.

---

## IV. PRIMI HOMINIS LAPSVS.

*Elephas à fœmina deceptus.*

*Hæc de Elephante hiſtoria recentiores etiam habet auctores vt vincetium, quos credibile eſt hunc locum compilaſſe.*

ELEPHAS maximum eſt animal, proboſcidemque habet, qua quæ ipſum adoriuntur animalia, percutit: Hac cibum & potum ſibi ſubminiſtrat, non enim habet compages, propenſuſque paſcitur, genua haud incuruans. Femina herbam, quæ mandragora dicitur, quærit, quam guſtat, & coëundi cupiditate accenſa, ad maremque properans, illam ipſi offert. Mas verò vt comedit, ardet libidine, & feminæ miſcetur. Iam cum inſtat pariendi tempus, lacum ingreditur, pertentatque aquam; qua mammillas vſque pertingente parit. Si enim in terram ederet fœtum, haud

eleuaſſe

eleuari poſſet, cùm membrorum compagibus careas.

APODOSIS.

Manifeſtum eſt, primum parentem Adamum, non vt Euam inobedientiæ lignum prægustaſſe: illa enim dedit viro; qui vt comedit, ſenſit præceptum Domini tranſgreſſum eſſe. Quis igitur partus? peccatum: & lacus vbi peperit quis? Paradiſus.

## V. CHRISTIANVS POENITENS.

*Ceruus ad fontes.*

CERVVS ſimilis eſt ſilueſtri capreæ: illius cornua tribus ramis diſtinguuntur, & triplex eſt eius vitæ reparatio. Viuit enim annos quinquaginta, nemorumque ſiluas, & montium valles, vt velociſſimus curſor contento gradu perluſtrat, ſerpentiumque cauernas odore indagat; & ſicubi ſerpens deliteſcit, è veſtigio ſubodoratur, ſtatimque nares ad limen cauernæ admouet, halitumque trahit: prodiens igitur ſerpens in fauces cerui ſeſe ingerit, ille, obuium deuorat, qua de cauſa appellationem ſortitus eſt, videlicet quòd ex imo ſerpentes ad ſe attrahat. Poſt quam autem ſerpentem ex cauernis cepit, illicò ad aquarum fontes decurrit: quòd ſi trium horarum ſpatio aqua ſe explere non poteſt, moritur: ſin autem aquæ potus obtingat, ad annos denuo quinquaginta vitam protrahit. Vnde Propheta Dauit: Sicut deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ſic deſiderat anima mea ad te Deus.

*Geoponicus auctor l. 19. c. 5. Huius proprietatis rationem reddit, quod Ceruus afflans ſerpentem afficiat cum vertigine.*

### APODOSIS.

Tu igitur, ſpiritualis homo, tres habes reſtaurationes, baptiſmum ſcilicet incorruptionis, filialis adoptionis gratiam; atque pœnitentiam, ſi quando ſerpentem, id eſt, peccatum intra cordis receſſus deprehenderis, ad fontes aquarum, hoc eſt, ad ſcripturarum ſcaturigines ſtatim confuge, ſanctam videlicet gratiam (quemadmodum Prophetæ interpretantur) hauri: nam ſi pœnitentiam egeris, ab eà iterum, deletò penitus peccato, reparaberis.

---

## VI. POENITENTIA ET RENOVATIO.

*Aquilæ iuuentus.*

*Non diſſimilis eſt Sadaiæ de Aquila narratio.*

AQVILA volucrum regina, à longiſſima vita denominationem accepit; viuit enim annos centum. Cùm verò ſeneſcit, roſtrum ei incuruatur, caligantque oculi, ita vt nec videre poſſit, nec cibum capere: Igitur in altum ſeſe attollit, & in præruptam ſe proijcit rupem, ad quam roſtrum allidit, & ſe frigidis immergit aquis, aduerſuſque ſolares radios ſe opponit, tuncque ex oculis cadunt lipidines, ac iterum iuueneſcit.

### APODOSIS.

Tu igitur, ô ſpiritualis homo, cùm multitudine peccatorum fueris oppreſſus, in altum aſcende, hoc eſt, in tuam ipſius conſcientiam, atque te ad petram, ſcilicet ad fidem Orthodoxam proijce, defle peccatorum tuorum multitudinem, & perpetuis te aqui, id eſt, lachrymis abſtergens, Solis radijs incaleſce, hoc eſt; in cœtu fidelium, & in ſancto Spiritu ad calorem pœnitentiæ propera, lippidines, id eſt, peccata abijce, ſtatim enim renouabitur, vt Aquilæ iuuentus tua, & iuſtus vocaberis apud Deum.

VII. VO-

## VII. VORAX POST IEIVNIA.

*Vulturis paſtus.*

VVLTVR cunctis auibus voracior eſt: quadraginta enim diebus cibo abſtinet, quem cùm inuenit, totidem ſe ex illo libris ingurgitat: itaque quadragenariam abſtinentiam quadragenaria ingluuie compenſat.

*Fortè hæc Auis eſt γυπάετος quamdiu ieiunare ſcribunt.*

### APODOSIS.

Tu igitur ſpiritualis homo, qui in quadrageſimali ieiunio Dominicam reſurrectionem expectas, noli ventri fœdè indulgere, ne quadrageſimalis abſtinentiæ meritum perdas.

## VIII. CHRISTVS.

*Pelecanus.*

PRAE omnibus volucribus Pelecanus prolis eſt amans femina nido incubat, pullos ſuos cuſtodiens, ipſosque fouet, complectiturque, & nimijs oſculis ſauciat; perforat itaque illorum latera, & illi moriuntur. Poſt tres verò dies accedit mas pelecanus, & mortuos inuenit pullos, & valdè angitur doloreque impulſus proprium latus percutit, ac terebrat, emanatque ſanguis, quem ſuper mortuorum pullorum vulnera inſtillat, qui ſic vitæ reſtituuntur.

*Nota ex alijs PP hiſtoria. Ariſtoteles tamen Ælian. non meminere.*

### APODOSIS.

Sic Dominus noſter IESVS Chriſtus, cuius latus lancea aperuit, continuoque ſanguis & aqua exiuit, ſuper mortuos filios, hoc eſt Adamum & Euam, ceterosq; prophetas, & ſuper omnes mortuos

ſanguinem ſuum fudit, vniuerſumque mundum illuminauit, & per triduanam ſepulturam ac reſurrectionem ſuam ad vitam illos reduxit; quapropter per Prophetam dixit: Similis factus ſum Pelecano ſolitudinis.

## IX. BONORVM OPERVM FRVCTVS VBERRIMVS.

*Perdicis fœcunditas.*

*De Perdicis fœcunditate agit Clearchus apud Athen.*

PERDIX prolis fœcunda eſt: conſtructo enim nido accedit femina & ſingulis diebus oua parit, nec verò proprij ventris ſufficit illi fœtus; verum nidum ſuum illa diſcurrens ſuffuratur oua, & ad aliarum auium defert.

APODOSIS.

Sic tu, ſpiritualis homo, ſi multas feceris eleemoſynas, ne tibi ſatis eſſe putes, ſed ad alia præcepta feſtina, & nidum tuum abunde imple, hoc eſt cor tuum expia, & te aduerſus contrarias poteſtates valdo muni.

## X. AMOR FIDELIS, IN DEVM.

*Turturis Viduitas.*

*Meminit etiam Baſil. Homi. 8. in Hexam.*

INTER omnes aues, coniugis amans eſt turtur: mas & femina vna volant, pulloſq; procreant: ſi vero morte ſeparantur, ad finem vſque vitæ viduitatem coſtodiunt.

APODOSIS.

Sic tu, ſpiritualis homo, cum peccatis onuſtus, tempus eſſe pœnitendi iudicaueris, abijce praua opera, nec nouis te ſordibus, id eſt, peccatis impli-

ges, ſed vnico coniugio contentus eſto : videlicet intra proprij tori limites te contine, vt in ſecundo aduentu manſionem inuenias.

## XI. CHRISTI RESVRRECTIO.

### *Phœnix.*

PHOENIX auis pauone pulchrior eſt : pauo enim aureas argentaſque habet alas : Phœnix vero hyacinthinas, & ſmaragdinas, precioſorumque lapidum coloribus diſtinctas : coronam autem habet in capite & in pedibus malleolos Prope Indiam degit. Viuit autem annos quingentos, & in cedris Libani abſque cibo & potu, vento paſcitur: at poſt quingentos annos alas aromatibus implet, & cum Heliopoleos ſacerdos ſacrificia inchoat, è proprio egreditur nido, ad ſacerdotem pergit, vnaque templum ingreditur vſque ad ſacrarium, & in cinerem tota conſumitur, ſequenti autem die alis renatis reperitur : tertia verò die iam integra ſacerdotem ſalutat, reſtaurataque iterum ad proprium locum redit.

APODOSIS.

Cur igitur Iudæi iniqui, Domini noſtri Ieſu Chriſti triduanum reſurrectionem non crediderunt, cùm auis trium dierum ſpatio ipſa ſe ſuſcitet? aut quomodo ſeipſum à mortuis ſuſcitare non potuit, cùm de illo dixerit Propheta : Iuſtus vt Phœnix florebit.

## XII. PECCATORVM SVORVM.

### AGNITIO.

*Pauo ſuos pedes intuens.*

PAVO inter omnes volucres auis eſt iactabunda: corporis enim forma atque alis pulcher eſt. Cum

 amba-

Digitized by Google

ambulat, ſe ipſe lætitia exultans intuetur, dimittit verò caput, & in terram oculos conijcit: cùm autem ſuos conſpicit pedes, grauiter vociferatur, ſcilicet quod illi cæteris corporis ſui partibus non reſpondeant.

Apodosis.

Tu igitur, ſpiritualis homo, præcepta & bona tua videns delectare, & exulta: cùm verò pedes, id eſt, peccata aſpexeris, vociferare; & coram Deo defle atque odio habe peccatum, quemadmodum & pauo pedes, vt ſponſo iuſtus apareas.

---

## XIII. ARCTA AD COELVM IANVA.

*Serpens per rimam ingrediens.*

*Notaui idē alio loco ex Climacho.*

AIt Chriſtus in Euangelio: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Phyſiologus in ſerpente plures ineſſe naturæ proprietates ait.

*Prima ſerpentis proprietas.*

Cum ſenio grauatur, caligant illi oculi: & cùm iterum iuueneſcere parat, quadraginta diebus cibo abſtinet, & tandem emollita cute, quærit petram per cuius foramen magno niſu contendens pronuſque tranſire nititur, cutemque exuit, qua depoſita gaudet, atque iterum iuueneſcit.

Apodosis.

Et tu, ſpiritualis homo, ſi per anguſtam & arctam viam veterem mundi ſenectutem deponere vis, corpus tuum ieiunio macera: Eſt enim anguſta porta, & arcta via, quæ ducit ad regnum cœlorum.

XIV. Dat

## XIV. DÆMONIS IMPETVS IN GRATIA DESTITVTOS.

*Serpens inſiliens in nudos.*

CVm ſerpens veſtitum hominem conſpicit, pauet, ipſúmque fugit: quòd ſi nudum videt, illum petit. *Iſidorus & Albertus aliter narrant.*

### Apodosis.

Et tu ſpiritualiter conſidera, quòd cùm noſter parens Adamus veſte à Deo contexta in Paradiſo indutus fuit; illum adoriri diabolus non potuit, ſed procul ab eo fugit: cùm verò præcepta Dei tranſgreſſus nudus manſit, tunc vicit illum diabolus.

## XV. PRVDENTIA ET CAVTIO.

*Serpens caput obtegens.*

SI quando ſerpens ab homine petitur, caput ille tantùm cuſtodit, reliquum corporis exhibet.

### Apodosis.

Debemus igitur & nos in tempore periculi totum corpus morti concedere, ſolum caput cuſtodire hoc eſt, Chriſtum non deſerere, quemadmodum ſancti martyres fecerunt. Omnis enim viri caput Chriſtus eſt: vt ait ſcriptura.



Digitized by Google

## XVI. INNOCENTIA.

*Serpens deponens venenum.*

*Hoc idem habet glycas.*

CVM ſerpens ad fontem vt bibat pergit, virus non defert, ſed in antro illud dimittit, ſicque purus accedit; ne ex illis aquis bibentes veneno inficiat.

APODOSIS.

Debemus igitur & nos qui ad perrennem puramque & diuinis ac cæleſtibus eloquijs ſcaturientem aquam in Dei Eccleſia properamus, malitiæ venenum nobiſcum non deferre: ſed omnem prauitatem ac iurgium & omnem malam cogitationem deponere, ſicque inſontes & puri Eccleſiam Chriſti adeamus, ne anima noſtra veneno inficiatur.

## XVII. PRVDENTIA OECONOMICA.

*Formica.*

AIT Salomon in Prouerbijs: Vade ad formicam ô piger. Phyſiologus multas proprietates habere eam dicit.

*Prima proprietas formicæ.*

Cum ſollicitè diſcurrunt, & ſingulæ granum portant, à ferentibus vacuæ nec petunt, nec vi auferunt, ſed vnaquæque colligere ſibi ſtudet.

APODOSIS.

Hæc in prudentibus & fatuis virginibus deprehenduntur.

XVIII. DIS-

Digitized by Google

## XVIII. DISCRETIO.

*Formica grana diſſecans.*

CVM in cellulis grana condunt, in duas partes illa diuidunt, ne hyeme ingruente putreſcant, & ipſæ fame pereant. Formica enim cùm ſit animal ſolers, & æſtum ſolis nimium, & hybernum tempus præſentit. Itaq; cum eam videris triticum in cauernam condentem, hyemem aduentare intellige: ſi verò illud extra educentem ipſam videris, tranquillum inſtare tempus ſcito.

*Id ipſum præclarè deſcriptum à D. Hieronymo notaui in hypotypoſibus.*

APODOSIS

Tu verò ô homo, ſermones veteres ab ſpiritualibus ſepara. Littera enim interficit. Et Palus ait: Lex ſpiritualis eſt. Iudæi autem legi minimè adhærentes, fame perierunt.

## XIX. DAEMON VENATO ANIMARVM.

*Vulpes aues capiens.*

VVlpes verſutum eſt animal, cùm enim eſurit, & cibo caret, aprica loca adit, & humi ſtrata animamque continens; ac ſimulans ſe mortuam, ſupina iacet, oculis & pedibus ſurſum erectis. Aues itaque delabuntur vt ipſa veſcantur: illa verò arripit eas ſubitò, ac pro libitu deuorat.

APODOSIS.

Nec aliter diabolus cùm illaqueare hominem vult, tentat ipſum, vt quàm negligenter ſe in oratione gerat: ſicque facillimè irretitur.

XX. A-

Digitized by Google

## XX. AMOR TENEBRARVM ET HVMILITAS.

*Nycticorax.*

AIT Pſaltes, Factus ſum ſicut nycticorax, Phyſiologus igitur auem eſſe dicit amantem magis tenebras, quàm lucem.

APODOSIS.

Sic Dominus noſter Ieſus Chriſtus dilexit nos ſedentes in tenebris, & in vmbra mortis, hoc eſt, Gentium populum amauit, magis quam Iudæos, qui olim adoptionem, repromiſſionemque in patre habuerunt. Quamobrem Saluator dixit, Noli timere puſillus grex, quia complacuit patri veſtro, dare vobis regnum. Dices, impura auis eſt noctua: atqui Saluator per Apoſtolum dixit, Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: humiliauit ſeipſum, vt exaltaret nos: factus eſt omnia, vt omnes ſaluos faceret.

## XXI. IN PARVIS MAGNA.

*Apis.*

AIT ſapiens: Parua inter aues eſt apis, & principium dulcedinum fructus illius.

APODOSIS.

Haud aliter diuina opera incomprehenſibilia ſunt in hominibus, & mirabilia in excelſis, & ſuper mel & fauum ac ſuper creata omnia dulciora.

*Terreſtres Rana vt Calamita quæ degunt inter arundineta.*

## XXII. OTIOSVS MONACHVS.

*Rana aquatica.*

TERRESTRIS hæc rana colorem ſolis excipit, & gelu, imbres, ventos, & hybernas tempeſtates omniaque ſuſtinet. Aquatica verò nihil horum tolerare

tolerare poteſt: verùm ingruente hyeme ſe ipſam in profundum demittit; Sole verò emicante emergens placidè incaleſcit: cùm autem ſolis calor increuerit, ferre illum non poteſt, ac denuo in profundum ſeſe deijcit.

APODOSIS.

Sic & qui otiosè degunt monachi minimè poterunt famem, ſitim, nuditatem, continentiam, & humi cubationem tolerare: qui verò otio non indulgent, libenter ieiunant, atque omnia ſuſtinent.

## XXIII. CHRISTI ASPECTVS SALVTARIS.

*Charadrij medici oculi.*

ESt auis Charadrius dicta, quam Phyſiologus ait albam eſſe totam abſque vlla prorſus nigredinis nota. Porrò ſi quis morbo laboret, ſitque hominis ægritudo lethalis, proſpectum ſuum Charadrius ab illo auertit: ſin verò morbus vitæ ſecuritatem promittat, tunc charadrius in ægrum intendit viſum & viciſſim æger in charadrium.

*Charadrius hic cum Ictero confunditur cuius aſpectus ſanat Ictericos.*

APODOSIS.

Sic Chriſtus Dominus noſter candidus eſt totus, abſque vlla mundana nigredine, qui à reprobis vultum ſuum auertit: in ſanctorum autem faciem reſpicit. Age, quomodo, inquies, cùm Charadrius impura ſit auis perſonam Chriſti ſuſtinet? impurus quidem & ſerpens, quem tamen in teſtimonium adduxit Chriſtus, dicens. Quemadmodum exaltauit Moyſes ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis.

XXIV. DA-

Digitized by Google

## XXIV. DÆMON ILLVDENS VANIS.

*Picus inanes arbores occupans.*

*Picus arbores perforat unde δρυοκολάπτης dicitur.*

PICVS auis eſt varij coloris, quemadmodum & diabolus verſipellis eſt: nemoris fruteta ingreditur, roſtroque petit, aurem ijs admouens: quod ſi ſiderata inaniſue arbor fuerit, illam excidit, atq; exciſam occupat: verùm ſi ſolidam deprehenderit, intactam relinquens, auolat, atque aliam inuadit.

APODOSIS.

Non aliter diabolus ſyluam, naturæ videlicet humanæ, intrat atque in arboribus conſidet, hominis inquam cor ad inhoneſta traductus, ferit atque attente obſeruat: ſi itaq; hominem eſſe inualidum atque exordem animaduertat, ipſum inuadit, & in eo nidum ſuum conſtruit, quod ſi firmo integroque eſſe corde ſentiat, fugit ſtatim & ad alios accedit.

## XXV. PIETATIS ET CASTITATIS TIPVS.

*Ciconia.*

CICONIA auis eſt caſtiſſima: mas enim nec fœminam illecebris ad coitum prouocat, nec ipſi vim infert. Deinde eadem auis mirabili pietate vtrumque parentem in ſenectute alit.

APODOSIS.

Sic & nos duo illa diuina præcepta adimplere oportet, hoc eſt, à malo diuertere, & bonum facere, quemadmodum regius Propheta ſcripſit. Sed & Dominus ſimiliter in Decalogo iubet, ſic dicens; Honora patrem tuum & matrem tuam: & rurſus, Non mœchaberis.

FINIS

AD

# HORI APOLLINIS HIEROGLYPHICA.

## OBSERVATIONES.

Auctore P. Nicolao Caussino Trecenſi, è Societate Iesv.

---

## L. S.

*In notis ea perſtrinximus, quæ ad auctoris mentem declarandam faciunt, nunc quædam vberius viſa ſunt his obſeruationibus enucleanda.*

## CVR SERPENTIBVS MAXIME VERO BASILISCIS ET ASPIDIBVS INSIGNITÆ Deorum & Regum Coronæ.

*AD HIEROGLYPHICVM I.* LIBRI PRIMI.

BASILISCVM ſerpentem *Dijs circumpoſitum* Horus aſſerit hoc Hieroglyphico, ſed qua ratione iſtud fieret non indicat, & profundum de hac re apud interpretes ſilentium. Θεοῖς περιτιθέασι.

Quomodo igitur *circumponunt*? Nempe ſic exiſtimo

Digitized by Google

*Quomodo Baſiliſcus dicatur Dijs circumponi.*

*Ægyptiorũ Regũ Diademata aſpidibus implexa quid ſignificarẽt?*

*Aſpides Regibus, Baſiliſcus Dijs tributus, & quare?*

*Taautus Ægyptiorũ Deus quid de tota Serpentum natura cenſuerit.*

*Ægyptij Serpentes ἀγαθοδαίμονας dixere.*

*Phœnices quoq; eodem nomine appellarunt.*

*Draconia dicta templa Strabo l. 14.*

ſtimo Deorum Capiti, hoc eſt coronis inſerunt. Vſitatiſſimum erat apud hanc gentem Regibus, aut Leonis, aut Tauri, aut Draconis anteriorem partem in capite geſtare, tanquam inſignia principatus, quod notauit Diodorus *l.* 1. *parte* 2. Quin etiam Ælianus *lib.* 6. *de Animalibus cap.* 38. diſertè teſtatur, Ægyptiorum regum Diademata ſpiris implexa fuiſſe, τῆς ἀρχῆς αἰνιττόμενοι τὸ ἀκίνητον, vt *ſtabilem imperij firmitatem declararent*; quamquam (opinor) melius Diodorus Regum ſanctitudinem hoc ſymbolo declarari putat, quos violare ſacrilegium eſt. Hunc fermè morem imitatus Hungus Scotiæ Rex, inſignia intorqui ordinis circumtulit carduis vndique præmunita; cum hoc lemmate, *Nemo me impunè laceſſit*. Vt igitur Aſpides regibus, ſic eandem ob cauſam Baſiliſcum auguſtiori etiam titulo Dijs tribuebant vel certè (vt cenſet hic auctor) ad ſymbolum *immortalitatis & diuinitatis*. Talis quippe ad ijs cenſebatur natura ſerpentum, vt docet Philo Biblius, & Sachomathon: ſcribunt enim *Taautum* Ægyptiorum Deum Draconum naturam atque ſerpentum Diuinam putaſſe, *quod ſpiritaliſſimum eſt omnium animal, & maxime igneum, longæuum præterea, & ſenectam cum pelle deponens reuireſcit, & vix naturali nece conficitur*. Cum quo facit Ælius Lampridius, qui Deos quoque Serpentes ab Ægyptijs nominatos memorat, vbi ſit de Heliogabalo loquitur, *Ægyptios dracunculos Romæ habuit, quos illi Agathodæmonas appellant*. Nec tantum Ægyptij, ſed & Phœnices quoque Serpentem *Dæmonem felicem* nominabant, vt ait Euſeb. *lib.* 1. *De prepar. Euang. c.* 7. Φοίνικες δὲ αὐτὸν ἀγαθοδαίμονα καλοῦσιν, ὅμως δὲ Αἰγύπτιοι Κνὴφ ἐπονομάζουσι.

Verùm quod magis mirere, Serpentibus tantum cultus tribuit gentilitas vt *Draconia* templa nomi-

nominaret, quod prima (vt arbitror) circa Serpentes extiterunt Idololatriæ ſemina. adeo hanc ſpeciem dæmon habuit in delicijs, vt nec ſine Serpentum effigię conſecrata ſuperſtitionis domicilia crederentur, quod conſtat ex Perſio. Nota præterea eſt Epidauriorum, Athenienſium, Argiuorum, Boruſſorum, Ophitarum denique hæreticorum, in Serpentes infelix ſuperſtitio.

Tribuitur autem ab iſtis hæc diuinitas maximè Baſiliſco, cuius natura ſupra cæteros ſerpentes velox eſt & ignea. Quamobrem & quæ Epies generatim de cultu ſerpentis dicit apud eundem Euſebium, Pierius de Baſiliſco accepit, qui vt ſolet non adeo penſiculatè auctores examinat, & qui Pierium deſcripſit in Baſiliſco, Geſnerus in eandem quoque mentem incidit; quam ego non arguo, ſed ab Epie quem Pierius laudat manaſſe non comperio. Cæterum quod hic tria ſerpentium genera facit, terreſtres opinor intelligit, aquatiles & volatiles; quorum meminit Strabo *lib.* 15. At quod Baſiliſcus ſit immortalis, commentum eſt, cui manifeſte reluctatur Solinus, qui Baſiliſci cadauer amplo ſeſtertio à Pergamenis emptum memorat, ne templum Araneæ intexerent, aut apes inuolarent. Non diſſimilis fabula apud Apionem, qui ſibi Ibin immortalem à ſacerdotibus Ægyptiorum oſtenſam memorat.

*Baſiliſci cadauer à Pergamenis emptum.*

---

## Quid ſit Sothis?

*Ad Hieroglyphicum tertium.*

SOTHIS apud Ægyptios ſidus magni nominis quod idem eſt cum Canicula. Ab eius ortu Heliaco Aegyptij Neomeniam Thoth primi magnæ periodi canicularis putabant: ab hac ipſa mundi ita-

f tuc-

*Sothis canicula anni primordiũ apud Ægyptios.*

tuebant primordium, quod Porphyrius in libello quem de Nympharum antro compoſuit, docet his verbis. Αἰγυπτίοις δὲ ἀρχὴ ἔτους οὐχ ὑδροχόος ὡς Ῥωμαίοις, ἀλλὰ Καρκῖνος. πρὸς γὰρ τῷ Καρκίνῳ ἡ σῶθις, ἣν Κυνὸς ἀστέρα Ἕλληνές φασι. Νουμηνία δὲ αὐτοῖς ἡ σώθεως ἀνατολὴ γενέσεως κατάρχουσα τῆς εἰς τὸν κόσμον. *Ægyptijs principium anni eſt, non Aquarius, vt Romanis, ſed Cancer; in Cancro enim eſt Sothis (quam Canis ſidus Græci dicunt.) Neomenia autem eſt ipſis Sothidis ortus, quæ generationis mundi ducit initium.*

*Sothis, alias*

Hæc autem Sothis, à Rege Petoſiride apud Vettium Valentem vocatur σῆθ, idque genere maſculino, cùm dicit τῦ σῆθ ἀνατολή. Eadem quoque ἀστροκύων dicta, vbi inſigne mendum irrepſerat ἀστρομύων pro ἀστροκύων, quam lectionem apertè indicat Porphyrius de antro.

Notat porro Caniculam præcipuè habere duas ſtellas, vnam in capite quæ Iſis vocatur, & alteram in lingua quæ Sirius propriè & canis nuncupatur, Vnde apud Diodorum inter titulos Iſidis hic legitur

Ἐγώ εἰμι ἐν τῷ ἄστρῳ τῷ Κυνὶ ἐπιτέλλουσα.

*Ego ſum in aſtro canis refulgens.*

Hæc doctè ſimul & acutè vidit Hadrianus Iunius. Sed in eo diſſentire cogor ab homine erudito, quod eandem ſtellam neget appellari *Mæram*, *&* *Nearam* apud Hyginum reponat. Ego *Mæra* veriſſimam lectionem puto, & ex Nonno Dionyſiacῶn ſcriptore comprobo; ſic enim *lib. 5. ſcribit,*

*Hyginius male ab Hadriano Iunio in voce Mæra correctus.*

Πυρώπεος ἀστέρα Μαίρης.

*Ignea aſtrum Mæræ.*

Vbi *Neæra* nomen conuenire non poteſt. Et certè Etymologia congruit, nam Μαίρειν eſt lucere. Porrò de huius ſideris fulgore & ſignis præclarè cecinit Homerus Ιλιαδ. X.

Λαμπρότατος μὲν ὅ γ' ἐστί, κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται,
Καί τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσι,

At Manil. Aſtronom. lib 5.

Exori-

*Exoriturque canis, latratq́; canicula flammas,*
*Et rabit igne ſuo, geminatq́; incendia Solis.*

Quod autem dicit in huius ſiderjs exortu Ægyptios σημειοῦσθαι περὶ πάντων τῶν ἐν τῷ ἐνιαυτῷ μελλόντων, id eſt, Prognoſticon facere de ijs quæ toto anno futura ſunt, alludit ad Καλανδολόγια, quæ nos vulgò *Almanachs* nominamus. Mos iſte vt apparet ab Ægyptijs, manauit ad Græcos, qui cum ſæpe ijs diuinationibus abuterentur, minimè mirandū eſt, ſi perſtringantur à Patribus vt iudiciariæ aſtrologiæ commentarij. Nicephorus Homologeta in Canon. Τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ Παύλου, καὶ τὰ λεγόμενα βροντολόγια, καὶ σεληνοδρόμια, καὶ Καλανδολόγια οὐ χρὴ δέχεσθαι, βέβηλα γὰρ πάντα, id eſt, reuelationem Pauli, & commentarios de fulminibus, de prædictionibus menſiū, & auſpicijs Calendarum admittere non oportet, ſunt enim profani omnes.

*σεληνοδρόμια, vulgo Almanachs vnde orta.*

*Impoſtores ſua Prognoſtica reuelationes Adami aut Salomonis aut Pauli ſæpe vocabant.*

---

# De anno Dei & ortu Sothidis, & quorſum annus Τέταρτον vocaretur?

*Ad Hieroglyphicum quintum libri primi.*

PLERAQVE ſunt in hoc capite ſubobſcura, quæ liquidius mihi videntur explicanda. Primum enim quis eſt ille *annus Dei*? pro quo fœdâ imprimis notâ apud Cenſorinum legitur *annus diei*, Sed græca totam illam fuliginem facilè detergunt, cum dicūt, ἔτος τοῦ θεοῦ τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε ἡμερῶν. *annum Dei* trecentis & ſexaginta quinque diebus abſolui. Ex quo apparet annum eſſe ciuilem, & hic Solem, κατ' ἐξοχὴν θεὸν nominari. Non ob eam rationem quam Ludouicus Carrion libro ſecundo emendationum annotauit, quod primi homines exiſtimarint Deos Solem, Lunam, Terram, Aſtra, eoſque primum nominarint θεοὺς, quia perpetuo curſu videe-

*Annus diei apud Cenſorinum pro anno Dei, id eſt Solis.*

rent ferri, vnde & Apollo ὁ θεὸς Hæc ratio (inquam) non euincit, quia ad Græcos potius pertinet quàm Aegyptios: deinde θεοῦ nomen omnibus ſtellis voluentibus facit eſſe commune.

*Cur Sol Deus κατ' ἐξοχὴν.*

Longè aptior mihi videtur quæ colligitur ex Plutarcho in Iſide & Oſiride: vbi notat ipſius Oſiridis per quem Solem intelligebant. Natali auditam fuiſſe vocem, quæ ſignificaret natum eſſe μέγαν θεὸν, ex quo hæc appellatio placuit, & ad ipſius poſtea numinis honorem vſurpata eſt. Accedit quod Iſin & Oſirin. Solem videlicet & Lunam, ſupra cæteros omnes Deos colerent Ægyptij, eiſque omnes honores deferrent. Vnde & Apion Pliſtonices Oſiridis ſiue Serapidis ſimulachrum ex nouem cubitorum ſmaragdo conflatum ſtupendo apud eos miraculo commemorat. Mos erat autem omnibus gentibus vt Deos patrios, tutelares & quos Theodoretus in oratione de Martyribus πολιούχους nominat, ſine additamento *Deos* vocitarent. Sic Attici Mineruam τὴν θεὸν, & Lacedæmonij Caſtores τὼ σιώ & Ægyptij Oſirin τὸν θεὸν Iſin τὴν, θεὸν.

*Oſiridis ſimulachrum ex nouem cubitorum ſmaragdo.*

Iam quod grauioris eſt difficultatis, cur annum communem per quartam arui partem quæ centum duntaxat cubitos complectebatur expreſſerunt, & eundem annum Τέταρτον quaſi quadrantem diceres, nominarunt. Obſeruo ex Cenſorino libro de die Natali, duplicem Ægyptiorum annum fuiſſe, vnum quidem minorem trecentorum & ſexaginta quinque dierum. Alterum Κυνικὸν Canicularem, qui quatuor Solis annos complectebatur, vno ſuper die intercalari addito, vt Horus definit. ſi non ex ciuili ratione, ſaltem ex arcana Sacerdotum obſeruatione: Nam primis temporibus nulla fuit apud Aegyptios intercalandi conſuetudo. Hunc annum ex ortu caniculæ quater repetito definiebant; Atque vt trecentis & ſexaginta quinque diebus abſolutis, ſex præterea horæ ad curſum qui ex motu Solis defini-

*Duplex annus Aegyptiorum.*



Digitized by Google

ſinitur, ſingulis annis redduntur. Illæ verò poſt quatuor annorum conuerſionem diem ſolidum efficiunt, Aegyptij (inquit) quarto demum ortu Sothidis, ſiue Caniculæ intercalabant, & ſolidum annum tunc abſolutum putabant, quod erat reuera quadriennium, ciuili quadriennio vno die maius propter hanc intercalationem. Hæc ex Cenſorini verbis colliges, quæ ita ſe habent.

Ad Aegyptiorum verum annum magnum Luna non pertinet, quem Græci κυνικὸν, latinè canicularem vocamus, propterea quod initium illius ſumitur cum primo die eius menſis quem vocant Ægyptij Θὼθ, caniculæ ſidus exoritur. Nam eorum annus ciuilis ſolos habet dies trecentos ſexaginta quinque, ſine vllo intercalari, itaque quadriennium apud eos vno circiter die minus eſt quàm naturale quadriennium: eoque fit vt anno milleſimo, quadringenteſimo ſexageſimo primo, ad idem reuoluatur principium, hic annus etiam ἡλιακός à pleriſque dicitur, & ab ὁ θεῶ ἐνιαυτός.

Hæc ille, ex quibus iam facile eſt Hori ſymbolum interpretari: Annum vertentem, hoc eſt ciuilem ſignificantes quartam arui partem pingunt, & annum volentes dicere, τέταρτον, quadrantem dicunt. Quorſum? niſi quia ciuilis annus eſt quarta pars anni magni; & præterea in vnoquoque anno quarta diei pars redundat, quam rationem ſubintexit cum dicit, Κατὰ τὴν ἀνατολὴν τοῦ ἄστρου τοῦ Σώθεως μέχρι τῆς ἄλλης ἀνατολῆς τέταρτον ἡμέρας προστίθεσθαι, ab vno Sothidis ortu ad alterum (præter annum) quartam diei partem apponi, ex quo, inquit, quarto quoque anno ſuperuacuum diem computant.



Digitized by Google

# Cur Idolum Solis accipiter?

*Ad Hieroglyphicum ſextum libri primi.*

NON eſt hic meum (quod præmonui) conſilium, actum agere; quamobrem quæ de accipitre à Pierio ſunt annotata, lubens volenſque prætermitto. Tantum ea quæ aut ipſe omiſit, aut incertis auctoribus indicauit (quod ſæpe facere ſolet) commemoro, & quæro imprimis cur ἡλίου εἴδωλον, Accipiter nominetur, curue in accipitris effigiem Sol, ſiue Oſiris fuerit efformatus, & quorſum idem ales Apollini ſit peculiari ſuperſtitione dedicatus. Duas cauſas inuenio, Vaticiniorum & medicinæ ſcientiam. Quippe accipitrem poſt exceſſum è vita immortali ſpiritu vigere, & oracula petentibus reddere credebat gens fabuloſiſſima, vnde & tripodem Accipitris nobilem aliquando fuiſſe apud Ægyptios memorat Ælianus. Sed quod magis mirere Porphyrius in eo opere quod de abſtinendo ab animatis conſcripſit, refert aliquos eo dementiæ veniſſe, vt ſi quando augurandi ſcientiam auidè quærerent, præſagorum animalium atque imprimis accipitrum fibras cruore adhuc ſtillantes deglutirent, quo accipitris animam cum cruore haurirent; & ita ſe ad fundenda oracula mirificè acutos & diuino quodam ſpiritu incitatos credebant.

Accipitrũ fabuloſa oracula Accipitrũ inteſtina à falſis Prophetis deuorata.

Quo ſpectat etiam vaniſſimi Kirandis de ariolandi modo ars nugatoria. *In xiphia* (inquit) *lapide, id eſt, in ſapphiro ſculpe accipitrem, & ſub pedibus eius xiphiam piſcem, deinde incluſam ſub eadem gemma herbæ xiphij radicem geſta in annulo. Hic enim annulus caſtus eſt, quem ſi habueris omnia tanquam ex oraculo cognoſces, quod ſi eandem gemmam in ſimulachro aliquo collocaris, de rebus quas ſcire volueris, fundet oracula.*

Kiranidis fabuloſæ commentationes & delitiæ.

Hæc ille nugator impudens, ex quibus lector videas

ideas callidam Dæmonis Tyrannidem, & deplorã-um ſuperſtitioſæ gentis ſtatum, quæ cum animam accipitris haurire ſe credebat, Dæmonem impuriſſimo pectore admittebat. Neque verò tantum accipitrem oraculorum ſcientia pollere crediderunt, ſed & ipſum ſacerdotum doctorem fecerunt. Narrat enim Diodorus delatum ab eo ſecundum Ægyptiorum fabulas ad ſacerdotes librum, filo puniceo circumligatum, in quo omnes Ceremoniarum ritus continerentur. Eius verba ſunt libro primo Bibliothecæ Τινὲς δὲ φασιν ἐν τοῖς ἀρχαίοις χρόνοις ἱέρακα βιβλίον ἐνεγκεῖν εἰς Θήβας τοῖς ἱερεῦσι φοινικῷ γράμματι περιδεδεμένον, ἔχον γεγραμμένας τὰς τῶν θεῶν θεραπείας τε καὶ τιμάς. Addit idem author in huius rei monumẽtum Ægyptiorum ἱερογραμματεῖς licium purpureũ, & accipitris pennam in capite geſtare, quod nobilitatis apud Ægyptios fuit monumentum.

*Accipiter myſticum librum defert.*

Iam quod ad ſcientiam medicinæ attinet, non tantum ſerpentes & inſecta procul arcet, ſed herbam Hieraciam ſui nominis inuenit ad acuendam viſus aciem perutilem, cuius Aetius & Dioſcorides meminere. Deſcribitur apud Geſnerum Hieracium cubitale, tenerum, lacte manans, mollibus aculeis, flore luteo diluto, qui in pappos abit, quibus ſemina oblonga, & aſperiuſcula ſubduntur, folijs laciniatis, breuioribus quam in plerîſque lactucis ſyluestribus, anteriore ſui parte latioribus & rotundis iiſque amatis. Hæc eſt Hieracia quæ hic ab Horo recenſetur. Vides igitur quas ob cauſas accipitrem ἡλίου εἴδωλον dixerit.

*Hieracium herba quæ.*

## Cur animæ Symbolum accipiter, & cor ſeptum animæ.

*Ad Hieroglyphicum 7. l. 1.*

PRæter Hori rationem quæ ab Ægyptio no-

mini Accipitris eſt petita, *Baieth* enim (quo vocabulo ſacram hanc avem nominant, animam cordatam ſignificat) occurrit alia ratio, quod Accipitrem ingenti quadam celeritate præditum, igneæ eſſe naturæ dicerent. Animam autem igneam non modo Ægyptiorum, ſed & Græcorum, & Romanorum Philoſophia ſtatuit. Mitto infinitos locos, & laudatores huius ſententiæ, vnum tantum ex Fabio, declamatione decima placet aſcribere, vbi agit de ſepulchro excantato, & prohibitis adoleſcentis Manibus, ne in complexum Matris reuolarent, ſic autem definit. *Animam flammei vigoris impetum, perennitatemque non ex noſtro igne ſumentem, ſed quo ſidera volant & quo ſacri torquentur axes, inde venire, vnde rerum omnium auctorem Parentemque ſpiritum ducimus, nec interire, nec vllo mortalitatis affici fato. Sed quoties humani corporis carcerem effregerit, & exonerata membris mortalibus leui ſe igne luſtrauerit, petere ſedes in aſtra.*

Anima flāmei vigoris impetus

Anima leui igne luſtrāda ex teſtimonio gētilium.

Igneas igitur non tantum facit animas, ſed voluceri ſiderum igne accenſas. Vnde Martianus Capella l. 1. ſeptem planetas in animam quaſi in ſobolem ſuam calore & luce influentes inducit, ex quo, animum humanum à Saturno habere dicit λογιςικὸν, à Marte θυμητικὸν à Mercurio ἑρμηνευτικὸν, à Venere ἐπιθυμητικὸν, à Luna φυτικὸν, à Ioue πρακτικὸν, à Sole αἰσθητικὸν. Hac eadem ratione freti igneam eſſe animorum naturam dixerunt, quod & ab aſtris igneis fluere, & in aſtra redire, imò quod magis mireris, ſtellas poſt exceſſum è corpore fieri crederent: quod annotauit Ariſtophanes, vnde & Horus 1. l. 2. ἀςέρα ſymbolum eſſe dicit ψυχῆς ἀνθρώπου ἄῤῥενος.

Martiani Capellæ de planetis in animam influentibus ſentētia.

Hanc ſententiam ſpectauit Prudentius cum dixit. *Oris opus, vigor igneolus.* Quæ cum apud auctores leguntur per allegoriam intelligenda ſunt: Eſt enim anima omnis expers materiæ nec lucis, aut ignis ha-

bet

bet eſſentiam,ſed aliquam dumtaxat ſimilitudinem. Quamobrem Tertullianus in eo cautè legendus eſt libro de anima, cap. 9. qui eandẽ facit caloris aërei & lucidi, & Cæſarius iunior qui animam in vas aliquod ſphæricum clariſſima luce perfuſum deformat.

Philo quid cenſuerit de animo.

Tutius & prudentius loquutus eſt Philo cum libro ſecundo allegoriarum, τὴν ψυχὴν vocat μακαρίας φύσεως ἐκμαγεῖον, ἢ ἀπαύγασμα. *Expreſſum beatæ naturæ ſimulacrum, decerptam à Deo particulam, diuinitatis radiationem.*

Cor quomodo ſeptum animæ.

Porro quod hic Horus Καρδίαν dixit ψυχῆς περίβολον. *Cor ſeptum animæ*, appoſitè ad eorum ſententiam dixit, qui animam in corde conſtituerunt, quamquam de ea re diuerſæ fuerunt ſententiæ. Marcus Varro ſingulas hominum animas in octo partes diſtribuit inter ſe proportione maximè diſſimiles: Quinque enim ſtatuit quibus ſentiunt homines, ſextam qua cogitant, ſeptimam qua progenerant, octauam qua voces mittunt. Ex quo fit vt animam quaſi in varias propagines diſcriminatam per totum corpus diffundat. Alij νοῦν intelligentiam in capite tanquam in arce, θυμὸν verò in corde ſtabiliunt. Quæ opinio ad eorum alludit mentem qui animæ facultates, per ſingulas corporis partes exprimunt, per ςῆθος autem ſiue coitον θυμὸν delineant.

Octo partes animæ ſecundum Varronem.

D. Dionyſij pulchra obſeruatio de comparatione animæ cum corpore.

Sic enim D. Dionyſius libro de diuinis nominibus cap. 9. Τὴν ψυχὴν σωματοειδῶς διέπλαττε, καὶ κεφαλὴν μὲν τὸν νοῦν, αὐχένα τὴν δόξαν, ςῆθος τὸν θυμόν, γαςέρα δὲ τὴν ἐπιθυμίαν, σκέλη δὲ καὶ πόδας τὴν φύσιν ἐλέγομεν. Mentem ſcilicet reſpondere capiti, opinionẽ ceruic, pectori animũ, cupiditatẽ ventri, crura verò & pedes naturam denotare. Neque verò tantùm τὸν θυμὸν, ſed vim mentis, rationis, & conſilij communiter autores in corde collocant, ſic ſuum לבב Hæbræi doctores accipiunt, & לב קֹנֵה poſſidens cor, prouerbio-

*rum* 15 32. idem eſt ac ſapiens. Vbi nota præclarum antiquorum ritum, qui cùm in corde ſapientiæ domicilium defigerent, ſapientum virorum non os, & manus, ſed pectus in ſapientiæ venerationem ſolebant deoſculari.

Mos deoſculandi pectoris.

Quem morem ſcitè notauit Euſebius *hiſt. Eccleſiaſt. lib. 6. cap. 2. in Leonide Origenis Patre*, qui cum in filio adoleſcentulo agnoſceret. διάζσοαν φύσιν, dormienti ſæpenumerò abſtabat, eiuſque pectus denudabat ſtragulis: atque illud perinde ac ſi ſacer Dei ſpiritus idem ipſum ſibi tanquam templum cōſecraſſet, auguſtè & cum reuerentia oſculabatur. Et ni fallor apud Eunapium Sardianum extat honorifica Proæreſij ſophiſtæ mentio, cuius eloquentiam maximè verò extemporaneam demirati auditores, eiuſdem pectus quaſi Ἑρμοῦ λογίου τύπον lambebant oſculis.

Quamborem & olim ſapientiæ Hieroglyphica geſtabantur in corde. Teſtes ſunt Romanorum bullæ, teſtis illa nobilis ſapphirus, in qua ſculpta erat imago Veritatis, quam ſummus Ægyptiorum iudicum Præſes de collò appenſam geſtabat in pectore, cuius meminit Ælianus *variæ hiſtoriæ lib.* 15.

Sapphirus veritatis.

Certè Iudæorum maximus Pontifex non alibi quam in pectore admirabiles illas gemmas rationalis inſutas geſtabat, quas dubijs temporibus Populus conſuleret, vt quaſi ex ſummi Sacerdotis corde Dei voluntatem & ſapientiam eliceret, de quo plura ex Ioſepho & Epiphanio dixi. Luſit quoque in hac imitatione Dæmon, cum Eurycles ſuos, & στερνομάντεις, è pectore quaſi ex domicilio ſapientiæ voces depromere curauit.

Symb. ſyntag. 2. Eurycles ijdem ac ἐν γαστρίμυθοι ab auctore Eurycle.

Addo etiam maleficos in ſuis defixionibus, vt animam è corde veluti ex ſua ſede elicerent, per cordis cerei ſepta ſtimulos & acus adegiſſe, hoc enim voluit Ouidius, cùm dixit,

Saga-

*Sagaque punicea defixit numina Cera,*
*Et medium tenues in iecur egit acus.*

Cuius ſceleris auctor primus fuiſſe fertur Nectanabus, vt annotauit egregius ſcriptor noſter Delrio. *Diſquiſit. magic. lib. 1. cap. 4.*

---

## Cur cornix in nuptijs inuocata, & quid ſit ἐκκορὶ κορὶ κορώνην.

*Ad Hieroglyphicum 8. l. 1.*

SCopulus eſt hic locus ad quem multi offenderunt: Nil opus eſt omnium commemorare ſententias. Cælius Rhodiginus, & Geſnerus, qui in grandem illam voluminum molem omnia penè congeſſerunt, hunc antiquitatis ritum non omiſere, ſed verbis adeo corruptis expreſſerunt, vt nihil minus videantur quàm huius auctoris ſententiam intellexiſſe. Arripuerunt enim ex communi interprete hæc verba, ἐκκορὶ nimirum κορὶ cornicem appellantes, quibus nihil diſtortius. Pierius paulo liquidior ſententiis, in hac tamen verborũ interpretatione, quæ maximè deſiderabatur, filum abrumpit. *Græci* (inquit) *vt Hori interpres obſeruauit, nuptialibus feſtis* ἐκκορὶ κορὶ κορώνη *clamitare conſueuerant, cum tamen ignorarent Cornicem in nuptijs omine auſpicatiſſimo nominari ſolitam.* Tum ſuſpicatur mendum, & aliter apud Æſchylum in Danaidibus ſcribi fatetur, ſed quod affert non plus habet perſpicuitatis. Nam vt rem accurratius inſpiciamus, Tragœdia Æſchyli quæ laudatur non extat, licet tantum nobis riuulos ex hoc fonte in Pindari ſcholiaſte conſectari, qui ad Pythiorum oden tertiam p. 217. ſub finem explicans illud Poetæ.

Locus Ori valde perplexus.

Pierius parum in Hori mente inquirenda diligens.

ἅλικες.
Οἷα παρθένοι φιλεῦσιν ἑταῖραι
Ἑσπερίαις ὑποκουρί-
ζεσθαι ἀοιδαῖς.

Cæte-

Digitized by Google

*Quid ſit apud Pindarum ὑποκουρίζεσθαι*

*Coætaneæ vt Virgines ſociæ ſolent in veſpertinis cantibus dicere iuuenilibus socis.* Interpres (inquam) ad hoc verbũ quærit quid ſit ὑποκουρίζεσθαι, reſpondet idem eſſe ac iuuenilius animi cauſſã, laſciuire, & ludere νεωτερίζειν τὴν ψυχὴν τε καὶ παίζειν. Alii cenſent puellas ὑποκορίζεσθαι dictas fuiſſe ἀντὶ τοῦ ἀμφοτέροις κόροις ὑμνεῖν., νυμφίον, καὶ τὴν νύμφην. *Quod ſponſum & ſponſam celebrarent.* Tertiam ſubinfert rationem, quod canentes benè ominatis vocibus inclamarent. Σὺν κούροις τε καὶ κόραις. *Cum pueris & puellis*, quod initium cantilenæ nuptialis eſſe liquidum eſt. Hic proferuntur Æſchyli verba ex Tragœdia Danaidum mire à Pierio truncata, atque deprauata.

> Κἄπειτα λάμψει λαμπρὸν ἡλίου φάος,
> Ἕως ἐγείρω πρευμενεῖς τοὺς νυμφίους,
> Νόμοισι θέντων, σὺν κόροις τε καὶ κόραις.

Horum ſenſus eſt: *Deinde verò prodit lucidum ſolis iubar, interim excito beneuolos coniuges, Legibus eorum qui ſtatuerunt* (hanc cantilenam) Σὺν κόροις τε καὶ κόραις. Hæc Æſchylus, nam quæ ſequuntur κἂν τῷ βίῳ ἀκορᾶ. ἀντὶ τοῦ κόρας κοράνας, non iam videntur Æſcyli, ſed ex alio capite ducta ſunt, & tam fœdè diſcerpta, ac mutila, vt nihil ad huius loci interpretationem inde deduci poſſit. Hadrianus Iunius vir eruditiſſimus longè ſagacius locum illum peruidit *animaduerſorum lib. 1. c. 1.* vbi Cælij Rhodigini qui hæc ipſa Hori verba citauit, mentionem faciens, *Diſperea m* (inquit) *ſi ſe ipſum intellexerit, tantum abeſt vt Hori ſententiam peruidiſſe illum putem.* Tum emendans contextum proculdubio deprauatum, legit, ἐκκόρει κόρει κορώνην, & interpretatur, *Euerre Virgo cornicem, atq; elimina.* Iubetur autem (inquit) Virgo Cornicem euerrere, quod ſiniſter eſſet ſolitariæ Cornicis occurſus, velut viduam portendentis vitam. Hæc laudatus Criticus ſatis appoſitè, quæ prima quidem ſpecie

*Had. Iunius in hoc Hori loco diſcutiendo accurata.*

probabilitate ſenſum percellunt; ſed tamen accuratius ſpectata aliquid relinquunt dubitationis. Nam primũ vox ἐκκορεῖν euerrere propriè eſt ſordibus purgare, ac emundare, & non niſi durius ſignificat eliminare. Deinde cur iubetur euerri & eliminari cornix, cùm potius ad nuptias poſt Hymenæum inuocaretur? nec dicas inuocatas fuiſſe duas cornices non ſingularem, Aelianus enim libro tertio de animalibus capite nono, vbi de hac inuocatione Cornicis ſcribit, non aliter quam Horus ſingulari numero vſurpauit, cùm ait conſueuiſſe veteres ἐν τοῖς γάμοις μετὰ τὸν ὑμέναιον Κορώνην καλεῖν; Cùm igitur conſtet inuocatã fuiſſe cornicẽ, non poteſt dici euerri & eliminari, ſiquidem inuocare, & eliminare, planè repugnant. Et cùm fateatur Horus ὁμονοίαν χάριν celebrari illud ἐκκορει Κόρη Κορώνην, plane inuocatam potius quàm expulſam Cornicem ſignificat, nec iam vnius numero Cornicis rationem habet in hoc adagio, quæ ſolitaria credebatur infauſta, ſed Κορώνην dixit nomen ſpeciei, non numeri, ab omni enim numero abſtrahit.

Junij ſententia leuatur.

Dicam ego quod ſentio cum verbum Κορεῖν frequentius ſaturare ſignificet, ita hæc Hori verba interpretanda exiſtimo, ἐκκόρει Κόρη Κορώνην *Exſatura ò puella Cornicem.* Neque hoc leui coniectura adductus effutio, nam puellæ nubiles & ominatas conſequerentur nuptias iubebantur opimum prandium dare Cornici, quod ex Phœnice Colophonio qui citatur ab Athenæo, libro octauo colligere licet, vbi Coroniſtæ, hoc eſt Circulatores Cornici loquutuleiæ quam circumferebant, emendicant ſtipem, & prandium ad fores patrisfamilias: Accedit autem virgo nubilis, & ficus affert pro prandio Cornicis, ex quo eruſcatores illi precantur vt illuſtrem, & locupletem maritum nanciſcatur, quod Cornicem coniugij Hieroglyphicũm tam impenſe colat. Verſus autem phœnicis ſunt, vbi diu Metragyrtæ illi rogarunt.

Mos antiquus de puella nubili quæ prandium dabat Cornici, ex Phœnice antiquo auctore erutus.

Ω παῖ θύραν ἄγκλινε· πλοῦτος ἤκουσε.
Καὶ τῇ Κορώνῃ παρθένος φέρει σῦκα.
Θεοί, γένοιτο μιτάπεμπτος ἡ κόρη,
Κἀφνειὸν ἄνδρα κ' ὠνομασὸν ἐξεύροι
Καὶ τῷ γέροντι πατρὶ κοῦρον εἰς χεῖρας
Καὶ μητρὶ κούρην εἰς τὰ γόνα κατθείη.

*O puella fores aperi. Plutus audiuit,*
*Et Cornici Virgo affert ficus.*
*O dij, fiat multis procis expetita puella,*
*Et locupletem virum, & celebrem nanciſcatur,*
*Senique Patri filiolum in manus*
*Et matri filiolam in genua deponat.*

Cornix ærea in vrbe Coronæa.

Hæc opinor multum ad huius loci interpretationem faciunt, & ſimul grauium auctorum, de Cornice in nuptijs invocata, & de puellarum erga Cornicem cultu indicia ſatis confirmant, quibus etiam addi poteſt, quod habet Pauſanias in Meſſenicis de Cornice ænea in fundamentis Coroneæ vrbis inuenta, quam licet colligere ibi gentilitio ritu cultam fuiſſe. Videre eſt quoq; apud Feſtum huius ſuperſtitionis relicta Romanis veſtigia. Nam erat (inquit) *Corniſcarum Diuarum Lucus trans Tiberim Cornicibus dicatus, quod in Iunonis tutela eſſe putabantur.* Cuius rei nulla commodior eſt ratio quàm quæ ab Horo affertur, quod Cornix ſit coniugalis amoris ſymbolum. Mares enim fœminis connubio iuncti nunquam ad alteram diuertunt Cornicem, ac ne ipſa quidem fœmina quoad viuit ad alterum marem; quod ſi mors diuortium fecerit, qui ſuperſtes eſt è coniugibus, perpetuum ſibi indicit celibatum.

Cornicæ Diuæ apud Feſtum.

(:†:)

(o)



Digitized by Google

# Quomodo Scarabæus viri ſymbolum, & de annulo militum Scarabæi figura impreſſo.

*Ad Hieroglyphicum decimum.*

Porphyrius in eo libro quem περὶ τῆς ἐμψύχων ἀποχῆς, de abſtinendo ſcilicet ab animatis copioſè ſcripſit, de Scarabæo tradit multa Horo planè conſentientia. Illi (inquit) cumulata ſapientia, & diuinarum rerum conſuetudine quædam animalium magis quàm homines à Dijs intellexerunt amari, quæ Soli maximè conſecrata putant, quia natura eorum ſanguine & ſpiritu copioſiſſimo conſtet. Et poſt pauca Scarabæum animal (ait) rerum diuinarum indocti abominabantur, quod Ægyptij ſummopere venerantur, animatam Solis effigiem eſſe putantes. Scarabæus autem omnis virilem ſexum habet, & ſpermate in ſtercus infuſo, pila deinde confecta, pedibus inuoluitur, veluti Sol cœlum & menſem lunarem expectat. Hæc ille, quæ meritò Euſebius libro tertio de præparatione Euangelica plenius irridet. Nec Appion famoſus Grammaticus mundi cymbalum, ſuæ gentis in hac re ineptias ſatis robuſta oratione poteſt excuſare.

Porrò quod dixit Horus Scarabæum τὸν ἄνδρα ſignificare, idem eſt ac ſi dixiſſet ἀνδράγαθον virum fortem & bellicoſum, quia omnes Scarabæi mares naſcuntur. Præclari eſt in eo argumento Aeliani obſeruatio. Vbi annotat Ægyptios milites ex lege quadam patriá, quæ ita præcipiebat, conſueuiſſe in annulis geſtare inſculptam Scarabæi effigiem, ſignificante (inquit) per hoc ſymbolum legislatore, δεῖν ἄῤῥενας εἶναι πάντας πάντη τοῖς μαχομένοις ὑπὲρ τῆς χώρας. *Oportere omnes eſſe maſculos, qui pro patria pugnarent.*

Pulchra Aeliani obſeruatio de annulo militum Ægyptiorum. li.10. de ani. c.15.

*narent.* Itaque milites in ſacramento non tantum quod ait Polybius, pollicebantur ſe πειθαρχήσειν καὶ ποιήσειν τὸ ἐπὶ τῶν ἀρχόντων κατὰ δύναμιν, *obtemperaturos ſe & facturos quicquid mandabatur ab Imperatoribus iuxta vires*. Sed vt vno verbo omnia complectentur, promittebant ſe *viros, & viros bonos*, quod licet ex Senecæ epiſtola 37. ad Lucilium conijcere, vbi ſumptis à re militari verbis eundem hortatur ad virtutem. *Promiſiſti virum bonum, ſacramento ligatus es.* Quod ſi ignaui eſſent milites, non iam viri ſed fœminæ per contumeliam appellabantur, & ita Bunduica Britannorum Regina apud Dionem Caſſium, libro ſexageſimo ſecundo, Neronem Imperatorem mollitie pluſquam muliebri diſſolutum vocat Neronidem, Νερωνίδα ἢ Δομιτίαν.

Sacramentum militare.

Quantò rectius Romani non ſcarabæum in annulis & clypeis, ſed Imperatoris imaginem, & nomen candenti plerumq; ferro in cute inuſtum gerebant, quo fidei & fortitudinis admonerentur. σφραγῖδα ϛρατιωτῶν appellat D. Chryſoſtm. Sed omnium rectiſſimè Chriſtiani; qui cum longè aliam ſectentur militiam, iuberentur in annulis non ſcarabæos, aut ſigna bellica, ſed piſcis effigiem, in memoriam ſcilicet Chriſti qui fuit Sibyllarum ἰχθὺς myſticus; vel piſcatoris, in reuerentiam Apoſtoli, vel columbæ ad recordationem Spiritus Sancti, vel Nauis ad ſpeciem Eccleſiæ geſtare. Ita enim præcipit Clemens Alexandrinus pædagogi l. 3. Αἱ δὲ σφραγῖδες ἡμῖν ἔϛων πελειὰς, ἢ ἰχθὺς, ἢ ναῦς οὐριοδρομοῦσα, ἢ λύρα μουσική, κἂν ἁλιεύων τις Ἀποϛόλου μεμνήσεται. Verum in ea re pietatē omnium vicerunt, qui primis Eccleſiæ temporibus non in annulis quidem, ſed in carne, candentibus notis venerandum nomen Ieſu, aut ſignum crucis curabant ſibi inuri, quod erudite notauit Procopius antiquus author ad illud Iſa. 44. *iſte dicet Dei ſum*. Τὸ δὲ χειρὶ διὰ τὸ ϛίζειν ἴσως πολλοῖς ἐπὶ καρπῶν ἢ βραχιόνων, ἢ τοῦ ϛαυροῦ τὸ σημεῖον, ἢ τὴν Χριϛοῦ προσηγορίαν.

Militum Romanorum. σφραγῖδες & notæ. Hom. 3.

Chriſtiani quid iuberentur ferre in annulis.

Mos pioruм inurendi ſibi ferro candēti in cute nomē IESV ex Procopio.



Digitized by Google

Adſummum; quod habet de oculis ſcarabæorum & felium pro ſtatu Lunæ variantibus, id ipſum Antonius Diogenes ἐν ἀπίστων λόγοις de tibicine quodam Aſtræo annotauit, qui oculorum ſuorum incremento & decremento Lunæ deſignabat alternationes, quamobrem cùm in Aquitaniam veniſſet, vbi duo reges ex pacto iuxta Lunæ viciſſitudines alternatim regnabant; fuit illis cariſſimus, quod ex oculis omnem inter eos contentionem dirimeret. Eius verba ſunt, Ἀστραῖος τῇ περὶ τοῖς οἰκείοις ὀφθαλμοῖς αὐξομειώσεις τὰς σεληνιακὰς σημαίνων αὐξομειώσεις. Καὶ λύων ἔριδος τοὺς ἐκεῖσε περὶ τῆς ἀρχῆς βασιλεῖς, οἳ δύο ὄντες κατὰ τὰ τοιαῦτα σεληνιακὰ πάθη, ἀλλήλων ἀντικατέστησαν διάδοχοι, quod memini me notaſſe in ſymbolis, citatur autem à Photio bibl. p. 358. Porrò quod hic ait de Scarabæorum varijs generibus, plenius hæc enumerantur à Plinio l. 11. c. 28. & cæteris locis, vt lib. 30. c. 11. l. 29. c. vlt. vbi nominat Lucanos, Stercorarios, Κανθαρίδας, Fullones, Virides Mylagridas, Gryllos, Blattas piſtrinarias, Molonthas, χρυσίζουσας, Longipedes, Tauros.

*Antonij Diogenis lepida obſeruatio.*

*Scarabæorum diuerſa genera.*

## DE VVLTVRE, VRANIA, & SIGNO MONADIS.

*Ad Hieroglyphicum vndecimum libri primi.*

DE Vulture ſatis copioſè quidem dixit Horus, & de eodem multa paſſim vulgares commentarij. Tantùm hic notandum videtur quod habet Ælianus de animalibus, Vulturem non modo Ægyptijs, ſed & Barcæis populis ſacrum fuiſſe viſum. Quamobrem eos quos vis morbi confeciſſet. Communi quidem ſicut apud pleraſque nationes funere cremabant. At verò fortium militum corpora deuoranda obijciebant Vulturibus, fortunatos quippe te-

*Barcæorum ſtrategema ad milites animandos.*

eos dictitantes qui ſacri alitis ventrē pro tumulo habuiſſent. Quod ſtratagema (vt ſatis patet) ad ſtimulandos gloriæ aculeis militum animos inſtitutū fuit, nā cùm multi propter eorum qui in acie ceciderant cadauerum ſtatum, congreſſum præliorū reformidarent: Quod miſeriæ putabatur, & ignominiæ, totū in ſpeciem felicitatis & gloriæ callido imprimis conſilio conuerſum eſt. Quod autem Vultures adeo cadaueribus inhiare viderent, inde Eurymnum Dæmonem, quem mortuorum cadauera nudatis oſſibus depaſcere credebant, inſtrata pelle vulturis ſtulta depinxit gentilitas. Reuera autem ſæpè pro Eurymno Vulturio execrabiles magi refoſſis ſepulchris exciſas cadauerum partes ad maleficia diripiebant. Vnde Fabius declamat. 14. *Facinus quod dicitur inquietare ſuperos, ſidera diris agitare carminibus, tumulos buſtaque ſcrutari, & amputatis cadaueribus ipſas in ſceleras armare manus.* Et Apuleius Mileſ. l. 2. *Nam nec mortuorum quidem ſepulchra tuta dicuntur à lamijs, ſed è buſtis, & rogis reliquiæ quædam, & cadauerum præſegmina ad exitiabiles viuentium fortunas petuntur, & cantatrices anus in ipſo momento choragij funebris, præpeti celeritate alienam ſepulturam anteuertunt,*

*Eurymnus Dæmon quis?*

Addit ad ſignificationes Vulturis vanus Kirandes hunc ad facundiam ſermonis, & lucrum, & gratiam, Dæmonumque & veneficorum fugam facere, qua ſpellecti multi ex ſuperſtitioſorum grege, candelebra ex vulturis tibijs ſibi fieri curabant, vt ſi quid inter menſas veneni propinatum eſſet, ſtatim animaduerterent. Euax quoque auctor eſt lapidem quadrum in capite Vulturis inueniri contra noxios vſus præſentiſſimum remedium. Sed hæc ex vanorum (opinor) Philoſophia.

*Candelabra ex vulturis tibijs.*

Cæterùm quod Horus dixit, οὐρανίαν, οὐ γὰρ ἀρέσκει αὐτοῖς τὸν οὐρανὸν λέγειν, noli exiſtimare Vraniam Ægyptium eſſe vocabulum, ſed ne Græcum quidem, hoc præſertim ſenſu. Nam præter nomen Muſæ propri-

Digitized by Google

prium οὐρανία nihil ſignificat, niſi fortè ludum pilæ, cuius meminit Iulius Pollux: ἡ δὲ οὐρανία ὁ μὲν ἀνακλασθεὶς αὐτὸν ἀπορρίπτει τὴν σφαῖραν εἰς τὸν οὐρανόν. τοῖς δ' ἦν ἁμιλλωμένοις φιλοτιμία πρὶν εἰς γῆν αὐτὴν ἐμπεσεῖν ἁρπάσαι. Vrania eſt ludi pilæ genus, cum hic quidē reclinans ſeſe pilam in cœlū proijcit: illis verò aſſilientibus cura eſt priuſquam terram contingat arripere. quem ludum inuenias deſcriptum ab Homero. Horus igitur ἡ οὐρανίαν dixit pro cœlo, ad imitationem alicuius verbi Ægyptij generis fœminini. Sed ne longiùs inquiramus, Pindarus certè Olympiorum Ode prima ſi non οὐρανόν, ſaltem αἰθέρα fœminino genere protulit, ἐρήμας δι' αἰθέρος. *Onomast. l.9 c.7.* *Odyſſ. θ*

In fine capitis ſubobſcura ſunt hæc verba. Δραχμὰς δὲ δύο διότι παρ' Αἰγυπτίοις μονάς ἐστιν αἱ δύο γραμμαί· μονὰς δὲ παντὸς ἀριθμοῦ γένεσις· εὐλόγως οὖν δύο δραχμὰς βουλόμενοι δηλῶσαι, γῦπα γράφουσιν ἐπεὶ μήτηρ δοκεῖ, καὶ γένεσις εἶναι καθάπερ καὶ ἡ μονάς. Pierius ita reddit: *Si drachmas duas oſtendere voluiſſent Vulturem ponebant, Cauſſam nonnulli commenti ſunt: quia vnitas apud Ægyptios duarum drachmarum inſtar, æſtimatur Vnitas verò cum binario totius eſt numeri generatio. Merito itaque ſi drachmas duas indicare vellent, Vulturem pingebant, quandoquidem & generationis & Matris prærogatiua polleat. perinde ac vnitas ipſa vnà cum binario numeros omnes generat.* *Perplexi loci de drachmis quæ pro lineis irrepſerant explicatio.*

Hæc περιφραστικῶς & parum fideliter, nam cùm Horus dixiſſet Monadem eſſe generationem & principium numerorum, hic ſemper addit, *Vnitas cum binario*, ſed binarii nuſquam Horus meminit; non enim binarius principium dicitur numerorum, ſed ipſa vnitas. Deinde multum laborat in explicandis illis duabus drachmis, per quas putat cor ſignificari, cum tamen hic de ea re nulla ſit quæſtio.

Ego ſic exiſtimo, διραχμὰς pro γραμμὰς in hunc locum irrepſiſſe, nam quod de lineis, non de drachmis ſit ſermo, declarat quod ſtatim ſequitur, παρ' Αἰγυπτίοις μονάς ἐστιν αἱ δύο γραμμαί. Apud Ægyptios duæ lineæ vnitatem ſignificant. Cur autem hoc binario linearum vnitatem ſignificarent, hic nodus eſt; qui vt facilius ſoluatur, primum ſtatuendum quod ex Pythagora, Damaſcio, Syneſio & cæteris notum eſt, Deum appellari Μονάδα, *Vnitatem*. Signum autem Dei, & magni myſterij, apud Ægyptios fuit duplex linea, quarum altera alteri in perpendiculi modum ductæ ſubſterneretur. Cuius rei cum ab ijs ratio quæreretur, nulla alia ſuppetebat niſi quod hæc diuini cuiuſdam myſterij ſignificatio eſſet. Quamobrem & per eaſdem lineas in crucis modum compoſitas, quas ita reuerebantur, & *Magnæ Vnitatis*, hoc eſt, Dei Hieroglyphicum ducebant, incerti quid pingerent, Crucis ſacroſanctum myſterium apud hanc gentem adumbratam graues auctores tradunt Iſidorus *lib.* 1. Origenes *cap.* 3. Ruffinus lib 11. *c.* 29. Socrates *lib.* 5. *c.* 17. Sozom. *lib.* 7. *c.* 15. Niceph. *lib.* 21. *c.* 16. adduntque ſub Theodoſio Imperatore cùm ſolo æquarentur templa, in Serapidis ſacrario hieroglyphicas compertas eſſe literas quæ Crucis præferrent formam.

## QVOMODO SIDVS FATI HIEROGLYPHICVM.

*Ad ſymbolum decimumtertium libri primi.*

*Qui aſtra dixerint fata.*

VETVS Ægyptiorum & Chaldæorum error, qui deinde longè manauit incrementis. Εἱμαρμένην ἐξ ἀστρικῆς οἰκονομίας συνίστασθαι. Fatum ex ſiderum curſu, ac diſpenſatione conſtitui. Huic permulti ſubſcripſerunt, vt Ptolomæus qui fatum definit cauſſarum connexionem quæ ex aſtrorum motibus vim & efficaci-

cæcitatem trahit, & Orpheus in hymno aſtrorum, dum ſtellas appellat.

*Μοιριδίους πάσης μοίρης σημάντορας ὄντας*

*Fatales fatorum omnium indices*, quem imitatus Iuuenalis dixit, *Sidus & occulti miranda potentia fati*. Hinc illam per æternæ conſequentiæ nodos implicatam neceſſitatem. Sat. 7. ver. 200.

*Traxerunt longam corda inconſulta catenam.*

Quam docti & graues viri acerrimè impugnarunt. Inter quos eſt Euſebius libro ſexto de præparatione Euangelica, Diodorus Tarſenſis Epiſcopus apud Photium, Iſidorus Peluſiota *epiſtola* 228. *ad Harpocratem Scholaſticum*, Clemens Alexandrinus *Stromatum lib.* 4. D. Auguſtinus *de ciuit. Dei*, qui diſertiſſimè hanc fatalem legem, quam impij Chaldæi & genethliaci hominum voluntatibus impoſitam finxerunt, multis rationibus confutarunt. Sed & Bardeſanes vir genere quidem Syrus, doctrina verò omnium Chaldæorum excellentiſſimus, in nobili dialogo, Ægyptiorum & cæterorum qui hanc ſiderum neceſſitatem aſtruunt ineptias irridet, vbi dicit Seribus legẽ eſſe poſitã nec occidere, nec fornicari, nec furari, nec adorare ſimulachra vnde in illa regione nullũ templum conſpicitur, nulla mulier meretrix, nulla adultera, nemo fur, nemo homicida. Nec voluntatem alicuius illorum ardentiſſima ſtella Martis, in medio cœli conſtituta ad cœdem hominis coëgit: Nec Venus Marti coniuncta, vt alienã quiſpiam ſolicitaret vxorem potuit efficere. Hæc ille, & cætera quæ fuſius proſequitur ex quibus hanc ἀσεβῆν τῆς εἱμαρμένης οἰκονομίαν repudiare poſſis quam ſacri canones & Imperatoriæ leges funditus ſuſtulere. Sic enim habet concilium Braccarenſe, can. *Si quis animas & corpora humana fatalibus ſtellis credit aſtringi, ſicut Pagani & Priſcilliani dixerunt, anathema ſit.* Et canone 10. *Si quis duodecim ſigna, id eſt, ſidera quæ Mathematici obſeruare ſolent, per ſingulas animæ vel corporis mem-*

*Bardeſanes Syrus confutat aſtrologos.*

*Concilij Braccarẽſis decretum contra Mathematicos iudiciarios.*

## DE CYNOCEPHALO IN HOROLOGIIS.

### *Ad Hieroglyphicum 16. lib. 1.*

Ægyptiorum horologijs ſiue Clepſydris inſculptum fuiſſe conſtat Cynocephalum, è cuius natura guttatim aqua deflueret, ſed miræ his in verbis ambages, ἕως τῆς οὐρᾶς τρίχα διϊείραντες. Interpretes ſic reddunt. *Remedium hoc excogitarunt, vt quicquid pilorum eſt ad caudam vſque abradentes, pro huius craſſitudine ferream quandam fiſtulam ad aquam excernendam fabricentur.* Quæſo quid hic faciunt pili, & quorſum abradi dicuntur? Exiſtimarunt credo in clepſydris viuum animal ſtatui, non effigiem animalis inſculpti, cùm de abradendis pilis ad emiſſionem aquæ loquantur. Num tota hæc verſio magnas ineptias admittit? Silicet in re valde perplexa conijcere, vbi illi legunt τρίχα διϊείραντες, & perperam vertunt *pilos abradentes*, nam διϊείρειν nunquam radere ſignificat, exiſtimo reſtituendum τρῖπα vel ζύμα διϊείραντες. Errore librariorum fortè ſcriptum eſt κ, pro π, vt ſæpè fit, & τρίκα poſitum pro τρίπα. hic aliquis Tyro in Græcis pulchram emendationem facere ſe exiſtimauit, ſi τρίχα pro τρίπα reponeret, & ita latam errandi anſam dedit. Nomen autem τρίπα Græcis recentioribus idem eſt ac τρύμα, ſiue ὀπὴ foramen. Et eo quidem vtitur corona pretioſa, liber Græcus, qui ſæpè citatur in Meurſij Lexico. Nemini porrò mirum videbitur, ſi Philippus Hori interpres Græcus recentior hoc vocabulum vſurparit, cum ὄρδινον pro ordine, πάτρωνα pro patrono & ſimilia habeat. Exiſtimo igitur germanam vocem eſſe τρίπα, & ita ſententiā intelligendā ἕως τῆς οὐρᾶς τρίπα διϊείραντες πρὸς τὸ ταύτης πάχος σίδηρον κατασκευάζουσιν πρὸς τὴν προκειμένην χρείαν. Cynocephali effigiem, vel potius vaſculum in eiuſdem animalis formam edolatum, ad caudam vſque, vel

ad membrum & naturam quæ per caudam ſignifica-tur, perforant, per foramen autem ferream fiſtulam ſeu canalem traijciunt, quò æquabilior fiat per fer-reum, ſiue æreum Epiſtomium aquæ defluentis emiſ-ſio. διείρειν autem τρῆπα recte dicitur, quaſi inſubu-lare vel ſubula facere foramen. De iſta clepſydræ fa-bricatione & foramine, ſic ſcribit Ariſtoph. Scho-liaſtes in Veſpis. Κλεψύδρα ἀγγεῖον τετρημένον ἐν ᾧ ὕδωρ ἔβαλλον, καὶ εἴων ῥεῖν ἄχρι τῆς ὀπῆς. *Clepſydra vas perforatum in quod aquam effundebant, & ſinebant fluere vſque ad foramen.* Et rurſus ab eo appellatur ἀγγεῖον ἔχων μικροτάτην ὀπὴν, πρὸς πυθμένα Apule-ius quoq; formam eius attigit cum ſic deſcribit. *Hic rurſus præconis amplo boatu citatus accuſator quidam ſenior exurgit, & ad dicendi ſpatium vaſculo quodam in vicem colli graciliter fiſtulato, ac per hoc guttatim defluo, infuſa aqua populum ſic adorat.* 3. Metamorphoſeos. Porrò de vſu clepſydrarũ in foro ſuperuacaneum arbitror hic plu-ribus inculcare. Lege ibidem ἵνα μὴ εὐρύτερον τὸ κατα-σκεύασμα ὑπάρχῃ, & latinè redde, ne verò latior ſit machina, vbi interpres cum ſua periphraſi ſenſum non aſſequitur, *Ne foramen illud acutè artificioſeque confectum.* Non enim de foramine intelligendũ, ſed περὶ μορίου, de illa animalis parte ſculpta in horolo-gio & in modum tubi fiſtulata, vel de vaſculo in cy-nocephali formam artificioſè dolato. Cæterum de hac diuiſione horarum ex Cynocephali obſeruatio-ne mentionem fecit Victorinus in com-mentarijs ad Rhetoricos Ciceronis.

# DE NILIACO INCREMENTO.

## *Ad Hieroglyphicum 21. lib. 1.*

VARIÆ ſunt de hac re, Cadmi, Hecatæi, Ephori, Hellanicij, Theopompi, Thaletis, Anaxagoræ, Herodoti, & cæterorum ſententiæ, quas vide apud Diodorum, Tres autem hic affert rationes, Prima ad Ægyptum aquarum genitricem: Secunda ad Oceanum: Tertia ad Imbres Æthiopiæ cauſam refert. Et prima quidem liquidius tractatur ab Ephoro, qui aſſerit: Ἅπασαν τὴν Αἴγυπτον ποταμόχωστον οὖσαν καὶ χαύνην, ἔτι δὲ κισηρώδη τὴν φύσιν, ῥαγάδας τε μεγάλας, καὶ διηνεκεῖς ἔχειν, διὰ δὲ τούτων εἰς ἑαυτὴν ἀναλαμβάνειν ὑγροῦ πλῆθος, καὶ κατὰ μὲν τὴν χειμερινὴν ὥραν συνέχειν ἐν ἑαυτῇ τοῦτο, κατὰ δὲ τὴν θερινὴν, ὥσπερ ἱδρῶτας τινὰς ἐξ αὐτῆς πανταχόθεν ἀνιέναι, καὶ διὰ τούτων πληροῦν τὸν ποταμόν. Hoc eſt, *Tota Ægyptus à flumine congeſta eſt, & laxa naturaq́; pumicoſa, rimas in ſe habet magnas, & continuas, per quas humoris copiam in ſe recipit, & hyemali tempore in ſe conſtringit, æſtate autem tanquam ſudores ex ſe vndequaque emittit, vnde incrementum Nilo præbeatur.* Hanc ſententiam multis argumentis confutat Diodorus Siculus, & incredibile prorſus aſſerit exſtillantes terræ ſudores tantum fluuij augmentum facere, Altera quæ eſt de Oceano, ſacerdotes etiam aliquot Ægyptiorum aſſertores habuit, qui Nilum ex Oceano terram circũfluente naſci aſſeruerunt, quos nihil ſani dicere idẽ Hiſtoricus oſtendit. Tertia quæ ad Æthiopiæ imbres pertinet longè probabilior eſt, & hanc ſequutus eſt Agatharcides Gnidius, qui præter cæteros placet Diodoro acris iudicij viro. Nec ſatis robuſtè eandem refellit Brodeus vir alioqui eruditus, quod, vt ait, à veteribus ſcriptoribus perhibeatur raro in Æthio-

*Miſcellaneorum l. 7. c. 4.*

Æthiopia puluere, imò idem ipſe Agatharcides antiquus author teſtatur in Æthiopiæ montibus certo tempore, eo ſcilicet quo Nilus augetur, pluuias eſſe continentes. Ibidem Mercerus putat intercidum τῷ αὐτῷ σημείῳ χρῶνται, & neſcio quas ſupplicationes pro Nili inundatione fingit, de quibus nulla ex hoc loco coniectura. Puto vnius literulæ mutatione totam ſententiam claram fieri, ſiquidem cum Horus dixiſſet Leonum rictus in fontibus inſculpi ad beneficij memoriam, quod ex Leonis ſidere percipere ſe exiſtimant, *Inde*, inquit, *ad hodiernum vſque diem ingens eſt ad votum aquæ copia.* Quaſi vellet dicere, hanc Ægyptiorum pietatem ſidus Leonis fortunare, & copioſius riuos illos benignitatis aperire. Itaque cenſeo legendum, ἀφ' οὗ ϗ μέχρι νῦν κατ' εὐχὴν πλεονασμὸς ὕδατος, pro πλεονασμοῦ.

## CVR IN TEMPLIS, THRONIS, SEPVLCHRIS, LEONVM EFFIGIES?

*Ad Hieroglyphicum* 21. *lib.* 1.

FVit illud non modò in prophanis, ſed etiam in ſacris rebus vſitatiſſimum, vt Leones ad ſymbolum maieſtatis appingerentur, aut ſculperentur, idq; non modò in templis ſed in thronis, fontibus, & ſepulchris & de templis quidem id diſertè teſtatur Horus, συμβολικῶς τοῖς κλείθροις τῶν ἱερῶν λέοντας ὡς φύλακας παρειλήφασι, quod non tantum Ægyptiis, ſed & Iudæis quoque fuiſſe commune, diſcas ex ſacris interpretibus. Nam præter notas Cherubinorum imagines quæ Leonis partem aliquam exhibebant, ſculptas etiam in altaris angulis Leonū ſpecies conijcit eruditiſſimus Villalpandus. Quin etiam magnū illud & tremendū altare vbi iuge ſacrificium Deo offere-

*Leonum in templis effigies.*

Digitized by Google

*Magnum altare Hebræorum cur Leo Dei dictum.*

ferebatur, *Leo Dei* appellabatur. Hebræa vox eſt אריאל Ariel, ab ארי quod eſt Leo, & אל Deus, quam Chaldæus Paraphraſtes apud Iſaiam 29. vertit *altare.*

Cuius rei cauſam reddunt Hebræi Doctores, quod ſicut Leo pecudes deuorat, ita hoc ipſum altare perennibus flammis hoſtias abſumeret, vel quod Leo ſymbolum ſit diuinæ maieſtatis, ſiue ad ſpeciem illam oculos conijcias quæ omnibus animantibus terrorem inijcit, ſiue ad clementiam ſpectes, quâ vt omnium penè ſcriptis celebratur, depreſſis & abiectis facilem indulget veniam. De thronis verò nimis notum eſt ex regia illa Salomonis leunculis inſignis, quam Ioſephus nominat, Ἐξέδραν διαπρεπῆ ἐν ᾗ καθεζόμενος ὁ βαϲιλεὺς ἔκρινεν. Eoſdem Leonum rictus in fontibus ab Ægyptiis prudenti quadam ſacerdotum deſtinatione collocatos teſtatur Horus, Τὰς χολίδρας, καὶ τοὺς εἰσαγωγεῖς τῶν ἱερῶν κρουνῶν λεοντομόρφοις κατεσκεύασαν, οἱ τῶν ἱερατικῶν ἔργων προστάται, ὅτι ἐμβαίνοντος τοῦ ἡλίου τῷ ζωδίῳ τὸ διμοιρον τοῦ ὕδατος πλημμυρεῖ πολλάκις. *Tubos canaleſque ſacrorum fontium ſolent ij qui ſacris præſunt operibus, Leonis figura fabricari, quod ſol cùm in Leonis ſigno perſiſtit ſæpenumero in duplum aqua ipſius Nili excreſcit.* : Traductum ab Ægyptijs in cæteras nationes, non ſuperſtitionis, ſed ornatus gratia exemplum. Nam Sidonius Apollinaris libro ſecundo, epiſtola ſecunda ad Domitium, Piſcinam deſcribens, Leonum rictus non omitti. *In hanc ergo* (inquit) *piſcinam fluentem de ſupercilio montis elicitum, canalibuſque circumactis per exteriora natatoriæ littora curuatum ſex fiſtulæ prominentis Leonum ſimulatis capitibus effundunt; quæ temerè ingreſſis veras dentium crates, meros oculorum furores, certas ceruicum iubas imaginabantur.*

*Leones in thronis regum.*

*In fontibus.*

*Leones in*

Addo poſtremo loco fuiſſe Leones ſepulchro-

rum

rum maximè verò fortium virorum inſignia. Siquidem Pauſanias in Bœoticis eorum Thebanorum ſepulchrum deſcribens, qui in acie aduerſus Philippum ceciderant, Προσιόντων (inquit) δὲ τῇ πόλει πολυάνδριον Θηβαίων, ὅσοι ἐν τῷ πρὸς Φίλιππον ἀγῶνι ἀποθανόντων· οὐκ ἐπιγέγραπται μὲν δὲ ἐπίγραμμα, ἐπίθημα δὲ ἔπεστιν αὐτῷ λέων. *Proximo vrbi loco commune eſt ſepulchrum, Thebanorum, qui in pugna contra Philippum defuncti ſunt. Inſcriptio nulla quidem inſcripta eſt inſigne vero tumuli Leo.* Cuius conſuetudinis initium ab Hercule fuiſſe tradit Ptolomæus Hephæſtion, qui ſeptem libros dè nouis ad variam eruditionem hiſtorijs èdidit. Ὅτι Ἡρακλῆς ἀποβρωθέντος αὐτῷ τῶν δακτύλων ἑνὸς ὑπὸ τοῦ Νεμαίου λέοντος, ἐννέα δάκτυλος γέγονε, καὶ ἔστι τάφος τοῦ ἐκκεκομμένου δακτύλου. Λέοντα δὲ ἔστιν ἰδεῖν τῷ τοῦ δακτύλου τάφῳ ἐφεστῶτα λίθινον ἐν Λακεδαίμονι, σύμβολον τῆς τοῦ Ἡρακλέως ἀλκῆς, ἐξ ἐκείνου καὶ τοῖς ἄλλων τάφοις λιθίνοις ἐφεστῶσι λέοντας. *Herculem deuorato à Nemæo Leone digito vno nouem duntaxat digitos habuiſſe, extareque tumulum digiti auulſi, Leonem vero ex lapide Lacedæmone videre eſt digiti tumulo impoſitum, ſymbolum nimirum Herculei roboris. Vnde mos inoleuit in reliquorum quoque ſepulchris lapideos ſtatuere Leones.*

*ſepulchris & à quo primum mos ille inuectus.*

## QVID PHYLACTERIVM APVD HORVM?

*Ad Hieroglyphicum. 24. libri primi.*

NON ſatis ſignanter interpres reddidit φυλακτήριον, præſidium ac remedium, cum amuletum dicere debuiſſet. Quis enim non agnoſcit hic agi de phylacteriorum ſiue amuletorum ſuperſtitione quæ Græci etiam πέταλα & περίαπτα, Latini ligaturas nominant. Ac petala quidem meo iudicio non omnia, ſed ea dumtaxat in quibus imagines & characteres laminæ impreſſi gerebantur, nam vetus gloſ-

ſarium πέταλον laminā reddit. Mitto quæ de ligaturis λαφάνων, de indumentis infantum, de inauribus, de licijs, de herbis & radicibus doctè & luculenter tradidit Gretſerus noſter, vir multæ eruditionis in commentariis de cruce. Hic quod Horus ad Ægyptiorum phylecteria pertinuiſſe dicit, Δύο κεφαλὰς ἀνθρώπων, τὴν μὲν τῦ ἄρσενος ἔσω βλέπουσαν, τὴν δὲ θηλυκὴν ἔξω. *Duo hominum capita, vnum maris intro, alterum fœmina extra aſpiciens*, plenius diſcutiendum eſt. Omnino intelligit imagines pictas, vel fictas, quarum frequentiſſimus erat vſus in amuletis. Alij quippe ſigna geſtabant geniturae ſuæ, ſeu (vt vno verbo dicimus) Horoſcopa, quibus ſe tota vita protegi ac fortunari credebant. Notus in eo argumento famoſus Octauij Cæſaris Capricornus nummis eius inciſus, quem ſummam Aſtrologi portendere dicebant felicitatem, vt qui Auguſto fuiſſet fortunatiſſimus. Alij illuſtrium aſſeruabant virorum effigies, vt Pythagoræi Præceptoris ſui Pythagoræ imaginem, & multi Alexandri Magni numiſmata, quos Diuus Chryſoſtomus homilia vigeſima prima ad populum Antiochenum meritò perſtringit. Alij falſorum Deorum ſpecies magicis characteribus inciſas. Tales erant imagunculæ quas Baſilides hæreticus ſectatoribus ſuis inſtar amuletorum deferendas tradere ſolebat. Hic cùm trecentos & ſexaginta quinque cœlos ſtatueret, ſummum Deorum ΑΒΡΑΚΑΞ ſtatuebat, cuius nomen numerum illum CCCLXV. complectitur. Extat apud Cardinalem Baronium iſtorum amuletorum ſpecies, hominis nempe figura, portentoſis vndique litteris impreſſa.

*Signa geniturae ſeu Horoſcopa pro amuletis geſtata.*

*Baſilidis imagunculæ magicæ.*

*Tomo 2.*

Nec diſſimilia erant Theraphim, quorum meminit Elias Thesbites in Lexico Hebræo, ad eandem vocem, diriſſima prorſus ſimulachra, & nefarijs imbuta ſuperſtitionibus. Mactabant quippe puerum

*Teraphim quæ ex Elia Thesbita.*



Digitized by Google

um primogenitum, cuius caput à corpore reuulſum ſale & aromatibus condiebant, hinc illi laminam imponebant, eamque immundi ſpiritus nomine & charactere ſignatam. mox odore & ſuffitu cereiſque accenſis venerabantur, & quamquam hoc ſecretis parietibus occultabatur ſcelus, nonnumquam tamen etiam occiſorum infantium præſegmina, laminis & bracteis incluſa, ſuperſtitioſoque ritu excantata geſtabant. Alias imagines cereas fieri curabant, ad morborum etiam execrabiles medicinas, de quibus Paracelſus præcipit his verbis: *Fabricet medicus ceream imaginem ad ſimilitudinem patientis, & in nomine eius, aut conformet ceream particulam ſimilem affectæ parti, idq. indubitata ſide, & forti imaginatione credat per illam ſanitatem ægro reſtitui poſſe. Ac tandem additis magicis precatiunculis ceream illam imaginem in ignem proijciat. At ſi fortè ex doloris acerbitate, vel partis affectæ, vitæ periculum metuatur, integram imaginem certis verbis admurmuratis comburat medicus, & liberatur æger.* Vides lector deteſtabiles luſus dæmonis in humanā perniciem laſciuientis. Totam hanc nefandi ritus ſuperſtitionem damnat articulus Pariſienſis qui eſt 21, *Quod imagines*, inquit, *ex metallo vel cera, vel alia materia, ad certas conſtellationes fabricatæ, vel certo charactere aut figura efformatæ aut etiam baptizatæ, exorciſatæ, aut conſecratæ, aut potius execratæ ſecundum prædictas artes, & ſub certis diebus habēant virtutes mirabiles, quæ in libris huiuſmodi ſuperſtitioſis recitantur, error eſt in fide, & philoſophia naturali & aſtronomia vera.*

*Idola magica ad curationes morborum deteſtabili ritu vſurpata.*

*Lib de Hyperphyſicis morbis.*

Contra hæc ipſa Dæmonum πλάσματα Sancti plerumque verbis & rebus ſacris vſi ſunt. Narrat enim Leontius Epiſcopus ſanctum Simeonem ſolum mulieri magæ amuletum in tabula conſcripſiſſe, quo geſtato, illa non potuit amplius diuinare, nec magica amuleta facere. Atque vt Hebrææ mulieres à collo ad vbera geſtabant quædam

*Amuleta ſanctorum.*

dam

*Quid domus animæ apud Hebræas mulieres.*

dam pendula vaſcula admodum precioſa; quæ illæ בת נפש *domum animæ*, appellabant. Sic religioſæ perſonæ oleum ſanctæ crucis in vaſculo; quod S. Spiridionem feciſſe refert Surius tomo ſexto, aut aliquid ſimile circumferebant. Author tamen incertus in Matthæum inuehitur in illos qui his amuletis abutebantur, & iiſdem de collo ſuſpenſis ſanctiores alijs videri volebant: Tum vero in illos qui ex ſuis capillis & veſtibus alijs largiebantur quæ ad collum appenderent. vnde Canon 36. Concilij Laodiceni. error quoque in eo nonnullorum clericorum caſtigatur, qui imprudentius huiuſmodi phylacteria faciebant.

*Homil. 43. in Matt.*

## QVOD OFFICIVM ἱερογραμματέων, ET QVALES ÆGYPTIORVM ſacerdotes.

### *Ad Hieroglyphicum 37. lib. 1.*

*Arpedonaptæ apud Ægyptios qui?*

CAue ἱερογραμματεῖς confundas cum Arpedonaptis; quorum meminit Clemens Alexandrinus Stromatum libro primo cum luculento Democriti teſtimonio, qui ſuam eruditionem intemperantius prædicans ſcribit: Καὶ λογίων ἀνθρώπων πλείστων ἐσήκουσα, καὶ γραμμέων συνθέσιος μετ' ἀποδείξιος οὐδείς πώ με παρήλλαξεν, οὐδ' οἱ Αἰγυπτίων καλεόμενοι Αρπεδονάπται. *Et homines doctos audiui plurimos, & in componendis cum demonſtratione lineis nemo me adhuc ſuperauit; nec qui Ægyptiorum quidem vocantur Arpedonaptæ.* Vbi Arpedonaptas colligas eſſe Ægyptiorum Mathematicos. At ἱερογραμματεῖς de genere erant Sacerdotum; & ijdem qui apud Aſſyrios ἱερῶν λόγων ἑρμηνευταί, vt author eſt Lucianus in Macrobijs. Siquidem Ægyptiorum ſacris, & doctrinis præfecti nunc ἱεροφόροι & ἱερόστολοι appellantur, ὅτι τὸν ἱερὸν λόγον

*Hierophori & Hieroſtoli qui?*

δν περὶ θεῶν πάσης καθαρεύοντα δεισιδαιμονίας, καὶ περιεργίας ἐν τῇ ψυχῇ φέροντες, ὥσπερ ἐν κίσῃ καὶ περιστέλλοντες. *Quod ſacram doctrinam ab omni ſuperſtitione & curioſitate puram in animo ſuo, tanquam in ciſta geſtant, atque continent.* (Vt diſertè notauit Plutarchus) nunc ἱερογραμματεῖς, qui non tantum ſacrarum literarum notarij fuerunt, vt quidam apud Diodorum interpretati ſunt, ſed ſacræ doctrinæ interpretes, eoſdem vates fuiſſe innuit Suidas cùm ait: Οὗτοι παρ᾽ Αἰγυπτίοις ἦσαν δεινοὶ, καὶ περὶ τῶν μελλόντων ἀληθῆ ἂν εἰπεῖν, additque vnum ex ijs Regi Ægyptiorum prædixiſſe, futurum Iſraëlitam virtute & gloria clariſſimum, qui Ægyptiorum imperium deprimeret, Moyſen ſcilicet innuebat. Iidem etiam erant phylacteriorum ſcientiſſimi: quorum author peruetuſtus fertur Iachim in ea gente περιάπτων καὶ ἐπαοιδῶν ἔμπειρος. At verò cum Horus deſcribat, ἱερογραμματέα τέλειον πολλὰ μελετῶντα ὑλακοῦντα τε σωμχῶς, καὶ ἀπηγριωμένον μηδενὶ χαριζόμενον, Facilè oſtendit ſacros illos Scribas, legibus, & disciplinæ præfectos fuiſſe. Tales enim erant antiquitus Ægyptiorum ſacerdotes. Hi namque vt Senatus Principes Regi præſto ſemper aderant, qua opera, qua conſilio, qua doctrina ipſum adiuuantes. Tum ex aſtrologia & ſacrorum inſpectione futura diuinando, tum ex ſacrorum librorum annotatis res geſtas cum vtilitate interpretando. Vnde à cunctis oneribus erant immunes, & primas à Rege honoris & poteſtatis obtinebant. Πάντων ἁπλῶς καὶ δευτερεύοντες μετὰ τὸν βασιλέα, τῆς δὲ δόξης, καὶ τῆς ἐξουσίας. Praeterea ſceptrum commune cum Regibus habebant, quod ad honorem agriculturæ ſicut & Æthiopes, in formam aratri effingebant, vt licet ex Diodoro colligere. Et illi quidem primis temporibus Ægyptiorum ſacerdotes hanc dignitatem obtinuerunt. Nam poſtquam

*Officium*

*Sacri Scribæ de Moyſe vaticinia.*

*Sacerdotū priorum apud Ægyptios dignitas.*



Digitized by Google

*bra diſſipata credunt*, & *nominibus Patriarcharum adſcripta credunt, ſicut Priſcillianus dixit: Anathema ſit.* Obſeruatione dignum eſt quod notauit Suidas Aſtrologos Alexandriæ propter metum fortaſſe maioris incommodi aliquando toleratos tributum pependiſſe, quod proprio nomine βλακενόμιον, *ſtultorum tributum* appellabatur, quod ſoli fatui aſtrologos adirent, διὰ τὸ τοὺς μωροὺς εἰσιέναι πρὸς αὐτούς. Cæterum non ſemper ἀστρικὴ οἰκονομία, pro illa fatali neceſſitate Ægyptiorum, ſed nonnunquam pro ordine cauſſarum naturalium, & decreto quo diuina prouidentia ſuis quæque nectit ordinibus vſurpatur, qua ſignificatione recta eſt εἱμαρμένης acceptio, & hoc ſenſu veteres fata voluerunt Ioui præſto eſſe cum ſtilo & tabulis ad inſcribenda eius dicta, & Parcas Martianus Capella *ſcribas Iouis* appellat, quod eius decreta in æreas tabulas referant. Hæc eſt θεία πρόνοια, quæ vt ait Nicephorus Gregoras l. 7. Συμμαχεῖ τῶν ἀνθρώπων βουλεύμασί τε καὶ πράγμασι.

*Balaconomion quid.*

---

## QVID SIT APVD HORVM βασίλειον.

### *Ad Hieroglyphicum* 15. *lib.* 1.

VIDERE eſt hic in picturis cynocephalum cum regia corona, & interpres quidem pingit *Regum inſigne capite geſtantem*, quam ſententiam ſecutus eſt quoque Pierius, *Ad cynocephali* inquit, *ſpeciem addebant, vt manus ad cœlum ſublatas haberet, & diadema regium capite geſtaret.* Nuſquam tamen hoc apud Horum inuenies, à quo hoc ſymbolum depromptum eſt: fefellit eruditos viros hic textus, βασίλειον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχοντα, itaque ſtatim arripuerunt quod occurrebat, & βασίλειον coronam interpretati ſunt, ſed nunquam cynocephalos coronatos Horus Apollo conſtituit. Quid igitur dicendum; τὸ βασίλειον nomen,

*Hierogl. l. 6.*

men, & βασίλειος regium. vel regale proprium ſignificat. Itaque non modò ad coronam ſignificandam traducitur, ſed ad illud omne quod regem ſpectat, vnde βασίλειος & βασίλειον dicitur, quod in quaqua re obtinet principatum: & eſt veluti aliorum principium, atque exemplar. Igitur hieroglyphicorum Scriptores prototypa imaginum, & ſymbolorum, quorum primaria & vberior eſt ſignificatio, appellant βασιλείοις. Vt enim rex viuus & ſpirans longè præſtantior eſt imagine, quæ ad eius ſpeciem expreſſa eſt. (Nam quidquid perfectionis eſt in imagine longè excitatius lucet in exemplari tanquam in fonte & origine.) Ita fit vt Luna appelletur βασίλειος, hoc eſt exemplar, & ἀρχέτυπος. Cynocephalus verò ſit τὸ βασιλευόμενον. Et ita Cynocephalus dicitur habere βασίλειον in capite, quia prototypum ſuum Lunam ſcilicet in imagine ſuo capiti imminentem defixis intuetur oculis. Et ne videar illud gratis aſſumere, ex ipſo auctore comprobo, vbi ad hieroglyphicum 11. lib. 1. cùm dixiſſet, vultures omnes eſſe fœminas, itaque ad ſignificandum quidquid eſt muliebre rectè aſſumi vulturem, quia in eo genere præſtantiſſimum eſt. & quaſi regula cæterorum, vtitur eodem nomine βασιλείοις: ſic enim habet, Καὶ τὸ τῶν Γυπῶν δὲ ὡς προεῖπον, γένος θηλειῶν ὑπάρχειν γένος μόνον· δι᾽ ἣν αἰτίαν καὶ παντὶ θηλυκῷ ζωδίῳ, οἱ Αἰγύπτιοι γῦπας ὡς βασίλειον ἐπιτιθέασιν. Quin & vulturum genus, vt iam expoſui, fœminas tantum complectitur. Quam ob cauſam & cuiuis fœminei ſexus animati Ægyptij vulturẽ vt in eo ſexu principem ac primarium apponunt. Nemo hic βασίλειον Coronam & Diadema niſi abſurdè interpretatus fuerit.

# DE CYNOCEPHALO IN HOROLOGIIS.

### *Ad Hieroglyphicum* 16. *lib.* 1.

ÆGyptiorum horologijs ſiue Clepſydris inſculptum fuiſſe conſtat Cynocephalum, è cuius natura guttatim aqua deflueret, ſed miræ his in verbis ambages, ἕως τῆς οὐρᾶς τρίχα διείραντες. Interpretes ſic reddunt. *Remedium hoc excogitarunt, vt quicquid pilorum eſt ad caudam vſque abradentes, pro huius craſſitudine ferream quandam fiſtulam ad aquam excernendam fabricentur.* Quæſo quid hic faciunt pili, & quorſum abradi dicuntur? Exiſtimarunt credo in clepſydris viuum animal ſtatui, non effigiem animalis inſculpti, cùm de abradendis pilis ad emiſſionem aquæ loquantur. Num tota hæc verſio magnas ineptias admittit? Silicet in re valde perplexa conijcere, vbi illi legunt τρίχα διείραντες, & perperam vertunt *pilos abradentes*, nam διείρειν nunquam radere ſignificat, exiſtimo reſtituendum τρίπα vel ζύμα διείραντες. Errore librariorum fortè ſcriptum eſt κ, pro π, vt ſæpè fit, & τρίκα poſitum pro τρίπα. hic aliquis Tyro in Græcis pulchram emendationem facere ſe exiſtimauit, ſi τρίχα pro τρίπα reponeret, & ita latam errandi anſam dedit. Nomen autem τρίπα Græcis recentioribus idem eſt ac τρύμα, ſiue ὀπὴ foramen. Et eo quidem vtitur corona pretioſa, liber Græcus, qui ſæpè citatur in Meurſij Lexico. Nemini porrò mirum videbitur, ſi Philippus Hori interpres Græcus recentior hoc vocabulum vſurparit, cum ὄρδινον pro ordine, πάτρωνα pro patrono & ſimilia habeat. Exiſtimo igitur germanam vocem eſſe τρίπα, & ita ſententiā intelligendā ἕως τῆς οὐρᾶς τρίπα διείραντες πρὸς τὸ ταύτης πάχος σίδηρον κατασκευάζοισιν πρὸς τὴν προκειμένην χρείαν. Cynocephali effigiem, vel potius vaſculum in eiuſdem animalis formam edolatum, ad caudam vſque, vel

ad

ad membrum & naturam quæ per caudam ſignificatur, perforant, per foramen autem ferream fiſtulam ſeu canalem traijciunt, quò æquabilior fiat per ferreum, ſiue æreum Epiſtomium aquæ defluentis emiſſio. διαίρειν autem τρῆπα recte dicitur, quaſi inſubulare vel ſubula facere foramen. De iſta clepſydræ fabricatione & foramine, ſic ſcribit Ariſtoph. Scholiaſtes in Veſpis. Κλεψύδρα ἀγγεῖον τετρημένον ἐν ᾧ ὕδωρ ἔβαλλον, καὶ εἴων ῥεῖν ἄχρι τῆς ὀπῆς. *Clepſydra vas perforatum in quod aquam effundebant, & ſinebant fluere vſque ad foramen.* Et rurſus ab eo appellatur ἀγγεῖον ἔχων μικροτάτην ὀπὴν, πρὸς πυθμένα Apuleius quoq; formam eius attigit cum ſic deſcribit *Hic rurſus præconis amplo boatu citatus accuſator quidam ſenior exurgit, & ad dicendi ſpatium vaſculo quodam in vicem colli graciliter fiſtulato, ac per hoc guttatim defluo, infuſa aqua populum ſic adorat.* Porrò de vſu clepſydrarū in foro ſuperuacaneum arbitror hic pluribus inculcare. Lege ibidem ἵνα μὴ εὐρύτερον τὸ κατασκεύασμα ὑπάρχῃ, & latinè redde, ne verò latior ſit machina, vbi interpres cum ſua periphraſi ſenſum non aſſequitur, *Ne foramen illud acutè artificioſeque confectum.* Non enim de foramine intelligendū, ſed περὶ μορίου, de illa animalis parte ſculpta in horologio & in modum tubi fiſtulata, vel de vaſculo in cynocephali formam artificioſè dolato. Cæterum de hac diuiſione horarum ex Cynocephali obſeruatione mentionem fecit Victorinus in commentarijs ad Rhetoricos Ciceronis. 3. *Metamorphoſeos.*

 De

Digitized by Google

# DE NILIACO INCREMENTO.

## *Ad Hieroglyphicum* 21. *lib.* 1.

VARIÆ ſunt de hac re, Cadmi, Hecatæi, Ephori, Hellanicij, Theopompi, Thaletis, Anaxagoræ, Herodoti, & cæterorum ſententiæ, quas vide apud Diodorum, Tres autem hic affert rationes, Prima ad Ægyptum aquarum genitricem: Secunda ad Oceanum: Tertia ad Imbres Æthiopiæ cauſam refert. Et prima quidem liquidius tractatur ab Ephoro, qui aſſerit: Ἅπασαν τὴν Αἴγυπτον ποταμόχωστον οὖσαν καὶ χαύνην, ἔτι δὲ κισηρώδη τὴν φύσιν ῥαγάδας τε μεγάλας, καὶ διηνεκῶς ἔχειν, διὰ δὲ τούτων εἰς ἑαυτὴν ἀναλαμβάνειν ὑγροῦ πλῆθος, καὶ κατὰ μὲν τὴν χειμερινὴν ὥραν συνέχειν ἐν ἑαυτῇ τοῦτο, μετὰ δὲ τὴν θερινὴν, ὥσπερ ἱδρῶτας τινὰς ἐξ αὐτῆς πανταχόθεν ἀνιέναι, καὶ διὰ τούτων πληροῦν τὸν ποταμόν. Hoc eſt, *Tota Ægyptus à flumine congeſta eſt, & laxa naturaq; pumicoſa, rimas in ſe habet magnas, & continuas, per quas humoris copiam in ſe recipit, & hyemali tempore in ſe conſtringit, æſtate autem tanquam ſudores ex ſe vndequaque emittit, vnde incrementum Nilo præbeatur.* Hanc ſententiam multis argumentis confutat Diodorus Siculus, & incredibile prorſus aſſerit exſtillantes terræ ſudores tantum fluuij augmentum facere, Altera quæ eſt de Oceano, ſacerdotes etiam aliquot Ægyptiorum aſſertores habuit, qui Nilum ex Oceano terram circũfluente naſci aſſeruerunt, quos nihil ſani dicere idẽ Hiſtoricus oſtendit. Tertia quæ ad Æthiopiæ imbres pertinet longè probabilior eſt, & hanc ſequutus eſt Agatharcides Gnidius, qui præter cæteros placet Diodoro acris iudicij viro. Nec ſatis robuſtè eandem refellit Brodeus vir alioqui eruditus, quod, vt ait, à veteribus ſcriptoribus perhibeatur raro in Æthio-

*Miſcellaneorum l. 7. c. 4.*

Æthiopia puluere, imò idem ipſe Agatharcides antiquus author teſtatur in Æthiopiæ montibus certo tempore, eo ſcilicet quo Nilus augetur, pluuias eſſe continentes. Ibidem Mercerus putat intercidiſſe τῷ αὐτῷ σημείῳ χρῶνται, & neſcio quas ſupplicationes pro Nili inundatione fingit, de quibus nulla ex hoc loco coniectura. Puto vnius literulæ mutatione totam ſententiam claram fieri, ſiquidem cum Horus dixiſſet Leonum rictus in fontibus inſculpi ad beneficij memoriam, quod ex Leonis ſidere percipere ſe exiſtimant, *Inde*, inquit, *ad hodiernum vſque diem ingens eſt ad votum aquæ copia.* Quaſi vellet dicere, hanc Ægyptiorum pietatem ſidus Leonis fortunare, & copioſius riuos illos benignitatis aperire. Itaque cenſeo legendum, ἀφ' οὗ καὶ μέχρι νῦν κατ' εὐχὴν πλεονασμὸς ὕδατος, pro πλεονασμοῦ.

---

## CVR IN TEMPLIS, THRONIS, SEPVLCHRIS, LEONVM EFFIGIES?

*Ad Hieroglyphicum* 21. *lib.* 1.

FVIT illud non modò in prophanis, ſed etiam in ſacris rebus vſitatiſſimum, vt Leones ad ſymbolum maieſtatis appingerentur, aut ſculperentur, idq; non modò in templis ſed in thronis, fontibus, & ſepulchris & de templis quidem id diſertè teſtatur Horus, συμβολικῶς τοῖς κλείθροις τῶν ἱερῶν λέοντας ὡς φύλακας παρειλήφασι, quod non tantum Ægyptiis, ſed & Iudæis quoque fuiſſe commune, diſcas ex ſacris interpretibus. Nam præter notas Cherubinorum imagines quæ Leonis partem aliquam exhibebant, ſculptas etiam in altaris angulis Leonū ſpecies conijcit eruditiſſimus Villalpandus. Quin etiam magnū illud & tremendū altare vbi iuge ſacrificium Deo offere- *Leonum in templis effigies.*

*Magnum altare Hebræorum cur Leo Dei dictum.*

ferebatur, *Leo Dei* appellabatur. Hebræa vox eſt אריאל Ariel, ab ארי quod eſt Leo, & אל Deus, quam Chaldæus Paraphraſtes apud Iſaiam 29. vertit *altare.*

Cuius rei cauſam reddunt Hebræi Doctores, quod ſicut Leo pecudes deuorat, ita hoc ipſum altare perennibus flammis hoſtias abſumeret, vel quod Leo ſymbolum ſit diuinæ maieſtatis, ſiue ad ſpeciem illam oculos conijcias quæ omnibus animantibus terrorem iniicit, ſiue ad clementiam ſpectes, quâ vt omnium penè ſcriptis celebratur, depreſſis & abiectis facilem indulget veniam. De thronis verò nimis notum eſt ex regia illa Salomonis leunculis inſignis, quam Ioſephus nominat, Ἐξέδραν διαπρεπῆ ἐν ᾗ καθεζόμενος ὁ βασιλεὺς ἔκρινεν Eoſdem Leonum rictus in fontibus ab Ægyptiis prudenti quadam ſacerdotum deſtinatione collocatos teſtatur Horus, Τὰς χολίδρας, καὶ τοὺς εἰσαγωγεῖς τῶν ἱερῶν κρουνῶν λεοντομόρφοις κατεσκεύασαν, οἱ τῶν ἱερατικῶν ἔργων προστάται, ὅτι ἐμμένοντος τοῦ ἡλίου τῷ ζωδίῳ τὸ δίμοιρον τοῦ ὕδατος πλημμυρεῖ πολλάκις. *Tubos canaleſque ſacrorum fontium ſolent ij qui ſacris præſunt operibus, Leonis figura fabricari, quod ſol cùm in Leonis ſigno perſiſtit ſæpenumero in duplum aqua ipſius Nili excreſcit.*: Traductum ab Ægyptijs in cæteras nationes, non ſuperſtitionis, ſed ornatus gratia exemplum. Nam Sidonius Apollinaris libro ſecundo, epiſtola ſecunda ad Domitium, Piſcinam deſcribens, Leonum rictus non omitti. *In hanc ergo* (inquit) *piſcinam fluentem de ſupercilio montis eliuium, canalibuſque circumactis per exteriora natatoriæ litora curuatum ſex fiſtulæ prominentis Leonum ſimulatis capitibus effundunt; quæ temerè ingreſſis veras dentium crates, meros oculorum furores, certas ceruicum iubas imaginabantur.*

*Leones in thronis regum.*

*In fontibus.*

*Leones in*

Addo poſtremo loco fuiſſe Leones ſepulchrorum

rum maximè verò fortium virorum inſignia. Siquidem Pauſanias in Bœoticis eorum Thebanorum ſepulchrum deſcribens, qui in acie aduerſus Philippum ceciderant, Προσιόντων (inquit) δὲ τῇ πόλει πολυάνδριον Θηβαίων, ἐστὶν ἐν τῷ πρὸς Φίλιππον ἀγῶνι ἀποθανόντων· οὐκ ἐπιγέγραπται μὲν δὲ ἐπίγραμμα, ἐπίθημα δὲ ἔπεστιν αὐτῷ λέων. *Proximo vrb. loco commune eſt ſepulchrum, Thebanorum, qui in pugna contra Philippum defuncti ſunt. Inſcriptio nulla quidem inſcripta eſt inſigne vero tumuli Leo.* Cuius conſuetudinis initium ab Hercule fuiſſe tradit Ptolomæus Hephæſtion, qui ſeptem libros dè nouis ad variam eruditionem hiſtorijs ėdidit. Ὅτι Ἡρακλῆς ἀποβρωθέντος αὐτῷ τῶν δακτύλων ἑνὸς ὑπὸ τοῦ Νεμαίου λέοντος, ἐννέα δακτύλους γέγονε, καὶ ἔστι τάφος τοῦ ἐκκεκομμένου δακτύλου. Λέοντα δὲ ἐστιν ἰδεῖν τῷ τοῦ δακτύλου τάφῳ ἐφεστῶτα λίθινον ἐν Λακεδαίμονι, σύμβολον τῆς τοῦ Ἡρακλέως ἀλκῆς, ἐξ ἐκείνου καὶ τοῖς ἄλλων τάφοις λιθίνοις ἐφεστῶσι λέοντας. *Herculem deuorato à Nemæo Leone digito vno, nouem duntaxat digitos habuiſſe, extareque tumulum digiti auulſi, Leonem vero ex lapide Lacedæmone videre eſt digiti tumulo impoſitum, ſymbolum nimirum Herculei roboris. Vnde mos inoleuit in reliquorum quoque ſepulchris lapideos ſtatuere Leones.*

*ſepulchris & à quo primum mos ille inuectus.*

## QVID PHYLACTERIVM APVD HORVM?

*Ad Hieroglyphicum. 24. libri primi.*

NON ſatis ſignanter interpres reddidit φυλακτήριον, præſidium ac remedium, cum amuletum dicere debuiſſet. Quis enim non agnoſcit hic agi de phylacteriorum ſiue amuletorum ſuperſtitione quæ Græci etiam πέταλα & περίαπτα, Latini ligaturas nominant. Ac petala quidem meo iudicio non omnia, ſed ea dumtaxat in quibus imagines & characteres laminæ impreſſi gerebantur, nam vetus gloſ-

ſarium

ſarium πέταλον laminã reddit. Mitto quæ de ligaturis λειψάνων, de indumentis infantum, de inauribus, de licijs, de herbis & radicibus doctè & luculenter tradidit Gretſerus noſter, vir multæ eruditionis in commentarijs de cruce. Hic quod Horus ad Ægyptiorum phylecteria pertinuiſſe dicit, Δύο κεφαλὰς ἀνθρώπων, τὴν μὲν τοῦ ἄρσενος ἔσω βλέπουσαν, τὴν δὲ θηλυκὴν ἔξω. *Duo hominum capita, vnum maris intro, alterum fœminæ extra aſpiciens*, plenius diſcutiendum eſt. Omnino intelligit imagines pictas, vel fictas, quarum frequentiſſimus erat vſus in amuletis. Alij quippe ſigna geſtabant genituræ ſuæ, ſeu (vt vno verbo dicimus) Horoſcopa, quibus ſe tota vita protegi ac fortunari credebant. Notus in eo argumento famoſus Octauij Cæſaris Capricornus nummis eius inciſus, quem ſummam Aſtrologi portendere dicebant felicitatem, vt qui Auguſto fuiſſet fortunatiſſimus. Alij illuſtrium aſſeruabant virorum effigies, vt Pythagoræi Præceptoris ſui Pythagoræ imaginem, & multi Alexandri Magni numiſmata, quos Diuus Chryſoſtomus homilia vigeſima prima ad populum Antiochenum meritò perſtringit. Alij falſorum Deorum ſpecies magicis characteribus inciſas. Tales erant imagunculæ quas Baſilides hæreticus ſectatoribus ſuis inſtar amuletorum deferendas tradere ſolebat. Hic cùm trecentos & ſexaginta quinque cœlos ſtatueret, ſummum Deorum ΑΒΡΑΚΑΞ ſtatuebat, cuius nomen numerum illum CCCLXV. complectitur. Extat apud Cardinalem Baronium iſtorum amuletorum ſpecies, hominis nempe figura, portentoſis vndique litteris impreſſa.

*Signa genituræ ſeu Horoſcopa pro amuletis geſtata.*

*Baſilidis imagunculæ magicæ.*

*Tomo 2.*

Nec diſſimilia erant Theraphim, quorum meminit Elias Thesbites in Lexico Hebræo, ad eandem vocem, diriſſima prorſus ſimulachra, & nefarijs imbuta ſuperſtitionibus. Mactabant quippe puerum

*Teraphim quæ ex Elia Thesbita.*



Digitized by Google

rum primogenitum, cuius caput à corpore reuulſum ſale & aromatibus condiebant, hinc illi laminam imponebant, eamque immundi ſpiritus nomine & charactere ſignatam. mox odore & ſuffitu cereiſque accenſis venerabantur, & quamquam hoc ſecretis parietibus occultabatut ſcelus, nonnumquam tamen etiam occiſorum infantium præſegmina, laminis & bracteis incluſa, ſuperſtitioſoque ritu excantata geſtabant. Alias imagines cereas fieri curabant, ad morborum etiam execrabiles medicinas, de quibus Paracelſus præcipit his verbis: *Fabricet medicus ceream imaginem ad ſimilitudinem patientis, & in nomine eius, aut conformet ceream particulam ſimilem affectæ parti, idq. indubitata fide, & forti imaginatione credat per illam ſanitatem ægro reſtitui poſſe. Ac tandem additis magicis precatiunculis ceream illam imaginem in ignem proijciat. At ſi forte ex doloris acerbitate, vel partis affectæ, vitæ periculum metuatur, integram imaginem certis verbis admurmuratis comburat medicus, & liberatur æger.* Vides lector deteſtabiles luſus dæmonis in humanã perniciem laſciuientis. Totam hanc nefandi ritus ſuperſtitionem damnat articulus Pariſienſis qui eſt 21, *Quod imagines*, inquit, *ex metallo vel cera, vel alia materia, ad certas conſtellationes fabricatæ, vel certo charactere aut figura efformatæ aut etiam baptizatæ, exorciſatæ, au conſecratæ, aut potius execratæ ſecundum prædictas artes, & ſub certis diebus habeant virtutes mirabiles, quæ in libris huiuſmodi ſuperſtitioſis recitantur, error eſt in fide, & philoſophia naturali & aſtronomia vera.*

*Idola magica ad curationes morborum deteſtabiliter vſurpata.*

*Lib de Hyperphyſicis morbis.*

Contra hæc ipſa Dæmonum πάθαπτα Sancti plerumque verbis & rebus ſacris vſi ſunt. Narrat enim Leontius Epiſcopus ſanctum Simeonem ſolum mulieri magæ amuletum in tabula conſcripſiſſe, quo geſtato, illa non potuit amplius diuinare, nec magica amuleta facere. Atque vt Hebrææ mulieres à collo ad vbera geſtabant quæ-

*Amuleta ſanctorum.*



Digitized by Google

dam pendula vaſcula admodum precioſa, quæ illæ נֶפֶשׁ בָּתֵּי *domum animæ*, appellabant. Sic religioſæ perſonæ oleum ſanctæ crucis in vaſculo, quod S. Spiridionem feciſſe refert Surius tomo ſexto, aut aliquid ſimile circumferebant. Author tamen incertus in Matthæum inuehitur in illos qui his amuletis abutebantur, & ijſdem de collo ſuſpenſis ſanctiores alijs videri volebant: Tum vero in illos qui ex ſuis capillis & veſtibus alijs largiebantur quæ ad collum appenderent. vnde Canon 36. Concilij Laodiceni. error quoque in eo nonnullorum clericorum caſtigatur, qui imprudentius huiuſmodi phylacteria faciebant.

*Quid domus animæ apud Hebræas mulieres.*

*Homil. 43. in Matt.*

---

## QVOD OFFICIVM ἱερογραμματέων, ET QVALES ÆGYPTIORVM ſacerdotes.

*Ad Hieroglyphicum 37. lib. 1.*

*Arpedonaptæ apud Ægyptios qui?*

CAue ἱερογραμματεῖς confundas cum Arpedonaptis, quorum meminit Clemens Alexandrinus Stromatum libro primo cum luculento Democriti teſtimonio, qui ſuam eruditionem intemperantius prædicans ſcribit: Καὶ λογίων ἀνθρώπων πλεῖστων ἐσήκουσα, καὶ γραμμέων συνθέσιος μετ' ἀποδείξιος οὐδείς πώ με παρήλλαξεν, οὐδὲ οἱ Αἰγυπτίων καλεόμενοι Ἀρπεδονάπται. *Et homines doctos audiui plurimos, & in componendis cum demonſtratione lineis nemo me adhuc ſuperauit; nec qui Ægyptiorum quidem vocantur Arpedonaptæ.* Vbi Arpedonaptas colligas eſſe Ægyptiorum Mathematicos. At ἱερογραμματεῖς de genere erant Sacerdotum; & ijdem qui apud Aſſyrios ἱερῶν λόγων ἑρμηνευταί, vt author eſt Lucianus in Macrobijs. Siquidem Ægyptiorum ſacris, & doctrinis præfecti nunc ἱεροφόροι & ἱερόστολοι appellantur, ὅτι τὸν ἱερὸν λόγον

*Hierophori & Hieroſtoli qui?*

ἡ περὶ θεῶν πάσας καθαρεύοντα δεισιδαιμονίας, καὶ πε-
ργίας ἐν τῇ ψυχῇ φέροντες, ὥσπερ ἐν κίσῃ καὶ περιστέλ-
οντες. *Quod ſacram doctrinam ab omni ſuperſti-
one & curioſitate puram in animo ſuo, tanquam in
ſta geſtant, atque continent.* (Vt diſertè notauit
utarchus) nunc ἱερογραμματεῖς, qui non tantum *Officium*
craturum literarum notarij fuerunt, vt quidam apud
iodorum interpretati ſunt, ſed ſacræ doctrinæ in-
rpretes, eoſdem vates fuiſſe innuit Suidas cùm ait:
ὗτοι παρ' Αἰγυπτίοις ἦσαν δεινοί, καὶ περὶ τῶν μελλόντων
ἀλήθειαν εἰπεῖν, additque vnum ex ijs Regi
gyptiorum prædixiſſe, futurum Iſraëlitam virtu- *Sacri Scri-*
& gloria clariſſimum, qui Ægyptiorum impe- *bæ de Moy-*
um deprimeret, Moyſen ſcilicet innuebat Ijdem *ſe vaticinati.*
iam erant phylacteriorum ſcientiſſimi: quorum
uthor peruetuſtus fertur Iachim in ea gente περι-
άπτων καὶ ἐπαοιδῶν ἔμπειρος. At verò cum Horus de-
ſcribat, ἱερογραμματέα τέλειον πολλὰ μελετῶντα ὑλακ-
τοῦντα τε συνεχῶς, καὶ ἀπηγριωμένον μηδενὶ χαριζό-
μενον, Facilè oſtendit ſacros illos Scribas, legibus,
& diſciplinæ præfectos fuiſſe. Tales enim erant an-
tiquitus Ægyptiorum ſacerdotes. Hi namque vt
ſenatus Principes Regi præſto ſemper aderant, qua
opera, qua conſilio, qua doctrina ipſum adiuuantes.
Tum ex aſtrologia & ſacrorum inſpectione futura *Sacerdotum*
diuinando, tum ex ſacrorum librorum annotatis res *priorum a-*
geſtas cum vtilitate interpretando. Vnde à cunctis *pud Ægy-*
oneribus erant immunes, & primas à Rege honoris *ptios digni-*
& poteſtatis obtinebant. Πάντων ἀτελεῖς καὶ δευτερεύον- *tas.*
τες μετὰ τὸν βασιλέα, ταῖς τε δόξαις, καὶ ταῖς ἐξουσίαις Præterea
ſceptrum commune cum Regibus habebant, quod ad
honorem agriculturæ ſicut & Æthiopes, in formam
aratri effingebant, vt licet ex Diodoro colligere. Et
illi quidem primis temporibus Ægyptiorum ſacer-
dotes hanc dignitatem obtinuerunt. Nam poſtquam

H ſub

ſub Romanorum imperio Ægyptus eſſe cœpit, nihil his hominibus contemptius, quippe qui ex ſacrificijs in viles Chaldæos, haruſpices, & aliptas degenerarunt, quòd licet ex Hadriani epiſt. apud Phlegontem colligere, quæ refertur à Flauio Vopiſco in Saturnino, ſtatim à principio. Vbi præcautione opus eſt ad diluendam Hadriani Imperatoris calumniam, qui peruerſè & malitioſè Chriſtianos cum Iſiacis Sacerdotibus confundit, & iiſdem Serapidis cultum imponit his verbis: *Ægyptum quam mihi laudabas Serviane chariſſime; totam didici leuem, pendulam, & ad omnia famæ momenta volitantem. Illi qui Serapin colunt Chriſtiani ſunt, & deuoti ſunt Serapi qui ſe Chriſti Epiſcopos dicunt.* Hæc admodum perfidioſè, niſi velis hac ratione excuſare, quòd de Apoſtatis loquatur, qui vt eſt in actis Epimachi Ægyptij Martyris, apud Græcum Martyrologium, τὸν Χριστιανισμὸν κρύπτοντες τὴν ἀσέβειαν ὑποκρίνοντο, *tecto Chriſtianiſſimo impietatem ſimularunt.* Pergit Hadrianus. *Nemo illic archiſynagogus Iudæorum, nemo Samarites, nemo Chriſtianorum presbyter,* (quòd de hæreticis Chriſtianæ pietatis ſimulatoribus intelligendum) *non Mathematicus, non Aruſpex, non Aliptes.* Ex quibus intelligere licet ad quas ſordes impiorum ſacrificorum natio deuenerit. Hoc ipſum plenius oſtendit diuus Cyprianus, vbi Senatorem à Chriſtiana fide Apoſtatam, atque ad Serapidis & Iſidis cultum nefariè abreptum inſectatur, ſimul Ægyptios ſacerdotes, in quorum collegium cooptatus fuerat, deſcribit his verbis.

*Sacerdotum poſtremis temporibus vilitas.*

*Hadriani calumnia in Chriſtianos.*

*Cyprianus in Senatorē Apoſtatam à Chriſto ad Iſin.*

*Namque ſacerdotes tunicis muliebribus idem*
*Interius ritum cultu interiore fatentur.*
*Idq; licere putat quod non licet: vnde per orbem*
*Leniter incedunt, mollita voce loquentes,*
*Lapſatoſq; tenent extenſo pollice lumbos,*
*Et proprium mutant vulgato crimine ſexum.*

Cum

Digitized by Google

*Cumque ſuos celebrant ritus, hos eſſe diebus*
*Se caſtos memorant; At ſi tantummodo tunc ſunt*
*Vt perhibent caſti, reliquo iam tempore quid ſunt?*
*Sed quia coguntur ſaltem ſemel eſſe pudici.*
*Mente fremunt, lacerant corpus, funduntq́; cruorē.*

uæ illic Cyprian de veſtibus, & flagitioſiſſimis moribus proſequutus eſt, copioſè deſcribit Apuleius, vbi nominant indusia mitellas, crocotas, virgatas veſtes, venoſa pigmenta & cætera. *Die ſequenti*, inquit, *variis coloribus induſiati, & deformiter quiſque formati, faciem cœnoſo pigmento obliti, & oculis obunctis graphice prodeunt, mitellis, & crocotis, & carbaſinis, & bombycinis linis. Quidam tunicas albas in modum lanciolarum quoquouerſum fluente purpura depictas, cingulo ſubligati, pedes luteis induti calceamentis.* Mox de eorum phanaticis furoribus differit plenius. lib. 8. Metamorph.

Quorum rituum pleraque etiam primis temporibus in vſu fuiſſe declarat Herodotus, vbi animaduertit eos deraſos fuiſſe, circumciſos, veſte linea, & calceis papyraceis indutos, frigida interdiu ter, noctu, bis lotos, & in Deorum ſupplicijs frequenti diuerberatione ſua ſponte cæſos. lib. 2.

Proximi erant ſacerdotibus ἐνταφιασαὶ & ταρχευταὶ, qui cadauera maximè ſacrorum animalium curabant, quos vt ait Diodorus: Πάσης μὲν τιμῆς ἢ πολυωρίας ἀξιοῦνται. τοῖς τε ἱερεῦσι συνόντες, καὶ τὰς εἰς ἱερὸν εἰσόδους ἀκωλύτας ὡς ἱεροὶ ποιοῦνται. *Omni honore atque cultu dignantur. Nam ſacerdotibus familiares ſunt, & in ſacrarium vt qui ſacri ſunt, liberè ingrediuntur.* Tanta autem ſuperſtitione & apparatu ſacra animalia funerant, vt curatorem funeris vnius animalis, totas facultates ſuas ſatis luculentas impendiſſe, & inſuper quinquaginta talenta à Ptolemæo fœneratum memoret Diodorus. Verum quoniam inter officia ſacerdotum eſt aliquod diſcrimen, operæpretium eſt de hac re audire Clementem Ale- lib. 1. p. 75. l. 2. p. 2.

 xandri-

Alexandrinum, qui totam hanc ſapientum & ſacer-
*Quis apud Ægyptios Sacerdotes Odus.*
dotum Ægyptiorum ſeriem diſertiſſimè tradit Stromatum libro ſexto p. 456. Primus inquit, procedit is qui vulgò ᾠδὸς nominatur, vnum aliquid afferens ex ſymbolis Muſicæ. Eum dicunt oportere duos libros tenere ex libris Mercurij, ex quibus vnus quidem continet hymnos Deorum; alter verò rationes vitæ regiæ. Poſt cantoren verò procedit, ὁ ὡροσκόπος ὡρολόγιόν τε μετὰ χεῖρα, καὶ φοίνικα ἀστρολογίας ἔχων σύμβολα. *Horoſcopus geſtans in manu horologium & palmam aſtrologiæ ſymbola.* Eum quatuor libros Mercurij de aſtrologia oportet ſemper promptos in ore

*Quis horoſcopus?*

habere. Deinceps autem ὁ ἱερογραμματεὺς ἔχων πτερὰ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, βιβλίον ἐν χερσὶ καὶ κανόνα ἐν ᾧ τό τε γραφικὸν μέλαν, καὶ σχοῖνος ᾗ γράφουσι. *Prodit.* inquit, *ſcriba ſacrorum alas habens in capite, & librum in manibus, & regulam, atramentum præterea, ad ſcribendum, & ſtilum iunceum quo ſcribunt.* Hunc o-

*Quis & eius habitus.*

portet ſcire ea quæ vocantur Hieroglyphica, & mundi deſcriptionem, & Geographiam, & ordinem Solis & Lunæ, & quinque errantium ſtellarum, Ægyptique chorographiam & Nili deſcriptionem, tum inſtrumentorum, ornamentorumque ſacrorum, tum locorum conſecratorum, menſuras præterea & quæcumque ad templa & res ſacras attinent. Deinde ſequitur, ὁ στολιστὴς ἔχων τε τῆς δικαιοσύνης πῆχυν, καὶ τὸ σπονδεῖον, ſtoliſtes ſeu ornator, qui iuſtitiæ cubi-

*Quis ſtoliſtes.*

tum & calicem ad libandum geſtat. Is ſcit omnia quæ ad diſciplinam & ſacrificia, primitias, hymnos preces, pompas denique & dies feſtos ſpectant. Poſt omnes exit Propheta, προφανὲς τὸ ὑδρεῖον ἐγκεκολπισμένος ᾧ ἕπονται οἱ τὴν ἔκπεμψιν τῶν ἄρτων βαστάζοντες. *Qui ſpectabilem in ſinu geſtat hydriam, quem*

*Quis Propheta.*

*ſequuntur qui emiſſos panes portant.* Is vt qui ſit ſacrorum præfectus, ediſcit libros decem, qui vo-

cantur

ntur ſacerdotales, de Diis & legibus, & vniuerſa
cerdotum diſciplina.

Meminit quoque eo loco παστοφόρων, qui ſex
ercurij libros de medicina ediſcunt, hoc eſt de ana-
mia, & morbis, inſtrumentiſque medicis, tum de
edicamentis, oculis, & mulieribus. Eos autem eſſe
ordine ſacerdotum declarat hic locus libri tertij
dagogi cap. 2. vbi deſcribens eum qui idola oſten-
, παστοφόρος ἤ τις ἄλλος τῶν ἱεροποιούντων, ex
o apparet fuiſſe quemdam æditυum, de quo dico
ſymbolum 39. *lib.* 1. *in notis.* — *Quis Paſtophorus.*

Ex eo Clementis loco facilè confutes eos qui exi-
narunt omnes Ægyptiorū ſacerdotes communi-
vocari Prophetas, quod ſenſiſſe videtur Diogenes
ertius, cuius auctoritate adductus Criticorum ali-
is in hoc Antinoi monimento, Ἀντινόῳ συνθρόνῳ
ῦ ἐν Αἰγύπτῳ θεῶν Μ. Οὔλπιος Ἀπολλώνιος προφήτης,
οφητείαν, hic dicit eſſe ἱερία, abuſus communi-
mine proprij loco, nec ſatis ea diſcriminans quæ
ıd Ægyptios (vt doctiſſime oſtendit Clemens) in-
ſe diſtincta erant.

## AVIS ERROR DE IDOLORVM SEPVLTVRA EMENDATVS.

*Ad Hieroglyphicum 37. libri primi.*

D hierogliphicū 37. γυμνὰ καὶ ἀνατετμημένα θεωρεῖ
τὰ ὑπ' αὐτοῦ κηδευόμενα εἴδωλα, Turbatum eſt
hoc loco, & puto reſtituendum ἀνατεταμένα.
uàm enim ridiculum eſt hæc verba de Pollinctore
cipere, & cum interpretibus dicere, *Quod nuda &*
*ecta quibus iuſta facit ſimulachra contemplatur.*
vbi Pollinctor iuſta facit, hoc eſt, ſepelit ſimula-
ra? & ſimulachra in partes conciſa? eſto Pol-
ctores funerarint ſacra animalia priùs diſſecta
guentiſque oblita, non tamen hoc ſimulachris



Digitized by Google

aureis & marmoreis vnquam factum legitur, quo per ſeineptum eſt. hæc igitur verba de Cane intelligenda ſunt, γυμνὰ κὰνατι ταμιμῶνα ϑεωρεῖ τὰ τῶ αὐτῶ κηδευόμενα εἴδωλα nuda & explicata ſpectat, qui cuſtodit Deorum ſimulachra. Nam κηδεύεσθαι non ſemper funerare, ſed curare & ſeruare ſignifica. Quod autem canes cuſtodiæ templorum & ſimulachrorum adhiberentur, ne quid auri argentiuè eius abraderetur, aut etiam gemmæ quibus parietes ſacri apud Ægyptios collucebant furto ſubducerentur, ex Horo colligere licet, & Æliano de Animalibus. Porrò quos hic ἐνταφιαστὰς ſeu libitinarios deſignari vides ab Horo publici funeris Curatores, eundem cætum apud Chriſtianos in Orientalis Imperio ἀσκητήριον, dictum fuiſſe notat vir eruditus non tamen euincitijs quos affert rationibus. Nam quod ex Nouella Iuſtiani 59. citat. ἐκάστη κλίνη ἀσκητήριον δίδοσθαι ἀσκητὰς, aliquot exequijs mortuorum fuiſſe deputatos confirmat, non tamen inde rectè colligit ἀσκητήριον, fuiſſe propriè quod funera curabat, quaſi definire vellet ἀσκητὴν eſſe ἐνταφιαστὴν, quod minimè dici qoteſt vbi propria verbi ſignificatio quæritur, Neque enim ſi Appelles pictor & orator, ideo pictorem definis, dicam *Pictor eſt orator.*

## Quid ſit Paſtophorus.

*Ad Hieroglyphicum 39. libri primi.*

AD Hieroglyphicum 39. πασοφόρον ϑ σημαίνοντες, Interpres vertit *ſacrum pallium geſtantē*. perperam meo quidem iudicio. Nam ſi verbi ſignificatio ſpectanda eſt, D. Hieronymus in Iſaiam paſtophorum interpretatur thalamum, in quo habitat præpoſitus templi; in quo πασοφόρος æditus eſt aliquis potius, quàm *ſacrum pallium geſtans*, quæ verba

nimi

nimis generalia ſunt & obſcura. Fefellit interpretem quod apud Iulium Pollucem παςὸς dicitur, παρὰ τῆ ξυνῆ περιπέτασμα, velum quod thalamo obtenditur, vbi cùm aliqui codices Latini pallium reddiderint, hic de veſte communi accepit: ſed debebat animaduertere quod habet etymologicum magnum, παςὸς ἡ ἐκπερίπετασμα τῶν ποικίλων κατασκευασμένη σκηνή. Vbi paſtos non pallium tantùm, ſed thalamus ipſe nominatur, quo ſenſu etiam paſtophorium dici.... Verum hic aliud latet quod neque Clementis Alexandrini interpr... παςοφόρος, vt conſtat ex eodem Clemente, eſt ex ſacerdotibus Ægyptiorum, & vt facile intelligi poteſt Æditus aliquis, nam dicitur aducoas in templum introducere & idola monſtrare, Σεμνὸν δ᾽ ὀρκῶς, καὶ παιᾶνα τῆ Αἰγυπτίων ἄδων γλώσση. Nunc docti viri quærunt quorſum dicatur παςοφόρος, neque enim Deorum thalamos & ædes portat, ſed custodit: manuſcriptus aliquis codex apud Clementem Alexandrinum habet, πλαςοφόρος, diſt... quid... apparet ex eo locum eſſe deprauatum. Ego legendum exiſtimo παςόφουρος, *templi cuſtos*, quo nihil aptius ad Clementis & Hori mentem video, nam ὑπὸ τούτου φυλάττεται τὸ ἱερόν.

*Lib. 3. c. 4. Onomaſticōn*

*Lib. 3. pæda g. g. eſt.*

## An omnis luſtratio per aquam, & ignem fieret.

*Ad Hieroglyphicum 41. lib. 1.*

QVOD ait Horus de aqua & igne, Διὰ τούτων τῶν ςοιχείων πᾶς καθαρμὸς ἐκτελεῖται. Omnis hiſce elementis fit luſtratio, non ita intelligendũ eſt, quòd ſola hæc elementa ſemper ad luſtrationes fuerint adhibita, ignis certè, & aqua in his expiationib. principatũ tenuerunt, & vt ait Plutarchus. τὸ πῦρ καθαί-



Digitized by Google

ρ καὶ ὕδωρ ἁγνίζει. Quamobrem, & qui Mithræ ſa-cris initiabantur, diſcebant καρτερεῖν τὸ πῦρ ignem tolerare, quem ritum nonnulli etiam hæretici tenuerunt, qui catechumenorum aures igne adurere, vel candenti ferro ſignare conſueuerant, vt auctor eſt Heracleon in libello qui προφητικῶν ἐκλογαὶ inſcribitur, ἔνιοι δὲ τὰ ὦτα τῶν σφραγιζομένων κατεσημήναντο, & hoc ipſum Iacobitæ quoque ſunt imitati, qui ad baptiſmum contra legitimos Eccleſiæ ritus aqua minimè vtebantur, ſed teſte Bernardo Luxemburgenſi, imprimendam candenti ferro crucis figuram in frontibus initiatorum curabant. Inde etiam prodierunt πυραὶ καθαρτικαί, quas malo more & exemplo, ad expiationes Chriſtiani nonnulli renouare conati ſunt. Et hæc ex Ethnicarum luſtrationum ſuperſtitionibus. Quod vero ad aquæ aſperſionem attinet, nihil occurrit frequentius: neque enim tantum ad templi fores ſtatuebantur, quæ Græcis περιῤῥαντήρια Latinis aquiminalia dicuntur, ſed etiam in fori aditu, & funeſtarum ædium veſtibulis, quo ſpectant illa Euripidis in Alceſtide.

*Aures igne ſignatæ, & frons candenti ferro à Iacobitis inuſta.*

Πυλῶν πάροιθεν δ᾽ οὐχ ὁρῶ,
Πηγαῖον ὡς νομίζεται
Γεχέρνιβ᾽ ἐπὶ φθιτῶν πόλεως
Χαίτατ᾽ οὔτις ἐπὶ πρόθυρα τομαῖος.
*Non video ante portam (vt lex eſt)*
*Fontana lauacra pro mortuis,*
*Nulla coma præciſa eſt in veſtibulo.*

(Nam & capillus de mortui capite ſectus foribus appendi ſolebat) De cæteris luſtrationibus quæ per ouum, ſquillam, ſulphur, laurum, ſanguinem, & cætera id genus fiebant, nihil nunc opus eſt inculcare pluribus.

# COTVRNICEM PRO ORYGE MALE à PIERIO SVMI.

## *Ad Hieroglyphicum 46. libri primi.*

MAgna in hoc hieroglyphico enodando interpretum eſt diſſenſio. Alij ſiquidem de Oryge, alij de coturnice intelligunt. Multum refert vtrum de quadrupede, an de aue ſermo ſit, quod tamen vnius litteræ ambiguitate decepti homines, alioqui non imperiti confudere. Codex Italus qui Romæ prodijt excuſus anno 1599 nomen ὄρυγος de textu expunxit reliquit tamen illi locum ad marginem, ne planè abraſum videretur: Deinde repoſuit ὄρτυγος, Coturnicem pro Oryge. Qua in ſententia fuit quoque Pierius lib 27 haud ita diligens in Hori mente perſcrutanda. Mihi verò mirari contigit quomodo viris doctis hæc interpretatio exciderit, quæ vt alia omittam, vel hoc vno argumento refelli quam faciliſſimè poteſt, quòd id ipſum animal de quo hic ſermo eſt, Horus dicat ἐμπροσθίοις σκέλεσιν ἀνορύσσειν τὴν γῆν, *Anterioribus cruribus, ſiue pedibus terram effodere.* Quæſo cur anteriores hic pedes nominantur, niſi quia ſunt & poſteriores? at ſi anteriores ſunt & poſteriores; apparet animal eſſe quadrupes, quod in auem tam cito efformauit Pierius. Deinde ſi auis eſt, & coturnix, quomodo huic tanquam equo inſidentes facit Reges? quod abſurdum eſt. Omnino de Oryge totum ſymbolum intelligendum; *Primum* quia id omnium penè codicum fides poſtulat, & ὄρτυγος nomen vt apparet, non niſi timidè in alienam ſedem irrepſit. *Secundum*, quia quæ hic Orygi tribuuntur ab Horo, eadem quoque comprobat Aelianus de animalibus. Neque enim tantum Orygem dicit, Solem Orientem auerſari, ſed etiam aduerſus eius exor-



Digitized by Google

tum aluum deijcere, quo fit vt Serapidis cultores tam præpoſterum animal malè oderint. Benè igitur in hac parte Mercerus, qui Aldi codicem ſequutus nihil mutauit. Sed hic poſtea laudatus interpres poſtquam ad hunc textum deuenit. καὶ οἱ ἱερεῖς τοῦτο μόνον τῶν πτηνῶν ἀσφράγιστον ἐσθίουσιν, hoc eſt (vt ipſe interpretatur.) *Quare & ſacerdotes vnam hanc inter volucres non ſignatam comedunt.*

Tum idem Mercerus in hunc locum annotat. *Mirum ſanè eſt, quod hoc loco Orygem inter volatilia annumeret, quod à nemine quod ſciam eſt proditum.* Putauit ita vir minimè malus, Oryges alatos ab Horo cenſeri, nec mirum eſt ſi hoc tantoperedemiratur, ſed non minus mirandum quomodo vir tam emunctæ naris, & in tot authorum commentationibus volutatus, tam facilem locum ſuo nitori reſtituere non potuerit. *Itaque totum hunc locum* (inquit) *corruptum exiſtimarim, nec qua ratione poſſit reſtitui, ſuccurrit, niſi forte pro τῶν πτηνῶν. legimus.* τῶν θηρῶν, Si tam audacter in auctoribus mutare licet, *omnia* (fateor) *erunt protinus alba.* Sed vbi prudentium Criticorum in dictionum mutationibus hæc audacia? Ego exiſtimo vnius, & admodum affinis literulæ mutatione poſſe totam hanc plagam ſanari, ſi dicamus πτηνῶν, poſitum pro κτηνῶν, quæ germana eſt lectio Sed reclamabit aliquis ex Grammaticorum natione τὸ κτηνῶν dici de pecudibus, quod in Orygem ferum animal cadere non poteſt. Hic quiſquis ita obiecerit, ſatis factum ſibi abunde exiſtimet, ſi Orygem inter pecudes eſui aptas videat annumerari à Columella, vbi ſic ſcribit: *Feræ pecudes vt capreoli, damæq́, nec minus Orygum ceruorumq́, genera, & aprorum, modo lautitijs & voluptatibus Dominorum ſeruiunt, modo quæſtui ac reditibus.* vnde etiam Iuuenalis: *Et getulus oryx hebeti lautiſſima cæna Cæditur.* Eſt enim Oryx de genere caprearum ſylueſtrium biſulcus, & vnicornis, vt ex

Lib. 9. c. 1.

Sat. 11.

Ariſto

Ariſtotele & Plinio licet colligere. Oppianus tamē non vnum dumtaxat cornu, ſed plura videtur illi tribuere dum canit: Ὀξέα κεράων δὲ μετήοροι ἀντέλλουσιν αἰχμαί. nunc quod reliquum eſt difficultatis expediamus. Διόπερ οἱ ἀρχαῖοι βασιλεῖς τοῦ ὡροσκόπου σημαίνοντος αὐτοῖς, τὴν ἀνατολὴν ἐπικαθίσαντες τούτῳ τῷ ζώῳ, διὰ μέσου αὐτοῦ ὡς τινῶν γνωμόνων τὴν τῆς ἀνατολῆς ἀκρίβειαν ἐγνώριζον. *Quapropter antiqui reges cum ſibi ortum nunciaret horarum obſeruator, huic inſidentes animali per medium ipſum velut gnomones quoſdam ortus rationem ac tempus accuratè certoque cognoſcebant.* Primum malim καθίσαν actiuè ſumere, & de horoſcopo intelligere quem Reges iubenti Orygem conſcendere, vt certius Solis ortum dignoſcat. Quod autem habet διὰ μέσου αὐτοῦ, *medium ipſum*, ſubobſcurum eſt, neſcio enim quid ſibi cogitatione pinxit Mercerus, quaſi per medium hoc animal cui inſident intuentes reges,, ortus ſpeculentur. Hic τὸ μέσον accipiendum eſt, pro re ſ interiecta & interpoſita ad aliquid efficiendum, vel certè vno verbo clarius dicendum διὰ μέσου αὐτοῦ *hoc eſt ipſius interuentu, ipſo mediante.* Nam διάμεσος dicitur, antiquis vt recentoribus μεσίτης, qui ad negotium aliquod conciliandum interuenit, & ſic ὄρυξ hic διάμεσος nominatur, quòd beneficio huius naturalis propenſionis qua ſolis primas faces præuidet, tempora diſcernant horoſcopi.

Iam quòd ad interpretationem eorum verborum attinet, Διὸ καὶ οἱ ἱερεῖς τοῦτο μόνον τῶν κτηνῶν ἀσφράγιστον ἐσθίουσιν. Sacerdotes vnam hanc inter volucres non ſignatam comedunt. Viſa eſt interpreti ſuſpecta vox ἀσφράγιστος, & fortè (inquit) legendum ἀσφάγιστος, ſed omnino retinenda vetus lectio ἀσφράγιστος. Declarat Herodotus, vbi oſtendit vetitum eſſe ſacerdotibus ſub pœna capitis, ne victimam aliquam immolent, quam prius ſigillari annullo non ſignarint,

ἀσφ-

ἑαυτοῦ δὲ θύσαντι θάνατος ζημίαν ἐπικεῖται. Horus hic Orygem ſolum excipit, eam opinor ob cauſſam, quòd quæ Deorum ſigillo eſſent impreſſa in Deorum poſſeſſionem tranſcribi viderentur, at nefas erat Orygem execratum animal Dei, maximè Solis nota inurere, & quaſi eiuſdem peculium facere.

---

## ANTIQVA LECTIO DEFENSA.

### *Ad Hieroglyphicum ſecundum libri ſecundi.*

HOc hieroglyphicum vt breue, ita difficile eſt. Καὶ ἀετοῦ νεοσσὸν ἀῤῥενογόνον, καὶ κυκλοηδὸν σημαίνει. Primum Mercerus emendat ἀετοῦ νεοσσὸς pro νεοσσόν. Ego veterem lectionem retineo, cùm bis in Horo, conſtanti veterum codicum fide ita legatur. Non aduertit Mercerus quòd doctiores Grammatici notant, recentiores Græcos (ex quorum numero eſt hic auctor Hori μεταφραστὴς) nonnunquam accuſatiuis nominatiuorum loco abuſos. Sic Nicetas θυγατέρα dixit pro θυγάτηρ τῷ βασιλεῖ δὲ τῷ δὲ καὶ τρίτη θυγατέρα ἦν Εὐδοκία τοὔνομα. Sic *corona pretioſa* Græcus liber θυρίδα in nominandi caſu pro θυρὶς habet. ἀῤῥενογόνος autem non tantùm maſculus eſt, ſed mares generans. Vox κυκλοηδὸς omnino deprauata eſt. Mercerus reponit κυκλοειδῆ, & interpretatur *orbiculatum*, ſed quis tales ſenſus probare poſſit? Quod *aquilæ pullus orbiculatum quid ſignificet*. Vide num legendum ſit τυλοειδῆ, τυλοειδὴς eſt calli ſpeciem habens, & per metaphoram robuſtus: ſic autem Aquilæ pullus innuet maſculum, fortem, & robuſtum, qui ex diuturno labore callum contraxerit. Non occurrit quomodo aliter hanc cicatricem obducamus.

*In Alexio Angelo.*

quod

# Quod duo Polypi pro duobus Apollinis pedibus ſint perperam ab interprete poſiti.

*Ad Hieroglyphicum tertium lib. 1.*

HOc Hieroglyphico vbi legitur, Δύο πόδες συνηγμένοι, καὶ βεβηκότες δρόμον ἡλίου τὸν ἐν ταῖς χειμεριναῖς τροπαῖς σημαίνουσι. *Gemini pedes ſimul compacti & progredientes, ſolis curſum cum in ſolſtitio eſt hybemo ſignificant*, variæ ſunt lectiones. Et primum quidem Manuſcriptus liber, pro δύο πόδες, habet δύο πολύποδες. Pierius non eſt admodum pugnax, quo minus duo Polypi ad hibernum ſolſtitium denotandum ſimul colligati exprimantur. *Impreſſorum*, inquit, *codicum lectio quæ eſt* δύο πόδες, *nequaquam diſplicet: ſed ſi progreſſum exprimere volueris, videndum eſt ſi pedes illigatos pinxeris, qua ratione id tuearis*. Hæc ille, quorum nullam auctoritatem, nullam affert rationem. Et certè nullus opinor veterum inuenietur, qui vllam partem Polypi ad Solem ſignificandum vnquam vſurparit, quamquam vt nihil eſt in iſtis ſymbolis tam alienum quod non aliquo cultu rationis, & orationis ſpecie ſplendeſcat, poſſet illud fortaſſe dici, Polypum rectè Solis in hyberno ſolſtitio tarditatem ſignificare, quod ſit vt ait Ouidius. *Hieroglyphicorum l. 27.*

*——crinatі corpore ſegnis.*

Vel vt canit Oppianus:

Παντοίας στροφάλιγγας ὑπὸ σκολιοῖσιν ἱμᾶσι
Τεχνάζων.

Verum quid opus eſſet geminos Polypos ad hoc ſymbolum pingere? & ſi ſua natura tardi ſunt, cur

vim

vincula, quæ ad frænandam celeritatem expreſſa ſunt injicerentur? Puto probabilius eſſe, ſi pro δύο πολύποδες. ſlegatur δύο πολλοῦ πόδες, id eſt, *duo ſolis pedes*, pro duobus Polypis; nam Sol πολὺς appellatur, vt conſtat ex eodem Horo. Quid eſt autem aptius ad Solem in ſolſtitio hyberno tardè progredientem ſignificandum quàm Hori ſiue Apollinis ſtatuam, cujus pedes inter ſe vincti ſunt & impliciti depingere? At vrget Pierius, & quærit quomodo ſi pedes vincti ſint progredientur? Difficilius quidē, ſed tamen progredi poſſunt, quod cernitur in ergaſtularijs, qui ita vinciuntur compedibus, vt aliqua ex parte mouere ſe, & progredi poſſint, & rectè quidem hoc pacto curſus ſolis ſignificatur, qui non eſt omnino nullus, ſed Quamobrem puto legitimam eſſe lectionem, Διὸ πολλοῦ πόδες συμπεφραγμένοι, pro συμηγμένοι ἢ βεβηκότες.

Lib. 1. Hierogl. 31.

---

Hieroglyph. lib. 29.

# Quomodo Hippopotamus Horas ſignificet.

*Ad Hieroglyphicum 19 lib. 1.*

QVomodo Hippopotamus horas ſignificet quærit Pierius: & multū quidem laborat, vt explicet, conjecturæ verò quas affert paulò videntur debiliores. *Quia depaſcit ſegetes*, inquit, *ante determinatas in diem, vel quod interdiu in imis aquis latet, noctu in terram egreditur.* Hæc inquam, rem acrius perpendenti non ſatisfaciunt. Primum nota in Græco eſſe ὥραν non ὥρας. ὥρα autem κατ' ἐξοχὴν, vt conſtat, ſæpè vernum tempus ſignificat. Et ita ὥρας, hoc eſt veris Hippopotamus ſymbolum eſſe dicitur, quia vere vbi primum herbæ pubeſcunt, incipit è Nilo egredi, & pabulari; vt habet Nicander in Theriacis,

Y ij

Χιλοὶ ὅτι χλοάουσιν νέη δ' ἀπιχύατο ποίη.

*Pabula vbi vireſcunt, & nouam fundunt herbam.*

Dixit autem ἀπιχύατο, pro ἀπιχύαντο per enallagen. Aliter etiam explicari poteſt, ut dicas ἀρᾶν, irrepſiſſe pro ὤρᾳ; vt Hippopotamus execrationem ſignificet, quo nullum animal execrabilius, nam Patrem interficit, & Matrem comprimit.

---

## Quomodo Phœnix naſcatur?

*Ad Hieroglyphicum 54. lib. 2.*

QVod ait hic Phœnicem ſe in terram ſummo impetu proijcere, vnde & vulnus accipit: ex ſanie verò vulneris defluente alium gigni, qui ſimul cum patre moribundo Heliopolin proficiſcitur, hoc neque Chæremon Ægyptius qui citatur à Tuztze neque Philoſtratus & Herodotus, aut ex Latinis Solinus, Lactantius, Manilius, Ouidus & cæteri qui Phœnicis meminerunt, tradidere. Patrem tamen eundem orbiculari myrrhæ ligno veluti ouo includere, & ad aram Solis deferre meminit Herodotus; ſed melius Lactantius de cineribus & reliquijs patris:

*Vnguine balſameo myrrhaque & thure ſoluto*
*Condit, & in formam conglobat ore pio.*
*Quam pedibus geſtans contendit Solis ad ortum,*
*Inque aræ reſidens ponit in æde ſacra.*

Licitum cuique fuit in re tam ignota pro arbitrio fingere, itaque pluribus diſcutiendum non puto.

# AD CLEMENTIS ALEXANDRINI HIEROGLYPHICA OBSERVATIONES.

## Quorſum in templis Ægyptiorum rotæ.

*Ad Clementis Alexandrini, lib. 5.*

DIONYSIVS Thracius, & poſt eum Clemens Alexandrinus, nobilis illius ſymboli meminere, quo Rotæ in templis Ægyptiorum circumagebantur: quid autem per illam rotarum conuerſionem ſignificare vellent, pluribus non explanant: Tres ego potiſſimum cauſſas huius Hieroglyphici conijcio. Prima eſt, vt Dei naturam adumbrarent, quem ſcire & illa Ægyptiorum placita depingens Democritus, appellat νοῦν ἐν πυρὶ σφαιροειδῆ. *Mentem in igne orbiculari.* quò ſpectat etiam illud Parmenidis, qui Deum definiebat στεφάνην, *coronam, continentem ardore lucis orbem, qui cingit cœlum.* Et præclarè quoq; notatum eſt ab Iamblycho libro de myſterijs Ægyptios ſolitos fuiſſe Deum mundi Principem in loto arbore aquatica, cuius tum poma tum folia rotunda ſunt, ſedentem exhibere: ex quo ſignifica-

*Deus mens in igne circulari ſecũdum Democritum.*

retur

tetur circularis actio mentis in ſe vndique remeans. Quæ opinio adeò ſuperſtitioſos animos oppreſſerat, vt in ſacris, ambitus & circuitiones frequentius vſurparent, vnde extat illud in ſymbolis Pythagoræ; προσκύνει περιφερόμενος, quod Plutarchus in Numa ad imitationem quoque rotarum Ægyptiarum expreſſum à Phythagora memorat, rationemq; ſubintexit; hanc in ſacris circuitionem ad ſimilitudinem orbium cœleſtiũ fieri pronuncians. λέλεκται (inquit) ἀπομιμήσεις ἡ ὥσπερ τῆς τοῦ κόσμου περιφορᾶς. Hæc conuerſio imitatio eſt motus cœli, quod *rotundum & volubilem Deum* Stoici nominarunt Quamobrem & Galli, inter ſacrificandũ, ex cruore ipſius hoſtiæ quæ Dijs immolabatur, circulum in ara delineabant, dicebanturque id temporis τελειοῦν, hoc eſt ſacrificiũ conſummare, cum orbem illum adumbratam quandam Dei ſpeciem deſignaſſent. Vide num quoque eo ſpectet illud Dauidis, cùm Pſalmo 11. dixit: *Impios in circuitu ambulare*, & ſi vulgò explicant, Impiorum multitudinem vbique vagari, vel myſticè, ſecundum Remigium, Improbos ſemper in περιφερείᾳ incedere, neque ad centrum qui Deus eſt, pertingere (vt ait Caietanus) Tamen non importunè ad ſuperſtitioſos illos gentilium ſacrorum circuitus ſignificandos accommodari poſſet.

*Conuerſiones & circuitus ſacris*

Alia ratio huius conſuetudinis, quam Plutarcho in Numa placuiſſe quoque video. Εἰ μὴ νὴ Δία τοῖς Αἰγυπτίοις τροχοῖς αἰνίττεταί τι, καὶ διδάσκει παραπλήσιον ἡ μεταβολὴ τοῦ σχήματος, ὡς οὐδενὸς ἑστῶτος τῶν ἀνθρωπίνων. *Niſi quid Hercle ſimiliter Ægyptijs rotis inuoluit, & ſignificat hæc figuræ mutatio, nihil eſſe in rebus humanis ſtabile.*

Hæc fuit quoque Soldani viri ſapientis apud Cedrenum ad regem Francorum oratio, cuius memini *ſymbolorum lib.* 1. *Synt.* 2. Hic cùm rotæ conuerſionem è carcere in quo captiuus tenebatur, oculis acerrimè defixis diu contemplatus fuiſſet, ex diuturno mœrore

Georgius Cedrenus in compẽdio, p. 475. edit Baſil.

in ſolutiorẽ riſum effuſus eſt, ciu' rei cauſã ſciſcitãti Regi reſpondiſſe fertur. Καὶ ὡς εἰκόνα ταύτην λαβὼν τῆς ἀσταθμήτου καὶ ἀβεβαίου τῶν ἀνθρώπων εὐδαιμονίας ἐγέλασα· ἅμα δὲ ἐνθυμηθεὶς, πῶς ἐφ' οὕτως ἀβεβαίῳ πράγματι ἐπαιρόμεθα ἅμα δὲ οὐκ ἀδύνατον οἰηθεὶς, τὸ καὶ ἐμὲ ὥσπερ ἐκ μετεώρου γεγονότα ταπεινὸν, οὕτως καὶ ἐκ τῶν χαμερποῖς ἐνδέχεται πάλιν ἀρθῆναι πρὸς τὸ μέγεθος. *Hanc ego incertæ inconſtantisq; hominum felicitatis imaginem ſentiens riſi, cum quod in mentem mihi veniret quam inſtabili nos de re ſuperbiremus, tum ſimul hoc etiam fieri poſſe iudicans, vt quemadmodum ex ſummo infimus ſum factus, ita ex humili rurſum loco ad prius attollar faſtigium.*

Soldani dictum notabile ad Regem Francorũ.

Adde ad idem ſymbolum *Ixionios amicos*, aulicos ſcilicet illos & paraſitos, quos Heliogabalus per ludibrium ad rotam aquariã alligatos ſub aquas mittebat, rurſuſque in ſummum reuoluebat: cuius ludi quem tam ſæpe aulici in hoc rerũ humanarum æſtu ludunt, meminit Lampridius in Heliogabalo & ego in ſymbolis explico plenius.

Ixionij amici, qui?

Tertiam demum rationem nobis ſubijcere videtur Anacreon Poëta, ſed ſobrius, vbi rotam imaginem eſſe dicit vitæ currentis his verbis.

Τροχὸς ἅρματος γὰρ οἷα
Τρέχει βίος κυλισθείς,
Ὀλίγη δὲ κεσόμεθα
Κόνις ὀστέων λυθέντων.
*Rota velut curulis*
*Properat volucris ætas,*
*Tenuis: iacebimuſque*
*Cinis, oſſibus ſolutis.*

Cum quo facit Perſius.

Sat. 5.

*Nam quamuis prope te quamuis temone ſub vno*
*Vertentem ſeſe fruſtra ſectabere canthum,*
*Cum rota poſterior curras, & in axe ſecundo.*

Vbi non tantum vitæ volubilitatem, ſed & irremeabiles temporum lapſus deſignat, & oſtendit quam arduum ſit deſidioſis dici præſenti manum inijcere.

Quid

## Quid folia & rami in templis Ægyptiorum ſignificarint?

*Ad Clementis Alexandrini lib. 5.*

SYmmacus ad illum locum Ezechielis *c.* 8. *& ecce applicant ramum ad nares ſuas*, innuit hic deriſionem ſignificari fœdo raucoque narium ſonitu in contemptum Dei. Sic enim ille, Καὶ ὡς ἀφιέντες εἰσὶν ἦχον ὡς ἆσθμα διὰ τῶν μυκτήρων ἑαυτῶν. Itaque alij tantum habent μυκτηρίζοντες, deridentes, nulla facta ramorum mentione, qua in ſententia ſunt Septuaginta, Καὶ ἰδοὺ αὐτοὶ ὡς μυκτηρίζοντες. Theodotion, vt liberiorem anſam interpretationis daret, ramorum ſimul, & deriſionis meminit his verbis, Καὶ ἰδοὺ αὐτοὶ ἐκτείνουσι τὸ κλῆμα ὡς μυκτηρίζοντες. Et ecce ipſi porrigunt ramum tanquam deridentes. Ratio ambiguitatis fuit vox חזמורה hazmorach; quæ vt notauit Symmachus, & ſonum, & ramum ſignificat, quamobrem Theodotion vtrumque coniunxit, ſed in eo errat quod geſtationem illam ramorum ſignum deriſionis interpretetur, cùm potius venerationis ſit hieroglyphicum. Quis enim ignorat ramos in ſuperſtitioſis gentilium ritibus, ad cultum falſorum Deorum fuiſſe prælatos? vt Pinum Pani, Syluano & Diti cupreſſum, Iſidi abrotonum. Certè apud Athenienſes feſtus erat dies ramorum nomine inſignis. Quo in honorem Bacchi præferebantur ὄχοι, quaſi μόχοι, hoc eſt tenues rami, maximè vitis. Ex quo ὀχοφορίας celebre nomen, & ὀχοφόροι, ſeu ramiferri appellabantur. Pueri Camilli Sacrorum miniſtri qui acceptos vitis ramuſculos ex Bacchi templis in Mineruæ Schirrhadis ædem deferebant; vt diſertè teſtatur Scholiaſtes Nicandri, Ὀχοφόροι δὲ λέγονται Ἀθήνησι παῖδες ἀμφιθαλεῖς ἁμιλλώμενοι κατὰ φυλάς, οἱ

*Symmachi error in loco Ezechielis.*

*Hazmorach ramus & ſonus.*

*Oſchophori.*

λαμβάνοντες κλήματα ἀμπέλου, ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Διονύσου ἔτρεχον εἰς τὸ τῆς Σκιῤῥάδος Ἀθηνᾶς ἱερόν. Quod autem Deos venerantes & manum, & ramum (ſi tunc tenerent) ſecundum veterem adorandi ritum ori admouerent; hinc D. Hieronymus rectè vertit, *& applicabant ramum ad nares ſuas in ſignum*, ſcilicet adorationis quam Soli præſtabant.

Hunc certè honorem Deo debitum ſacrorum ſimius Dæmon ita præripiebat: nam Hebræos quoque eadem ceremonia in cultu Dei vſos fuiſſe in feſtiuitate tabernaculorum produnt ſacræ literæ, & diſertè teſtatur Ioſephus *antiquit lib.* 3. vbi ſcribit Iudæos victimas Deo incendere, & ſimul pro gratiarũ actione ſacrificare, manibus interim geſtantes ramos myrti & palmæ; ex quibus mala Perſea dependebant. Eius verba ſunt, Ὁλοκαυτοῦν τε καὶ θύειν τῷ θεῷ τότε χαριστήρια, φέροντας ἐν ταῖς χερσὶν εἰρεσιώνην μυρσίνης, καὶ ἰτέας σὺν κράδῃ φοίνικος πεποιημένην, τοῦ μήλου τοῦ τῆς Περσέας προσόντος. Nota conſulto mala Perſeæ arboris fuiſſe ramis adhibita; vt ſignificarent cor & linguam Deo dedicandam eſſe. Nam Perſea frondes habet in linguæ ſpeciem acuminatas, fructus verò in cordis fermè effigiem efformatos.

*Iudæi cur vſi malis Perſeæ arboris.*

*Æthiop. lib.* 10.
*Corona ex Loto.*

Idem poſtea ramorum honos Principibus viris exhibitus in pompis & triumphis, vnde apud Heliodorum ab Hydaſpe rege præmittũtur nuncij victoriæ loto coronati, & palmarum ramos in ipſius honorem quatientes. Τὰς κεφαλὰς τῷ Νειλώῳ λωτῷ καταστέψαντες, καὶ φοινίκων θόρσοις ταῖς χερσὶ κατασείοντες.

*Quid ſit ἀνθοβολία.*

*lib de legatione ad Caium.*

Itaque ſi quem inſigni populi fauore honeſtatum omniumque celeberrimo plauſu & lætitia exceptum ſignificare vellent, hunc βυλλοβολοῦσαν dicebant, quia nor iolum ramos illos exhibebant, ſed præterea folia & flores in bene meritos ſpargebent, quod genus honoris & beneuolentiæ φυλλοβολίαν καὶ ἀνθοβολίαν nominabant. Vnde Philo Agrippam dicit fuiſſe, φυλλοβολούμενον καὶ ἀνθοβολούμενον ἐπ' εὐσεβείᾳ.

Nec hoc tantum fauoris ſigno contenti, etiam ra-

nos maximè palmarum ad fores inſignium virorum figere ſoliti erant, quod genus honoris notauit Lucianus in Rhethorum Doctore, οἱ φοίνικες δὲ ἐπὶ τῇ θύρᾳ χλωροὶ ἐστεφανωμένοι De hoc certè antiquorum ritu tot ſuppetunt teſtimonia, vt nihil ſit opus inculcare pluribus. Hæc fuit cauſſa cur Chriſtus tanqum verus Rex & Deus ramis palmarum à populo exciperetur, quòd rectè animaduertit vetus Poëta.

*Palmæ ad Rhetorum fores affixæ.*

*Perque viam vt Regi velamina purpurata,*
*Arboreàſque ſolo frondes, & olentia ſerta*
*Sub pedibus ſtrauere, Deum omnes voce fatentes.*

Ex his igitur colliges primam & omnium clariſſimã rationem exhibendorum ramorum, & terræ germinum, fuiſſe ſignum venerationis diuinæ, cur autem hoc potius quàm alio ſymbolo fuerint delectati, diſco ex Porphyrio. Οἱ πάλαι ἄνθρωποι οὔτε λίβανον ἔθυον, οὔτ' ἄλλο θῦμα προσέφερον, ἀλλὰ χλόης οἷον τινα ἄχνην γονίμου φύσεως χερσὶν ταῖς χερσὶν ἀρίμενοι κατέκαιον. Antiqui, inquit, neque thus, neque aliam victimam offerebant, ſed folia, velut primam pubeſcentis naturæ lanuginem manibus decerptam Diis adurebant, quo ſigno Deum creatorem teſtabantur, à quo herbæ & fruges, atque omnia terra orta producerentur & adoleſcerent.

*Prophyrij obſeruatio de primis ſacrificÿs. Theod. orat. 7. de ſacrificÿs.*

Nec mirum igitur ſi hoc genus officij Chriſto exhibitum, qui σοφία κοσμοτεχνῆτις nominatur à Syneſio. Eſt porrò dignum obſeruatione, hanc Ceremoniam quam anniuerſaria religione Eccleſia veneratur, apud Græcos fuiſſe percelebrem, Dominicamq; ipſam plamarum quã nos appellamus, ab illis vocari βαϊοφόρον quod βάϊα quo verbo etiam Horus vtitur Hieroglyphico quarto libri primi, ſit palmæ ramus, inde & βαϊα appellantur largitiones, & dona, quæ Imperatore & Patriarcha diſtrubuebantur ea ſcilicet ſeptimana, quæ diem palmarum præcedebat, vnde & nomen βαΐων Hoc diſertè teſtatur Balſamon. ... ὑψηλοτάτην τῶν θείων αὐτοκρατόρων πρώτην, καὶ

Dominica palmarum quã celebris apud Græcos.

τῆς

*De Incens. Patriarchæ die Catech.*

*Rerum Europ. l.3.c.5.*

Dona & Largitiones Imperatorum dictæ βαΐα, hoc eſt Rami palmarum & earum ritus.

τῶν πατριαρχῶν τὴν μεγαλειότητα, μετὰ τῶν ἄλλων ἐ-σεμνοῦν, καὶ ἐνιαύσιοι ἔργαι ποτὲ τῶν βαΐων· φιλοτιμήματα *Præcelſam*, inquit, *diuinorum Imperatorum circumſpectionem, & Patriarcharum magnificentiam, cum reliquis auguſtam faciebant & annuas erogationes, & donorum* βαΐα *quæ nominantur munifica largitio.* Et Imperator quidem palatinis ſuis, Patriarcha clericis diſtribuebat, quem ritum quoque fuſius deſcribit Luitprandus: in ea, quæ eſt ante βαιοφόρον quod nos *palmarum Ramos* dicimus, hebdomada, tam in militibus quã in diuerſis conſtitutis officiis numiſmatum aureorum erogationem, prout cuiuſque meretur officium, Imperator facit. Deinde modum enucleat. Erat, *inquit*, appoſita decem cubitorum longitudinis ac quatuor latitudinis menſa, quæ numiſmata loculis congregata, prout cuique dabatur, numeris extrinſecus in loculis ſcriptis retinebat. Ingrediebantur deniq; ad Imperatorem non confuſè, ſed ordinatim & ſecundum vocantis vocem, quæ ſcripta virorum nomina ſecundum officii dignitatẽ recitabat Quorum primus vocatus eſt Rector domus, cui non in manibus ſed in humeris poſita ſunt numiſmata cum ſcaramangis (genus eſt veſtis) quatuor. Poſt quem ὁ Domeſticotos Aſcalonas & ὁ Delongariſtis ploas (doctè Meurſius emendat δομεστικὸς τῶν σχολῶν, δρουγγάριος τοῦ πλωΐμου quorum alter militibus, nauigantibus præerat alter) ſunt vocati. Hi itaque paris numeri, quia dignitas par erat, numiſmata, & ſcaramangia ſuſcipientes, præ multitudine non iam in humeris portauerunt, ſed adiuuantibus alijs poſt ſe cum labore traxerunt. Poſt hos admiſſi ſunt Magiſtri numero 24. quibus erogatæ ſunt numiſmatum aureorum libræ, vnicuique ſecundum eundem numerum viginti quatuor cum ſcaramangis duobis. Patriciorum deinde ordo hos pone eſt ſequutus, & duodecim numiſmatum libris cum ſcaramanga vna donatus. Turba poſt hos immenſa vo-

atur Protoſpathariorum, Spathariorum, candidatorum, & id genus clientum.

Hæc ille, quod, quia ritus eſt præclaræ antiquitatis, & ad honorem Dominicæ palmarum pertinet, nolui hoc loco prætermittere. Cæteras porrò diſtribuendorum ramorum rationes rectè exſequitur Clemens Alexandrinus; quo maximè ſpectat illud Homericum.

Οἵηπερ φύλλων γενεὴ τοίηδε καὶ ἀνδρῶν.

Quod autem dixit in Ramis expreſſum quoque fuiſſe cremationis & ſepulturæ ſymbolum καὶ πυρὸς ἔργον γινέσθαι, antiquis Ægyptiorum moribus congruere non poteſt, ſed Græcorum. Ægyptij enim cremationem deteſtabantur, quod ignem exiſtimarent θηρίον ἔμψυχον πάντα κατεσθίον, belluam animatam omnia deuorantem, vt conſtat ex Herodoti libro tertio.

## QVID SINT ÆGYPTIORVM ΚΩΜΑΣΙΑΙ.

*Ad Clementis Alexandrini Hieroglyphicum X.*

Κωμασίας ab Ægyptijs nominatas innuere videtur Clemens Alexandrinus. Nolim tamẽ exiſtimare nomen κωμασίας Ægyptiũ eſſe, ſed ab Ægyptiis græcanicis vſurpatũ. Deriuatur enim vt ſatis liquet, ἀπὸ τοῦ κωμάζειν, quod eſt τὸ μετὰ αὐλῶν καὶ κιθάρας καὶ ᾠδῶν τὸν οἶνον πίνειν hoc eſt cum muſica & ſaltatione epulari, vt interpretatur Zonaras: vel certè ἀπὸ τῆς κώμης, qua voce vicus ſignificatur. Erant igitur κωμασίαι conuiuia & choreæ, quas Ethnici in honorẽ idolorum obſeruabant, de quib⁹ intelligenda ſexta Synodus Trullana dicta à Trullo, faſtigio cõcamerato in Conſtantini regia, quod aliter ſecretarium palatij nominatur. Sic igitur Synodus (quanquam non fuit œcumenica) τὰς οὕτω λεγομένας Καλένδας, καὶ τὰ λεγόμενα Βοτὰ, καὶ τὰ καλούμενα Βρουμάλια, καὶ τὴν ἐν πρώτῃ τοῦ μαρτίου μηνὸς ἡμέρᾳ ἐπιτελουμένην πανήγυριν, καθάπαξ ἐκ

Balſamon in commentarijs. Mercetur dicti vnis redd...

i 4 τῆς

μαντοῦ δὲ θύσαντι θάνατος ζημίη ἐπικεῖται. Horus hic Orygem ſolum excipit, eam opinor ob cauſſam, quòd quæ Deorum ſigillo eſſent impreſſa in Deorum poſſeſſionem tranſcribi viderentur, at nefas erat Orygem execratum animal Dei, maximè Solis nota inurere, & quaſi eiuſdem peculium facere.

## ANTIQVA LECTIO DEFENSA.

*Ad Hieroglyphicum ſecundum libri ſecundi.*

HOc hieroglyphicum vt breue, ita difficile eſt. Καὶ ἀετοῦ νεοσσὸν ἀῤῥενογόνον, καὶ κυκλοκιδὸν σημαίνει. Primum Mercerus emendat ἀετοῦ νεοσσὸς pro νεοσσόν. Ego veterem lectionem retineo, cùm bis in Horo, conſtanti veterum codicum fide ita legatur. Non aduertit Mercerus quòd doctiores Grammatici notant, recentiores Græcos (ex quorum numero eſt hic auctor Hori μεταφραστὴς) nonnunquam accuſatiuis nominatiuorum loco abuſos. Sic Nicetas θυγατέρα dixit pro θυγάτηρ τῷ βασιλεῖ δὲ τῷ δὲ καὶ τρίτη θυγατέρα ἦν Εὐδοκία τοὔνομα. Sic *corona pretioſa* Græcus liber θυρίδα in nominandi caſu pro θυρὶς habet. ἀῤῥενογόνος autem non tantùm maſculus eſt, ſed mares generans. Vox κυκλοκιδὸς omnino deprauata eſt. Mercerus reponit κυκλοειδῆ, & interpretatur *orbiculatum*, ſed quis tales ſenſus probare poſſit? Quod *aquilæ pullus orbiculatum quid ſignificet*. Vide num legendum ſit τυλοειδῆ, τυλοειδὴς eſt calli ſpeciem habens, & per metaphoram robuſtus: ſic autem Aquilæ pullus innuet maſculum, fortem, & robuſtum, qui ex diuturno labore callum contraxerit. Non occurrit quomodo aliter hanc cicatricem obducamus.

*In Alexio Angelo.*

quod

Digitized by Google

# Quod duo Polypi pro duobus Apollinis pedibus ſint perperam ab interprete poſiti.

## *Ad Hieroglyphicum tertium lib. 1.*

HOc Hieroglyphico vbi legitur, Δύο πόδες συνηγμένοι, καὶ βεβηκότες δρόμον ἡλίου τὸν ἐν ταῖς χειμεριναῖς τροπαῖς σημαίνουσι. *Gemini pedes ſimul compacti & progredientes, ſolis curſum cum in ſolſtitio eſt hybemno ſignificant,* variæ ſunt lectiones. Et primum quidem Manuſcriptus liber, pro δύο πόδες, habet δύο πολύποδες. Pierius non eſt admodum pugnax, quo minus duo Polypi ad hibernum ſolſtitium denotandum ſimul colligati exprimantur. *Impreſſorum,* inquit, *codicum lectio quæ eſt* δύο πόδες, *nequaquam diſplicet: ſed ſi progreſſum exprimere volueris, videndum eſt ſi pedes illigatos pinxeris, qua ratione id tuearis.* Hæc ille, quorum nullam auctoritatem, nullam affert rationem. Et certè nullus opinor veterum inuenietur, qui vllam partem Polypi ad Solem ſignificandum vnquam vſurparit, quamquam vt nihil eſt in iſtis ſymbolis tam alienum quod non aliquo cultu rationis, & orationis ſpecie ſplendeſcat, poſſet illud fortaſſe dici, Polypum rectè Solis in hyberno ſolſtitio tarditatem ſignificare, quod ſit vt ait Ouidius.

*——crinati corpore ſegnis.*

Vel vt canit Oppianus:

Παντοίας στροφάλιγγας ὑπὸ σκολιοῖσιν ἱμᾶσι
Τεχνάζων.

Verùm quid opus eſſet geminos Polypos ad hoc ſymbolum pingere? & ſi ſua natura tardi ſunt, cur vim

*Hieroglyphicorum l. 27.*

vincula, quæ ad frænandam celeritatem expreſſa ſunt iniicerentur? Puto probabilius eſſe, ſi pro δύο πολύποδες, legatur δύο πολλοῦ πόδες, id eſt, *duo ſolis pedes*, pro duobus Polypis, nam Sol πολὺς appellatur, vt conſtat ex eodem Horo. Quid eſt autem aptius ad Solem in ſolſtitio hyberno tardè progredientem ſignificandum quàm Hori ſiue Apollinis ſtatuam, cuius pedes inter ſe vincti ſunt & impliciti depingere? At vrget Pierius, & quærit quomodo ſi pedes vincti ſint progredientur? Difficilius quidē, ſed tamen progredi poſſunt, quod cernitur in ergaſtularijs, qui ità vinciuntur compedibus, vt aliqua ex parte moueri ſeſe, & progredi poſſint, & rectè quidem hoc pacto curſus ſolis ſignificatur, qui non eſt omnino nullus, ſed Quamobrem puto legitimam eſſe lectionem, Δύο πολλοῦ πόδες συνεζευγμένοι, pro συνηγμένοι καὶ βεβηκότες.

Lib. 1. Hierogl. 32.

---

Hieroglyph. lib. 29.

# Quomodo Hippopotamus Horas ſignificet.

*Ad Hieroglyphicum 19 lib. 1.*

QVomodo Hippopotamus horas ſignificet quæ-rit Pierius: & multū quidem laborat, vt explicet, coniecturæ verò quas affert paulò videntur debiliores. *Quia depaſcit ſegetes*, inquit, *ante determinatas in diem, vel quod interdiu in imis aquis latet; noctu in terram egreditur.* Hæc inquam, rem acrius perpendenti non ſatisfaciunt. Primùm nota in Græco eſſe ὥραν non ὥρας. ὥρα autem κατ' ἐξοχὴν, vt conſtat, ſæpè vernum tempus ſignificat. Et ita ὥρας, hoc eſt veris Hippopotamus ſymbolum eſſe dicitur, quia vere vbi primum herbæ pubeſcunt, incipit è Nilo egredi, & pabulari; vt habet Nicander in Theriacis,

Vnd

Χιλοὶ ὅτι χλοάουσιν νέην δ᾽ ἀπιχύατο ποίην.

*Pabula vbi vireſcunt, & nouam ſundunt herbam.*

Dixit autem ἀπιχύατο, pro ἀπιχύαντο per enallagen. Aliter etiam explicari poteſt, ſi dicas ἀράν, irrepſiſſe pro ὥραι vt Hippopotamus execrationem ſignificet, quo nullum animal execrabilius, nam Patrem interficit, & Matrem comprimit.

---

## Quomodo Phœnix naſcatur?

*Ad Hieroglyphicum 54. lib. 2.*

QVod ait hic Phœnicem ſe in terram ſummo impetu proijcere, vnde & vulnus accipit: ex ſanie verò vulneris defluente alium gigni, qui ſimul cum patre moribundo Heliopolin proficiſcitur, hoc neque Chæremon Ægyptius qui citatur à Tuztze neque Philoſtratus & Herodotus, aut ex Latinis Solinus, Lactantius, Manilius; Ouidus & cæteri qui Phœnicis meminerunt, tradidere. Patrem tamen eundem orbiculari myrrhæ ligno veluti ouo includere, & ad aram Solis deferre meminit Herodotus; ſed melius Lactantius de cineribus & reliquijs patris:

*Vnguine balſameo myrrhaque & thure ſoluto*
*Condit, & in formam conglobat ore pio.*
*Quam pedibus geſtans contendit Solis ad ortum,*
*Inque aræ reſidens ponit in æde ſacra.*

Licitum cuique fuit in re tam ignota pro arbitrio fingere, itaque pluribus diſcutiendum non puto.

# AD CLEMENTIS ALEXANDRINI HIERO-GLYPHICA OBSERVA-TIONES.

## Quorſum in templis Ægyptio-rum rotæ.

*Ad Clementis Alexandrini, lib. 5.*

DIONYSIVS Thracius, & poſt eum Clemens Alexandrinus, nobilis illius ſymboli meminere, quo Rotæ in templis Ægyptiorum circumagebantur: quid autem per illam rotarum conuerſionem ſignificare vellent, pluribus non explanant: Tres ego potiſſimum cauſſas huius Hieroglyphici conijcio. Prima eſt, vt Dei naturam adumbrarent, quem ſcite & illa Ægyptiorum placita depingens Democritus, appellat νοῦν ἐν πυρὶ σφαιροειδῆ. *Mentem in igne orbiculari*. quò ſpectat etiam illud Parmenidis, qui Deum definiebat στεφάνην, *coronam, continentem ardore lucis orbem, qui cingit cælum*. Et præclarè quoq; notatum eſt ab Iamblycho libro de myſterijs Ægyptios ſolitos fuiſſe Deum mundi Principem in loto arbore aquatica, cuius tum poma tum folia rotunda ſunt, ſedentem exhibere: ex quo ſignifica-

*Deus mens in igne circulari ſecũdum Democritum.*

retur

tetur circularis actio mentis in ſe vndique remeans. Quæ opinio adeò ſuperſtitioſos animos oppreſſerat, vt in ſacris, ambitus & circuitiones frequentius vſurparent, vnde extat illud in ſymbolis Pythagoræ, προσκύνει περιφερόμενος, quod Plutarchus in Numa ad imitationem quoque rotarum Ægyptiarum expreſſum à Phythagora memorat, rationemq; ſubintexit, hanc in ſacris circuitionem ad ſimilitudinem orbium cœleſtiũ fieri pronuncians. λέγεται (inquit) ἀπομιμήσεις εἶναι τῆς τοῦ κόσμου περιφορᾶς. Hæc conuerſio imitatio eſt motus cœli, quod *rotundum & volubilem Deum* Stoici nominarunt Quamobrem & Galli, inter ſacrificandũ, ex cruore ipſius hoſtiæ quæ Dijs immolabatur, circulum in ara delineabant, dicebanturque id temporis τελειοῦν, hoc eſt ſacrificiũ conſummare, cum orbem illum adumbratam quandam Dei ſpeciem deſignaſſent. Vide num quoque eo ſpectet illud Dauidis, cùm Pſalmo 11. dixit: *Impios in circuitu ambulare*, & ſi vulgò explicant, Impiorum multitudinem vbique vagari, vel myſticè, ſecundum Remigium, Improbos ſemper in περιφερείᾳ incedere, neque ad centrum qui Deus eſt, pertingere (vt ait Caietanus) Tamen non importunè ad ſuperſtitioſos illos gentilium ſacrorum circuitus ſignificandos accommodari poſſet.

*Conuerſiones & circuitus in ſacris*

Alia ratio huius conſuetudinis, quam Plutarcho in Numa placuiſſe quoque video. Εἰ μὴ νὴ Δία τοῖς Αἰγυπτίοις τροχοῖς αἰνίττεταί τι, καὶ διδάσκει παραπλήσιον ἡ μεταβολὴ τοῦ χήματος, ὡς οὐδενὸς ἑστῶτος τῶν ἀνθρωπίνων. *Niſi quid Hercle ſimiliter Ægyptijs rotis inuoluit, & ſignificat hæc figuræ mutatio, nihil eſſe in rebus humanis ſtabile.*

Hæc fuit quoque Soldani viri ſapientis apud Cedrenum ad regem Francorum oratio, cuius memini *ſymbolorum lib.* 1. *Synt.* 2. Hic cùm rotæ conuerſionem è carcere in quo captiuus tenebatur, oculis acerrimè defixis diu contemplatus fuiſſet, ex diuturno mœrore

Georgius Cedrenus in compendio, p. 475. edit Baſil.

in ſolutiorẽ riſum effuſus eſt, ciu' rei cauſã ſciſcitãti Regi reſpondiſſe fertur. Καὶ ὡς εἰκόνα ταύτην λαβὼν τῆς ἀσταθμήτου καὶ ἀβεβαίου τῶν ἀνθρώπων εὐδαιμονίας ἐγέλασα· ἅμα δὲ ἐνθυμηθεὶς, πῶς ἐφ' οὕτως ἀβεβαίῳ πράγματι ἐπαιρόμεθα ἅμα δὲ οὐκ ἀδύνατον οἰηθεὶς, τὸ καὶ ἐμὲ ὥσπερ ἐκ μετεώρου γεγονότα ταπεινὸν, οὕτως καὶ ἐκ τοῦ χαμερποῖς ἐνδέχεται πάλιν ἀρθῆναι πρὸς τὸ μέγεθος. *Hanc ego incertæ inconſtantisq́, hominum felicitatis imaginem ſentiens riſi, cum quod in mentem mihi veniret quam inſtabili nos de re ſuperbiremus, tum ſimul hoc etiam fieri poſſe iudicans, vt quemodo ex ſummo infimus ſum factus, ita ex humili rurſum loco ad prius attellar faſtigium.*

Soldani dictũm notabile ad Regem Francorũ.

Adde ad idem ſymbolum *Ixionios amicos*, aulicos ſcilicet illos & paraſitos, quos Heliogabalus per ludibrium ad rotam aquariã alligatos ſub aquas mittebat, rurſuſque in ſummum reuoluebat: cuius ludi quem tam ſæpe aulici in hoc rerũ humanarum æſtu ludunt, meminit Lampridius in Heliogabalo & ego in ſymbolis explico plenius.

Ixionij amici, qui?

Tertiam demum rationem nobis ſubijcere videtur Anacreon Poëta, ſed ſobrius, vbi rotam imaginem eſſe dicit vitæ currentis his verbis.

> Τροχὸς ἅρματος γὰρ οἷα
> Τρέχει βίος κυλισθεὶς.
> Ὀλίγη δὲ κεισόμεσθα
> Κόνις ὀστέων λυθέντων.
> *Rota velut curulis*
> *Properat volucris ætas,*
> *Tenuis: iacebimuſque*
> *Cinis, oſſibus ſolutis.*

Sat. 5.

Cum quo facit Perſius.

> *Nam quamuis prope te quamuis temone ſub vno*
> *Vertentem ſeſe fruſtra ſectabere canthum,*
> *Cum rota poſterior curras, & in axe ſecundo.*

Vbi non tantum vitæ volubilitatem, ſed & irremeabiles temporum lapſus deſignat, & oſtendit quam arduum ſit deſidioſis dici præſenti manum inijcere.

Quid

# Quid folia & rami in templis Ægyptiorum ſignificarint?

*Ad Clementis Alexandrini lib. 5.*

SYmmacus ad illum locum Ezechielis c. 8. *& ecce applicant ramum ad nares ſuas*, innuit hic deriſionem ſignificari fœdo raucoque narium ſonitu in contemptum Dei. Sic enim ille, Καὶ ὡς ἀφιέντες εἰσὶν ἦχον ὡς ἆσθμα διὰ τῶν μυκτήρων ἑαυτῶν. Itaque alij tantum habent μυκτηρίζοντες, deridentes, nulla facta ramorum mentione, qua in ſententia ſunt Septuaginta, Καὶ ἰδοὺ αὐτοὶ ὡς μυκτηρίζοντες. Theodotion, vt liberiorem anſam interpretationis daret, ramorum ſimul, & deriſionis meminit his verbis, Καὶ ἰδοὺ αὐτοὶ ἐκτείνουσι τὸ κλῆμα ὡς μυκτηρίζοντες. Et ecce ipſi porrigunt ramum tanquam deridentes. Ratio ambiguitatis fuit vox הזמורה hazmorach; quæ vt notauit Symmachus, & ſonum, & ramum ſignificat, quamobrem Theodotion vtrumque coniunxit, ſed in eo errat quod geſtationem illam ramorum ſignum deriſionis interpretetur, cùm potius venerationis ſit hieroglyphicum. Quis enim ignorat ramos in ſuperſtitioſis gentilium ritibus, ad cultum falſorum Deorum fuiſſe prælatos? vt Pinum Pani, Syluano & Diti cupreſſum, Iſidi abrotonum. Certè apud Athenienſes feſtus erat dies ramorum nomine inſignis. Quo in honorem Bacchi præferebantur ὄχοι, quaſi μόχοι, hoc eſt tenues rami, maximè vitis. Ex quo ὀχοφορίας celebre nomen, & ὀχοφόροι, ſeu ramiferri appellabantur. Pueri Camilli Sacrorum miniſtri qui acceptos vitis ramuſculos ex Bacchi templis in Mineruæ Schirrhadis ædem deferebant; vt diſertè teſtatur Scholiaſtes Nicandri, Ὀχοφόροι δὲ λέγονται Ἀθήνησι παῖδες ἀμφιθαλεῖς ἁμιλλώμενοι κατὰ φυλὰς, οἳ

Symmachi error in loco Ezechielis.

Hazmorach ramus & ſonus.

Oſchophori.

 λαμ-

λαμβάνοντες κλήματα ἀμπέλου, ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Διονύσου ἔτρεχον εἰς τὸ τῆς Σκιῤῥάδος Ἀθηνᾶς ἱερόν. Quod autem Deos venerantes & manum, & ramum (ſi tunc tenerent) ſecundum veterem adorandi ritum ori admouerent; hinc D. Hieronymus rectè vertit, *& applicabant ramum ad nares ſuas in ſignum*, ſcilicet adorationis quam Soli præſtabant.

Hunc certè honorem Deo debitum ſacrorum ſimius Dæmon ita præripiebat: nam Hebræos quoque eadem ceremonia in cultu Dei vſos fuiſſe in feſtiuitate tabernaculorum produnt ſacræ literæ, & diſertè teſtatur Ioſephus *antiquit. lib.* 3. vbi ſcribit Iudæos victimas Deo incendere, & ſimul pro gratiarũ actione ſacrificare, manibus interim geſtantes ramos myrti & palmæ; ex quibus mala Perſea dependebant. Eius verba ſunt, Ὁλοκαυτοῦν τε καὶ θύειν τῷ θεῷ τότε χαριστήρια, φέροντας ἐν ταῖς χερσὶν εἰρεσιώνην μυρσίνης, καὶ ἰτέας σὺν κράδῃ φοίνικος πεποιημένην, τοῦ μήλου τοῦ τῆς Περσέας προσόντος; Nota conſulto mala Perſeæ arboris fuiſſe ramis adhibita; vt ſignificarent cor & linguam Deo dedicandam eſſe. Nam Perſea frondes habet in linguæ ſpeciem acuminatas, fructus verò in cordis fermè effigiem efformatos.

*Iudæi cur vſi malis Perſeæ arboris.*

Idem poſtea ramorum honos Principibus viris exhibitus in pompis & triumphis, vnde apud Heliodorum ab Hydaſpe rege præmittũtur nuncij victoriæ loco coronati, & palmarum ramos in ipſius honorem quatientes. Τὰς κεφαλὰς τῷ Νειλῴῳ λωτῷ κατεστεμμένοι, καὶ φοινίκων θύρσοις ταῖς χερσὶ κατασείοντες.

*Æthiop. lib.* 10. *Corona ex Loto.*

Itaque ſi quem inſigni populi fauore honeſtatum omniumque celeberrimo plauſu & lætitia exceptum ſignificare vellent, hunc φυλλοβολοῦσιν dicebant, quia non ſolùm ramos illos exhibebant, ſed prætereà folia & flores in bene meritos ſpargebant, quod genus honoris & beneuolentiæ φυλλοβολίαν καὶ ἀνθοβολίαν nominabant. Vnde Philo Agrippam dicit fuiſſe, φυλλοβολούμενον καὶ ἀνθοβολούμενον ἐπ᾽ εὐσεβείᾳ.

*Quid ſit φυλλοβολία.*

*lib de legatione ad Caium.*

Nec hoc tantum fauoris ſigno contenti, etiam ra-

mos maximè palmarum ad fores inſignium virorum affigere ſoliti erant, quod genus honoris notauit Lucianus in Rhethorum Doctore, *οἱ φοίνικες δὲ ἐπὶ τῇ θύρᾳ χλωροὶ ἐστεφανωμένοι* De hoc certè antiquorum ritu tot ſuppetunt teſtimonia, vt nihil ſit opus inculcare pluribus. Hæc fuit cauſſa cur Chriſtus tanqum verus Rex & Deus ramis palmarum à populo exciperetur, quòd rectè animaduertit vetus Poëta.

*Palmæ ad Rhetorum fores affixa.*

*Perque viam vt Regi velamina purpurata,*
*Arboreàſque ſolo frondes, & olentia ſerta*
*Sub pedibus ſtrauere, Deum omnes voce fatentes.*

Ex his igitur colliges primam & omnium clariſſimã rationem exhibendorum ramorum, & terræ germinum, fuiſſe ſignum venerationis diuinæ, cur autem hoc potius quàm alio ſymbolo fuerint delectati, diſco ex Porphyrio. Ο πάλαι ἄνθρωποι οὔτε λίβανον, οὔτ' ἄλλο θῦμα προσέφερον, ἀλλὰ χλόης οἷον τινα τῆς γονίμου φύσεως χνοῦν ταῖς χερσὶν ἀράμενοι κατέκαιον, Antiqui, inquit, neque thus, neque aliam victimam offerebant, ſed folia, velut primam pubeſcentis naturæ lanuginem manibus decerptam Diis adurebant, quo ſigno Deum creatorem teſtabantur, à quo herbæ & fruges, atque omnia terra orta producerentur & adoleſcerent.

*Prophyrij obſeruatio de primis ſacrificiys. Theod. orat. 7. de ſacrificijs.*

Nec mirum igitur ſi hoc genus officij Chriſto exhibitum, qui *σοφία κοσμοτεχνῆς* nominatur à Syneſio. Eſt porrò dignum obſeruatione, hanc Ceremoniam quam anniuerſaria religione Eccleſia veneratur, apud Græcos fuiſſe percelebrem, Dominicamq; ipſam plamarum quã nos appellamus, ab illis vocari βαϊοφόρον quod βάια quo verbo etiam Horus vtitur Hieroglyphico quarto libri primi, ſit palmæ ramus, vnde & βαΐα appellantur largitiones, & dona, quæ ab Imperatore & Patriarcha diſtrubuebantur ea ſcilicet ſeptimana, quæ diem palmarum præcedebat, vnde & nomen βαΐων Hoc diſertè teſtatur *B*alſamon. Ἐὰν ὑψηλοτάτην τῶν θείων αὐτοκρατόρων πολιτικὴν, καὶ

Dominica palmarum quã celebris apud Græcos.

*De Incens. Patriarchæ die Catech.*

*Rerum Enrop. l. 3. c. 5.*

Dona & Largitiones Imperatorum dictæ βαΐα, hoc eſt Rami palmarum & earum ritus.

τῶν πατριαρχῶν τὴν μεγαλειότητα, μετὰ τῶν ἄλλων ἐσεμνύνον, καὶ ἐτήσιοι ῥογαὶ ποτὲ καὶ βαΐων· φιλοτιμήματι. *Præcelſam*, inquit, *diuinorum Imperatorum circumſpectionem, & Patriarcharum magnificentiam, cum reliquis auguſtam faciebant & annuas erogationes, & donorum βαΐα quæ nominantur munifica largitio.* Et Imperator quidem palatinis ſuis, Patriarcha clericis diſtribuebat, quem ritum quoque fuſius deſcribit Luitprandus: in ea, quæ eſt ante βαϊοφόρον quod nos *palmarum Ramos* dicimus, hebdomada, tam in militibus quã in diuerſis conſtitutis officiis numiſmatum aureorum erogationem, prout cuiuſque meretur officium, Imperator facit. Deinde modum enucleat. Erat, *inquit*, appoſita decem cubitorum longitudinis ac quatuor latitudinis menſa, quæ numiſmata loculis congregata, prout cuique dabatur, numeris extrinſecus in loculis ſcriptis retinebat. “Ingrediebantur deniq; ad Imperatorem non confuſe, ſed ordinatim & ſecundum vocantis vocem, quæ ſcripta virorum nomina ſecundum officii dignitatẽ recitabat Quorum primus vocatus eſt Rector domus cui non in manibus ſed in humeris poſita ſunt numiſmata cum ſcaramangis (genus eſt veſtis) quatuor. Poſt quem ὁ Domeſticotos Aſcalonas & ὁ Delongariſtis ploas (docte Meurſius emendat δομεστικὸς τῶν σχολῶν, δρουγγάριος τῆς πλωΐμης quorum alter militibus, nauigantibus præerat alter) ſunt vocati. Hi itaque paris numeri, quia dignitas par erat, numiſmata, & ſcaramangas ſuſcipientes, præ multitudine non iam in humeris portauerunt, ſed adiuuantibus alijs poſt ſe cum labore traxerunt. Poſt hos admiſſi ſunt Magiſtri numero 24. quibus erogatæ ſunt numiſmatum aureorum libræ, vnicuique ſecundum eundem numerum viginti quatuor cum ſcaramangis duobis. Patriciorum deinde ordo hos pone eſt ſequutus, & duodecim numiſmatum libris cum ſcaramanga vna donatus. Turba poſt hos immenſa vocatur

catur Protoſpathariorum, Spathariorum, candidatorum, & id genus clientum.

Hæc ille, quod, quia ritus eſt præclaræ antiquitatis, & ad honorem Dominicæ palmarum pertinet, nolui hoc loco prætermittere. Cæteras porrò diſtribuendorum ramorum rationes rectè exſequitur Clemens Alexandrinus; quo maximè ſpectat illud Homericum.

Οἵηπερ φύλλων γενεὴ τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.

Quod autem dixit in Ramis expreſſum quoque fuiſſe cremationis & ſepulturæ ſymbolum καὶ πυρὸς ἔργον γενέσθαι, antiquis Ægyptiorum moribus congruere non poteſt, ſed Græcorum. Ægyptij enim cremationem deteſtabantur, quod ignem exiſtimarent θηρίον ἔμψυχον πάντα κατεσθίον, belluam animatam omnia deuorantem, vt conſtat ex Herodoti libro tertio.

# QVID SINT ÆGYPTIORVM ΚΩΜΑΣΙΑΙ.

*Ad Clementis Alexandrini Hieroglyphicum X.*

Κωμασίας ab Ægyptiis nominatas innuere videtur Clemens Alexandrinus. Nolim tamē exiſtimare nomen κωμασίας Ægyptiū eſſe, ſed ab Ægyptiis græcanicis vſurpatū. Deriuatur enim vt ſatis liquet, ἀπὸ τοῦ κωμάζειν, quod eſt τὸ μετὰ αὐλῶν καὶ κιθάρας καὶ ᾠδῶν τὸν οἶνον πίνειν, hoc eſt cum muſica & ſaltatione epulari, vt interpretatur Zonaras: vel certè ἀπὸ τῆς κώμης, qua voce vicus ſignificatur. Erant igitur κωμασίαι conuiuia & choreæ, quas Ethnici in honorē idolorum obſeruabant, de quib⁹ intelligenda ſexta Synodus Trullana dicta à Trullo, faſtigio concamerato in Conſtantini regia, quod aliter ſecretarium palatij nominatur. Sic igitur Synodus (quanquam non fuit œcumenica) τὰς οὕτω λεγομένας Καλάνδας, καὶ τὰ λεγόμενα Βότα, καὶ τὰ καλούμενα βρουμάλια, καὶ τὴν ἐν πρώτῃ τοῦ μαρτίου μηνὸς ἡμέρᾳ· ἐπιτελουμένην πανήγυριν, καθάπαξ ἐκ

Balſamon in commentarijs. Mercur dicti vota reddiderint.

(vota.) τῆς τῶν πιστῶν πολιτείας περιαιρεθῆναι βουλόμεθα, ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς τῶν γυναίων δημοσίας ὀρχήσεις, ἔτι μὴν καὶ τὰς ὀνόματι τῶν παρ' ἕλλησι ψευδῶς ὀνομασθέντων θεῶν. Vbi inter cætera audis vetari Kalendas & Panis feſta, & brumalia, & conuentum primo die Martij, & ſaltationes muliercularum in honorem deorũ. Quod ad comeſſationes attinet, vetantur ibidem Chriſtiani Ethnicorũ more in templis ἐσθίειν, καὶ ἀκούβιτα στρωννύειν. Per acubita intelligit hic lectos triclinares. Ἀκούβιτα λέγεται ἅπαν στρωμνῆς κατασκεύασμα εἰς ὕψος ἠρμένον καὶ μαλακόν. Ita enim vox exponitur in pandectis iuris canonici Græcorũ, vel certè quod probabilius eſt, κωμασία, hic ſumuntur pro deorũ pompis quæ per vrbis vicos producebantur exquiſitiſſimo apparatu, quẽ fuſè deſcribit Lucius Apuleius. inter has oblectationes ludicras popularium quæ paſſim vagabantur, iam ſoſpitatricis deæ peculiaris põpa moliebatur Mulieres candido ſplendentes amicimine, vario lætantes geſtamine, verno florentes coronamine, quę de gremio per viam, qua ſacer incedebat comitatus, ſolũ ſternebant floſculis, aliæq; nitentibus ſpeculis pone tergum reuerſis, venienti deæ obuium commonſtrabãt obſequium. Et quæ pectines eburneos ferentes, geſtuque brachiorum, flexuque digitorum, ornatum atque obpexum regalium crinium fingerent: illæ etiã quæ cæteris vnguentis & geniali balſamo guttatim excuſſo conſpargebant plateas. Magnus præterea ſexus vtriuſque numerus, lucernis, tædis, cereis, & alio genere ficti luminis ſiderum cœleſtiũ ſtirpem propitiantes: Symphonæ dehinc, ſuaues fiſtulæ, tibiæque modulis dulciſſimis perſonabant: eas amœnus lectiſſimæ iuuentutis veſte niuea & cataclista prænitens ſequebatur chorus, carmen venuſtum iterantes, quod Camænarum fauore ſolers poëta modulatus edixerat, quod argumentum referebat. Interim maiorũ antecantamenta votorum, ibant & dicati magno Serapidi tibicines qui per obliquum calamum ad aurẽ porrectum dextram, familiarem templi deique mo-

Metam. lib. 11.

dulum frequentabant, & plerique qui facilem ſacris viam daripradicabant, &c. Deferebantur quoque, quod hic attigit Clem. Alexandr. Deorũ Ægyptiorũ ſimulachra, & quidem à perſonis lectiſſimis. Lampridius & Ælius Spartianus notant huius etiam honoris fragile choragium ſuſcepiſſe Commodum Imperatorem: *Sacra Iſidis coluit, vt & caput raderet, & Anubim portaret.* *Lampridius in Comodo Aelius Spartianus in Feſcennino Nigro.*

---

# QVIS CHARADRIVS ET AN ICTERICIS MEDEATVR?

## Et epiphanij ſymbol. XXIII.

CHaradrium hic pro ictero à S. Epiphanio vſurpatum nonnulli eſſe voluerunt, quod Ictericis facere medicinam dicatur. Verum minime vacillaſſe memoria Epiphanium, vt Charadrium pro Ictero poneret, ſi modo hæc inter ſe fuiſſent diſtincta, teſtantur veterũ teſtimonia, quæ hanc ipſam medendi facultatem Charadrio tribuunt: atque imprimis Heliodorus. Ο Χαράδριος τοὺς ἰκτεριῶντας ἰᾶται· καὶ τοῦτο πάσχων, εἰ τοὺς ὄρνεω προσβλέποι, τόδε φεύγει καὶ ἀποστρέφεται, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπιμύσαν· οὐ φθονοῦν ὡς οἴονταί τινες τῆς ὠφελείας, ἀλλ' ὑπὸ θεώμενος ἕλκειν καὶ μεταστᾶν εἰς ἑαυτὸν, φύσειρ ῥεῦμα πέφυκε τὸ πάθος, Charadrius ictericis medetur, & ſi Ictericus eum intueatur, refugit ille, & auerſatur oculis conniuens, non propter inuidiam remedij (vt quidam putant) ſed quia contagione ſe affici ſentit, tranſeunte in ipſum per obtutum alterius affectionis ceu fluxu quodam. *Heliodorus Aethiop. lib. 3. pag. 142.*

Hoc idem Ælianus, & Philus aſſerunt, & Plutarchus *Simp. l. 5. quæſt. 5.* vbi loquitur de Ictericis. ἐμβλέποντες τοῖς χαραδριοῖς θεραπεύονται.

Addit Suidas, ideo mercatores qui hanc auem vendunt conſulto occultare ante pretium perſolutum, ne gratis, mercantibus Ictericis medeatur, vnde Hipponax Poëta luſit in eum credo qui merces occultabat, χαράδριον περνὰς, *Charadrium vendis.*

Digitized by Google

Reſtat vt videamus an Charadrius idem ſit cũ Ictero, & difficultatem quidem faceſſit haud leuem, quod Epiphanius dicat ex Phyſiologo hunc Charadrium totum album eſſe, abſque vlla nigredinis nota, ὅτι ὅλον λευκόν ἐστι μηδόλως μελανίαν ἔχον, quę quomodo Ictero conueniant, qui conſtat eſſe magna ex parte luteum? Etſi Icterũ quem Latini Galgulum vocant, ſepares à Charadrio, duæ erũt aues diuerſæ quæ Ictericis medeantur quod ij qui naturas auium deſcribũt non aſſerunt. Crediderim ego potius parum accuratè loquutum fuiſſe Phyſiologum quem citat Epiphanius, dum Charadrium vult totum candidum eſſe, cum præſertim Ariſtoteles dicat eum eſſe colore & voce prauum: ἐσι δ᾽ χαράδριος καὶ τὴν χρόαν καὶ τὴν φωνὴν φαῦλος.

*In deſcriptione Charadrij.* Sed & Geſnerus pennis (inquit) vt accipiter, aut tinnunculus ſubruffus eſt, collo, capite, & pectore maculoſis, iiſdemque partibus ex luteo ſubruffis, niſi quod colli pars poſterior magis ad fuſcum tendit.

Suidas vero propter varietatẽ colorũ ait Charadriũ pro rebus obiectis mutari, εἶδος ὀρνέα μεταβαλλόμενον εἰς τὰ προκείμενα: ex quib⁹ refellas phyſiologũ, niſi per λευκὸν, τὸ διαυγὲς intellexerit, idq; propter auis auruginem. Nã Euſtathius ad Homerũ λευκὸν etiam διαυγὲς nominari animaduertit, ſed magis conuenit limpido quã luteo. Itaque non puto eos à veritate alienos qui Charadriũ Ictericorũ medicũ, Icterũ quoq; appellari exiſtimant, quanquam ab illis diſtingui non ignoro.

FINIS OBSERVATIONVM.

# INCIPIVNT ÆNIGMATA SYMPOSII POETÆ.

*HÆc quoque Sympoſius de carmine luſit inepto,*
*Sic tu Sexte doces, ſic te deliro magiſtro.*
*Annua Saturni dum tempora feſta redirent,*
*Perpetuo ſemper nobis ſolemnia ludo,*
*Poſt epulas lætas, poſt pocula dulcia menſæ,*
*Deliras inter vetulas, puerosq; loquaces,*

*Cum*

Cum ſtreperet latè madidæ facundia linguæ.
Tum verboſa cohors ſtudio ſermonis inepti.
Neſcio quas paſſim magno de nomine nugas
Eſt meditata diu, ſed friuola multa locuta eſt.
Nec mediocre fuit magni certaminis inſtar.
Ponere diuerſa, vel ſoluere quæque viciſſim:
Aſt ego ne ſolus fœdè tacuiſſe viderer.
Qui nihil attuleram mecum, quod dicere poſſem,
Hos verſus feci ſubito de carmine vocis.
Inſanos inter ſanum non eſſe neceſſe eſt.
Da veniam lector, quid non capit ebria muſa?

I. Graphium.

De ſummo planus ſed non ego planus in imo,
Verſor vtrinq; manu, diuerſo & munere fungor,
Altera pars reuocat, quicquid pars altera fecit.

II. Arundo.

Dulcis amica Dei, ſemper vicina profundis,
Suaue canens muſis, nigro perfuſa colore
Nuncia ſum linguæ digitis ſignata magiſtris.

III. Annulus cum Gemma.

Corporis extremi non magnum pondus adhæſi.
Ingenitum dicas, ita pondere nemo grauatur.
Vna tamen facies, plures habitura figuras.

IV. Clauis.

Virtutes multas de viribus affero paruis,
Pando domus clauſas, iterum ſed claudo patentes.
Seruo domum domino, ſed rurſus ſeruor ab ipſo.

V. Catena.

Nexa ligor ferro multos habitura ligatos,
Vincior ipſa prius, ſed vincio vincta viciſſim.
Et ſolui multos, nec ſum tamen ipſa ſoluta.

VI. Tegula.

Terra mihi corpus, vires mihi præſtitit ignis.
Eſt domus in alto, ſedes eſt ſemper in alto.
Et me perfundit qui me cito deſerit humor.

VII. Fumus.

Sunt mihi, ſunt lacrymæ ſed non eſt cauſa doloris.



Digitized by Google

*Eſt iter ad cœlum, ſed me grauis impedit aër,*
*Et qui me genuit, ſine me non naſcitur ipſe.*

VIII. Nebula.

*Nox ego ſum facie, ſed non ſum nigra colore,*
*Inque die media tenebras tamen adfero mecum,*
*Nec mihi dant ſtellæ lucem, nec Cynthia lumen.*

IX. Pluuia.

*Ex alto venio, longa delapſa ruina,*
*De cœlo cecidi medias tranſmiſſa per auras.*
*Sed ſinus excepit, qui me ſimul ipſe recepit.*

X. Glacies.

*Vnda fui quondam, quod me cito credo futuram,*
*Nec rigidi cœli duris connexa catenis,*
*Nec calcata pati poſſum, nec nuda teneri.*

XI. Flumen & Piſcis.

*Eſt domus in terris, clara quæ voce reſultat,*
*Ipſa domus reſonat, tacitus ſed non ſonat hoſpes:*
*Ambo tamen currunt, hoſpes ſimul, & domus vna.*

XII. Nix.

*Puluis aquæ tenuis modico cum pondere lapſus*
*Sole madens, æſtate fluens, in frigore ſiccus,*
*Flumina facturus, totas prius occupo terras.*

XIII. Nauis.

*Longa feror velox formoſæ filia ſiluæ*
*Innumeris pariter comitum ſtipata cateruis,*
*Curro vias multas veſtigia nulla relinquens.*

XIV. Pullus in ouo.

*Mira tibi referam noſtræ primordia vitæ,*
*Nondum natus eram, nec eram tum matris in aluo.*
*Iam poſito partu natum me nemo videbat.*

XV. Vipera.

*Non poſſam naſci, ſi non occidero matrem,*
*Occidi matrem, ſed me manet exitus idem.*
*Id mea mors patitur, quod iam mea fecit origo.*

XVI.

XVI. Tinea.

*Litera me pauit, nec quid ſit litera noui.*
*In libris vixi, nec ſum ſtudioſior inde.*
*Exedi muſas, nec adhuc tamen ipſa profeci.*

XVII. Aranea.

*Pallas me docuit texendi noſſe laborem,*
*Nec pepli radios poſcunt, nec licia tela.*
*Nulla mihi manus eſt, pedibus tamen omnia ſiunt.*

XVIII. Coclea.

*Porto domum mecum; ſemper migrare parata,*
*Mutatoq; ſolo non ſum miſerabilis exul,*
*Sed mihi conchylium de cœlo naſcitur ipſo.*

XIX. Rana.

*Rauca ſonans ego ſum media vocalis in vnda,*
*Sed vox laude ſonat, qua ſe quoque laudet & ipſa.*
*Cumque canam ſemper, nullus mea carmina laudat.*

XX. Teſtudo.

*Tarda gradu lento, ſpectoſo prædita dorſo,*
*Docta quidem ſtudio, ſed ſæuo prædita fato.*
*Viua nihil dixi: quæ ſic modo mortua canto.*

XXI. Talpa.

*Cæca mihi facies atris obſcura tenebris,*
*Nox eſt ipſe dies, nec ſol mihi cernitur vllus.*
*Malo tegi terra, ſic me quoque nemo videbit.*

XXII. Formica.

*Prouida ſum vitæ, ſed non ſum pigra labore,*
*Ipſa ferens humeris ſecuræ præmia brumæ.*
*Nec gero magna ſimul; ſed congero multa viciſſim.*

XXIII. Muſca.

*Improba ſum fateor, quid enim gula turpe veretur?*
*Frigora vitabam; quæ nunc æſtate reuertor,*
*Sed cito ſubmoueor, facto conterrita vento.*

XXIV. Gurgulio.

*Non bonus agricolis, non frugibus vtilis hoſpes;*
*Non magnus forma, non recto nomine dictus,*

*Non gratus Cereri, non paruam ſumo ſaginam.*

XXV. Mus.

*Parua mihi domus eſt, ſed ianua ſemper aperta.*
*Exiguò ſumptu furtiua viuo ſagina,*
*Quod mihi nomen ineſt,* Romæ *quoq; conſul habebat.*

XXVI. Grus.

*Littera ſum cæli penna perſcripta volantis,*
*Bella cruenta gerens volucri diſcrimine Martis,*
*Nec vereor pugnas; dum non ſit longior hoſtis.*

XXVII. Cornicula.

*Viuo nouem vitas, ſi non me Græcia fallit,*
*Atraq; ſum ſemper nullo complexa dolore.*
*Et non iraſcens vltro conuicia dico.*

XXVIII. Veſpertilio.

*Nox mihi dat nomen, primo de tempore noctis,*
*Pluma mihi non eſt, cum ſit mihi penna volantis,*
*Sed ſedeo in tenebris, nec me committo diebus.*

XXIX. Ericius.

*Plena domus ſpinis, parui ſed corporis hoſpes,*
*Incolumis dorſo, telis completus acutis.*
*Suſtinet armatas ſedes habitator inermis.*

XXX. Piſcator & Piſciculi.

*Eſt noua noſtrarum cunctis captura ferarum.*
*Vt ſi quod capias, id tu tibi ferre recuſes,*
*Et quod non capias, tecum tamen ipſe reportes.*

XXXI. Phœnix.

*Vita mihi mors eſt, morior ſi cœpero naſci,*
*Sed prius eſt fatum, lætæ quam lucis origo.*
*Sic ſolus manes ipſos mihi dico parentes.*

XXXII. Taurus.

*Mœchus eram regis, ſed lignea membra ſequebar:*
*Et Cilicus mons ſum, ſed non ſum nomine ſolo,*
*Et vehor in cœlis, & in ipſis ambulo terris.*

XXXII. Lupus.

*Dentibus inſanis ego ſum qui vinco bidentes.*

*Sum*

*Sanguineas prædas quærens, victuſq; cruentus.*
*Multa cum rabie vocem quoque tollere poſſum:*

## XXXIV. Vulpes.

*Exiguum corpus, ſed cor mihi corpore maius;*
*Sum verſuta dolis arguto callida ſenſu,*
*Et fera ſum ſapiens, ſapiens fera ſi qua vocatur.*

## XXXV. Capra.

*Alma Iouis nutrix, longo veſtita capillo,*
*Culmina difficili peragrans ſuper ardua greſſus,*
*Cuſtodi pecorum tremula reſpondeo lingua.*

## XXXVI. Porcus.

*Setigeræ matris fœcunda natus in aluo*
*Deſuper ex alto virides expecto ſagittas.*
*Nomine numen habens, ſi littera prima periret.*

## XXXVII. Mula.

*Diſſimilis patri, matris diuerſa figura,*
*Alterni generis, generi non apta propago.*
*Ex alijs naſcor, nec quiſquam naſcitur ex me.*

## XXXVIII. Tigris.

*A fluuio dicor, fluuius vel dicitur ex me,*
*Iunctaq; ſum vento, vento velocior ipſo,*
*Et mihi dat ventus natos, nec quæro maritum.*

## XXXIX. Centaurus.

*Quattuor inſignis pedibus, manibuſq; duabus,*
*Diſſimilis mihi ſum, quia ſum non vnus, & vnus,*
*Et vehor, & gradior, quia me mea corpora portant.*

## XL. Papauer.

*Grande mihi caput eſt, intus ſunt membra minuta*
*Pes vnus ſolus, ſed pes longiſſimus vnus.*
*Et me ſomnus amat proprio nec dormio ſomno.*

## XLI. Malua.

*Anſeris eſſe pedes ſimiles mihi nolo negare,*
*Nec duo ſunt tantum ſed plures ordine cernis;*
*Et tamen hos ipſos omnes ego porto ſupinos.*



Digitized by Google

XLII. Beta.

*Tota vocor græcè, ſed non ſum tota latinè;*
*Ante tamen mediam cauponis ſcripta tabernam,*
*In terris naſcor, lympha lauor, vngor oliua.*

XLIII. Cucurbita.

*Pendeo dum naſcor, rurſus dum pendeo naſcor,*
*Pendens commoueor ventis, & nutrior vndis.*
*Pendula ſi non ſim, non ſum iam iamque futura.*

XLIV. Cepe.

*Mordeo mordentes, vltro non mordeo quemquam,*
*Sed ſunt mordentem multi mordere parati,*
*Nemo timet morſum, dentes quia non habeo vllos.*

XLV. Roſa.

*Purpura ſum terræ pulchro perfuſa rubore,*
*Septaque ne violer telis defendor acutis.*
*O felix longo ſi poſſim viuere fato.*

XLVI. Lilium.

*Magna quidē non ſum, ſed ineſt mihi maxima virtus,*
*Spiritus eſt magnus, quamuis ſim corpore paruo;*
*Nec mihi germen habet noxam, nec culpa ruborem.*

XLVII. Thus.

*Dulcis odor, memoris flamma, fumoque fatigor,*
*Et placet hoc ſuperis, medios quod mittor in ignes*
*Cum mihi peccandi meritum natura negarit.*
*Nec mihi pœna datur: ſed habetur gratia danti.*

XLVIII. Myrrha.

*De lacrymis, & pro lacrymis mea cœpit origo;*
*Ex oculis fluxi, ſed nunc ex arbore naſcor.*
*Lætus honor frondis, triſtis ſed imago doloris.*

XLIX. Ebur.

*Dens ego ſum magnus populis cognatus Eois.*
*Nunc ego per partes in corpora multa receſſi.*
*Nec remanent vires, ſed forma gratia manſit.*

L. Fœnum.

*Herba fui quondam viridi de gramine terræ,*



Digitized by Google

*Sed calybis duro mollis præciſa metallo.*
*Mole premor propria tecto concluſa ſub alto.*

### LI. Mola.

*Ambo ſumus lapides, una ſumus ambo iacentes,*
*Quam piger eſt unus tantum non eſt piger alter,*
*Hic manet immotus, non deſinit ille moueri.*

### LII. Farina.

*Inter ſaxa fui, quæ me contrita premebant,*
*Vix tamen effugi totis colliſa medullis,*
*Et nunc forma mihi minor eſt, ſed copia maior.*

### LIII Vitis.

*Nolo thoro iungi quamuis placet eſſe maritam.*
*Nolo virum thalamo per me mea nata propago eſt.*
*Nolo ſepulchra pati. ſcio me ſubmergere terra.*

### LIV. Hamus.

*Exiguum corpus flexu mucronis adunci,*
*Fallaces eſcas medio circumfero fluctu.*
*Blandior vt noceam, mortis præmitto ſaginam.*

### LV. Acus.

*Longa ſed exilis, tenui producta metallo,*
*Mollia duco leui comitantia vincula ferro,*
*Et faciem læſis, & nexum reddo ſolutis.*

### LVI. Caliga.

*Maior eram longè quondam, dum vita manebat.*
*Sed nunc exanimis lacerata, ligata reuulſa.*
*Dedita ſum terræ, tumulo ſed condita non ſum.*

### LVII Clauus caligaris.

*In caput ingredior, quia de pede pendeo ſolo.*
*Vertice tango ſolum, capitis veſtigia ſigno.*
*Sed multi comites caſum patiuntur eundem.*

### LVIII. Capillus.

*Findere me nulli poſſunt præcidere multi,*
*Sed ſum verſicolor. albus quandoque futurus,*
*Malo manere niger, minus vltima fata verebor.*

## LIX. Pila.

*Non ſum cincta comis, & non ſum compta capillis.*
*Intus enim crines mihi ſunt, quos non videt vllus.*
*Meq; manus mittunt, manibusq; remittor in auras.*

## LX. Serra.

*Dentibus innumeris ſum toto corpore plena.*
*Frondicomam ſobolem morſu depaſcor acuto.*
*Mando tamen fruſtra, quia reſpuo præmia dentis.*

## LXI. Pons.

*Stat nemus in lymphis, ſtat in alto gurgite ſilua.*
*Et manet in medijs vndis immobile robur.*
*Terra tamen mittit, quod terra munera præſtat.*

## LXII. Spongia.

*Ipſa grauis non ſum ſed aqua mihi pondus inhæſit.*
*Viſcera tota tamen patulis diffuſa cauernis.*
*Intus lympha latet, ſed non ſe ſponte profundit.*

## LXIII. Tridens.

*Tres mihi ſunt dentes, vnus quos continet ordo.*
*Vnus præterea dens eſt & ſolus in imo.*
*Meq; tenet numen, ventus tumet, æquora curant.*

## LXIV. Sagitta.

*Septa graue ferro, tenuibus circundata pennis,*
*Aera per medium volucri contendo meatu.*
*Miſſaq; diſcedens, nullo mittente reuertor.*

## LXV. Flagellum.

*De pecudis dorſo pecudes ego terreo cunctas,*
*Obſequio cogens moderati lege doloris,*
*Nec volo contemni ſed contra nolo nocere.*

## LXVI. Laterna.

*Cornibus apta cauis tereti perlucida giro,*
*Lumen habens intus diuini ſideris inſtar.*
*Noctibus in medijs faciem non perdo dierum.*

## LXVII. Specular.

*Perſpicior penitus, nec luminis arceo viſus.*
*Tranſmittens oculos intra mea membra meantes,*

Nec

*Nec me tranſit hiems, ſed ſol tamen emicat in me.*

## LXVIII. Speculum.

*Nulla mihi certa eſt, nulla eſt peregrina figura,*
*Fulgor ineſt intus radianti luce coruſcus,*
*Qui nihil oſtendit, niſi ſiquid viderit ante.*

## LXIX. Ratio.

*Lex bona dicendi, lex ſum quoque dura tacendi,*
*Vis auida linguæ finis, ſine fine loquendi.*
*Ipſa fluent, dum verba fluunt, vt lingua quieſcat.*

## LXX. Puteus.

*Merſa procul terris in ceſpite lympha profundo,*
*Non niſi perfoſſis poſſum procedere riuis,*
*Labor & ad ſuperos alieno ducta labore.*

## LXXI. Tubus.

*Truncum terra tegit, latitant in ceſpite lymphæ.*
*Alueus eſt modicus, qui ripas non habet vllas.*
*In ligno vehitur medio, quod lingua vehebat.*

## LXXII. Vter.

*Non ego continuo morior, dum ſpiritus exit,*
*Nam redit aſſiduè, quamuis & ſæpe recedat.*
*Nunc mihi magna mea eſt anima, nũc nulla facultas.*

## LXXIII. Lapis.

*Deucalion ego ſum crudelior hoſpes in vnda,*
*Adfinis terræ, ſed longè durior illa.*
*Littera decedat, volucris tum nomen habebo.*

## LXXIV. Calx.

*Euaſi flammas, ignis tormenta refugi,*
*Ipſa medela meo pugnat contraria fato,*
*Ardeo de lymphis, medijs incendor ab vndis.*

## LXXV. Silex.

*Semper ineſt intus, ſed raro cernitur ignis.*
*Intus enim latitat, ſed ſolos prodit ad ictus.*
*Nec lignis, vt viuat, eget, nec vt occidat vndis*

## LXXVI. Rota.

*Quatuor æquales currunt ex arte ſorores,*

*Sic quaſi certantes cum ſit labor omnibus vnus,*
*Et prope ſunt pariter, nec ſe contingere poſſunt.*

LXXVII. Scalæ.

*Non ſumus ad cœlum qua ſcandimus alta petentes,*
*Concordi fabrica, quas vnus continet ordo.*
*Vt ſimul hærentes per nos comitentur ad auras.*

LXXVIII. Scopa.

*Mundi magna parens laqueo connexa tenaci,*
*Iuncta ſolo plano manibus compreſſa duabus,*
*Ducor vbique ſequens & me quoq; cuncta ſequũtur.*

LXXIX. Tintinnabulum.

*Aere rigens curuo, patulo componor in orbe,*
*Mobilis eſt intus linguæ crepitantis imago.*
*Non reſonat poſitum, motum quoque ſæpe reſultat.*

LXXX. Conditum.

*Tres olim fuimus qui nomine iungimur vno,*
*Ex tribus eſt vnus, tres commiſcentur in vno.*
*Quiſque bonus per ſe, melior qui continet omnes.*

LXXXI. Acetum ex vino.

*Sublatum nihil eſt, nihil eſt extrinſecus auctum.*
*Quod fuerat non eſt, cœpit quod non erat, eſſe.*
*Nec tamen inueni quidquid prius eſſe reliqui.*

LXXXII. Malum.

*Nomen habens Græcum, contentio magna dearum*
*Fraus inuenta pulchri multarum cura ſororum.*
*Excidium Troiæ, duro bella cruenta peregi.*

LXXXIII. Perna.

*Nobile duco genus magni de gente Catonis,*
*Vna mihi ſoror eſt, plures licet eſſe putentur.*
*De fumo facies, ſapientia de mare nata eſt.*

LXXXIV. Malleus.

*Non ego de toto mihi corpore vindico vires.*
*Sed capitis pugna nulli certare recuſo.*
*Grande mihi caput eſt, totum quoque corpus in illo.*

LXXXV.

## LXXXV. Piſtillus.

*Contero cuncta ſimul virtutis robore magno,*
*Vna mihi ceruix, capitum ſed forma duorum,*
*Pro pedibus caput eſt: nam cætera corpora non ſunt.*

## LXXXVI. Strigilis.

*Rubida, curua, capax, alieno humida guſtu,*
*Luminibus falſis auri mentita colorem,*
*Dedita ſudori, modico ſuccumbo labori.*

## LXXXVII. Balneum.

*Per totas ædes innoxius introit ignis;*
*Eſt calor in medio magnus quem nemo veretur;*
*Non eſt nuda domus, ſed nudus conuenit hoſpes.*

## LXXXVIII. Teſſera.

*Dedita ſum ſemper voto non certa futuri,*
*Iactor in ancipites varia vertigine caſus,*
*Non ego mœſta malis, non rebus læta ſecundis.*

## LXXXIX. Pecunia.

*Terra fuit prima latebris abſcondita duris,*
*Nunc aliud pretium flammæ nomenque dedere:*
*Nec iam terra vocor, licet ex me terra paretur.*

## XC. Mulier geminos pariens.

*Plus ego ſuſtinui, quam corpus debuit vnum,*
*Tres animas habui, quas omnes intus habebam.*
*Diſceſſere duæ, ſed tertia penè ſecuta eſt.*

## XCI. Miles podagricus.

*Bellipotens olim ſatis metuendus in armis.*
*Quinque pedes habui, quod nunquam nemo negauit.*
*Nunc mihi vix duo ſunt, inopem me copia fecit.*

## XCII. Luſcus.

*Cernere iam fas eſt quod vix tibi credere fas eſt.*
*Vnus ineſt oculus, capitum ſed millia multa.*
*Quicquid habet vendit quod non habet vnde parabit.*

## XCIII. Funambulus.

*Inter luciferum cœlum, terraſq; iacentes,*

*Aera per medium ductus meat arte viator.*
*Semita ſed breuis eſt, pedibus nec ſufficit ipſis.*

## XCIV. De VIII. vt tollas VII. & VI. remaneant.

*Nunc mihi iam credas, fieri quod poſſe negatur,*
*Octo tenens manibus, ſed me monſtrante magiſtro,*
*Sublatis ſeptem, reliqui tibi ſex remanebunt.*

## XCV. Vmbra.

*Inſidias nullas vereor de fraude latentes,*
*Nam Deus attribuit huius mihi munera formæ,*
*Quo me nemo mouet, niſi qui prius ipſe mouetur.*

## XCVI. Echo.

*Virgo modeſta nimis, legem bene ſeruo pudoris,*
*Ore procax non ſum, nec ſum temeraria lingua,*
*Vltra nolo loqui, ſed do reſponſa loquenti.*

## XCVII. Somnus.

*Sponte mea veniens varias oſtendo figuras:*
*Fingo metus varios nullo diſcrimine veros,*
*Sed me nemo videt, niſi qui ſua lumina claudit.*

## XCVIII. Monumentum.

*Nomen habens hominis poſt vltima ſacra relinquo,*
*Nomen inane manet, ſed dulcis vita profugit.*
*Vita tamen ſupereſt morti poſt tempora vitæ.*

## XCIX. Anchora.

*Mucro mihi geminus ferro coniungitur vnco.*
*Cum vento luctor, cum gurgite pungo profundo.*
*Scrutor aquas medias, ipſas quoque mordeo terras.*

## C. Lagena.

*Mater erat tellus, genitor fuit ipſe Prometheus.*
*Auriculæque regunt redimita ventre cauato*
*Dum cecidi infelix mater mea me ante diuiſit.*

FINIS.

INDEX

Digitized by Google

# INDEX IN HORI HIEROGLYPHICA ET OBSERVATIONES.

## A.

Abominatio 28
Accipiter pro anima 10
Accipiter aquam non bibit 11
Accipiter ortum verſus 37
Accipiter prægnans 55
Accipiter Dei ſymbolum 60
Accipiter ſolis ſignum 63
Accipiter omnium quæ celeriter fiunt, ſymbolum ibid.
Accipitrum fabuloſa oracula 86
Accipitrum inteſtina à falſis prophetis deuolata ibid.
Accipiter myſticum librum defert 87
Accipitris Symbola multa 10
Acerra incenſa 20
Accuſatiuis veteres Græci abuſi pro nominatiuis 124
Adulatione deceptus 53
Adynatum 32
Ædificatio 60
Ægrotans ob accuſatoris conſcia 46
Ægyptus 20
Ægyptus vmbilicus orbis ibid.
Ægyptij ſoli gaudent 23
Ægyptiæ literæ 25
Ægyptij junco ſcribunt ibid.
Æquinoctia per cynocephalũ 17
Æuum 7
Agricultura 61
Alimentum ibid.
Altare magnum Hebræorum cur leo Dei dictum 108
Ambre ſancta 25
Amens 30
Amor fidelis in Deum 70
Amuleta ſanctorum 111
Anemone 36
Anima 10
Anima nutritur ſanguine 11
Anima flammei vigoris impetus 88
Anima leui ligne luſtranda ex teſtimonio gentilium ibid.
Animæ partes octo 89
Animæ domus apud Hebræos mulieres 112
Animantia conyza veſcentia 51
Animus perpetuò agitatus 54
Annulus Chriſtianorum 96
Annulus Ægyptiorũ militũ 95
Anni primordium apud Ægyptios Sothis canicula 82
Annus duplex Ægyptiorum 84
Annus per palman 8 & arui partem 9
Anguis caudam mordens 32
Anguilla 56
ἀνθοβολία quid ſit 138
Apis 176 Apum rex 33
Aqua & ignis 28
Aquila 48
Aquilæ pulles 35
Aquila adunco roſtro 54
Aquilæ iuuentus 68
Aquila ſeneſcens ibid.
Armatus & ſagittas iaculans 37
Arpedonaptæ apud Ægytios qui ſint 112
Ars per hominem 62
Aſpides regibus tribuebãtur 80
Aſtra à quibus dicta fata 100
Aſtrocyon 8



Digitized by Google

Atramentum cum cribro & iunco 25
Auditus 28
Auerſio 38
Auris picta ibid.
Aures igne ſignatæ & frons candenti ferro à Iacobitis inuſta 120
Auritus 48 Autochton 21
Axiomatici 36

B.

BAïæ quæ ſint 134
Baieth quid Ægyptijs 10
Aarcœorum ſtratagema ad milites animandos 97
Baſiliſcus 46
Baſiliſcus quomodo dicatur diis circumponi 80
Baſiliſcus Dijs tributus & quare ibid.
Baſiliſci cadauer à Pergamenis emptum 84
Baſilidis imagũculæ magicę 110
Beatitudinis arcta pia 72
Belli acies 36
Blaconomion 102
Bonis alienis veſcens 58
Bos 61
Bouis maſculi cornu 37
Bouis fœminæ cornu ibid.

C.

CÆcus 47
Camelus 55
Cancer cum oſtreo 57
Candela ex vulturis tibijs 98
Canis 26
Canes duo 62
Canes funus procurantes fiunt ſplenetici 26
Canis cum veſte regia 27
Canis auerſus 38
Capita duo 21
Capra naribus & auribus reſpirans 48
Carabus cum Polypo 57
καρποδίσμιον 51
Caſtitatis typus 78
Caſtor 57
Ceruus 38
Ceruus & vipera 53
Ceruus cum tibicine ilid.
Ceruus ad fontes 67
Cerui deſcriptio ibid.
Ceruus poſt ſerpentem deuoratum, ſi aquam inuenit, annos 50. viuit ibid.
Charadrij medici oculi 77
Chriſtianus à dæmone irretitus 65
Chriſtiani quid iuberentur ferre in annulis 95
Chriſtus per Pelicanum 69
Chriſti ſalutaris aſpectus 77
Cibos vomens 58
Cicada 45
Ciconia 46 & 78
Ciranidis fabuloſæ commentationes & deliria 86
Cœlum 15
Cognitio 29
Columba 31
Columba nigra ibid.
Columba dorſo erecto 43
Columbæ eſus antidotũ luis 32
Concordia 36
Conſilij Bracarenſis decretum contra Mathematicos iudiciarios 101
Conuerſiones & circuli in ſacris 109 Cor 24
Cor quomodo ſeptum animę 19
Cor & anima quomodo dicta apud Ægyptios 16
Cor apud Ægypt. quid ſit ibid.
Cor faucibus appenſum 35

Cor-

Corniſcæ diuæ 94
Cornicis ouum 11
Cornix ſolitaria ibid.
Cornicis pulli 54
Cornix ærea in vrbe Coronæa 94
Cornix mortua 53
Coronæ ex loto 132
Coturnix 28
Coturnicis os 36
Crocodilus 34 & 63
Crocodilus in ſe furit ibid 36
Crocodili cauda 34
Crocodili veſpa 38
Crocodilus ibis pēnas habēs 51
Crocod. impudentiæ ſymbol. 60 66
Crocodilus ore aperto 51
Crucis ſignum apud Ægyptios dictum manandis, hoc eſt Dei ſignum 100
Cucupha 31
Cucupha ſceptris deorum impoſita ibid.
Culicolum copia per vermes 43
Curam ſui non habens 57
Cuſtos per caput leonis 19
Cuſtodis ſimulachrum 27
Cygnus 41
Cynocephalus 16
Cynocephali in tēplis nutriti ib.
Cynocephalus non totus ſemel moritur ibid.
Cynocephali litterarū periti ib

D.

DÆmon ruens in gratia deſtitutos 73
Dæmon illudens vanis 78
Dæmon animas venans 75
Damno proprio læſus 47
Damnis prioribus emendatus 50
Dea per vulturem 14
Debilis conualeſcens 56
Deus rerum omnium fundamentum 51
Deus mundi rector per ſydus ibi 35. & 60
Deus
Deum cognitu difficilem quomodo notarent 64
Diis tributus baſiliſcus, & quare 80
Deus mens in igne circulari ſecundum Democritum 128
Deuinciendi ſibi vim habens 59
Diadema Ægyptiorum regum aſpidibus implexa 80
Digitus 36 & 37
Dimenſio ibid. 37
Diſcretio 75
Diuitiarum copia per oceanum 25
Doctrina 25
Domi manens 47
Dominica Palmarum quam celebris apud Græcos 133
Dona, & largitiones Imperatorū dicta βάϊα, hoc eſt, rami palmarum & earum ritus 134
Dux ſiue Imperator ſuæ nationis 57

E.

EDens 51
Ἐκσοίζειν 41
Elephas cum proboſcide 52
Elephas cum ariete ibid.
Elephas cum porco ibid.
Elephas dentes defodiens 53
Elephas à fœmina deceptus 66
Elephantis natura ibid.
Elephas fœmina mandragoram edit & offert maſculo ibid.
Elephas in terram partum non edit ibid.
Eunaphiaſtæ 115
Equa lupum conculcans 42
Equus 61
Equi cadauer 42
Equus & otis 41
Eſus piſcium ſacer 28
Eſus columbæ, luis antitodū 32

Eury-

Eurymnus dæmon quis 98

F.

Faces & leones 50
Facultatum cuſtodia 63
Fame enectus ſenex 54
Fatum 15 & 39
Felis mas ad ſolis curſum pupillas mutat 13
Felis aquaticus 58
Fiducia 61
Filius 30
Filio inuiſo hæreditatem relinquens 47
Finis 25
Fiſtula 19
Fœcundus 34
Fœtus imperfectus 21
Folia 38
Formica 29 & 74
Formicæ diſceſſus 40
Formica cum pennis veſpertilionis 47
Formicæ proprietas 74
Formica grana diſſecans 75
Formica æſtiuum & hybernum tempus præſentit ibid.
Fortis & temperans 28
Frons à Iacobitis candenti ferro inuſta 120
Fullo 33
Fumus 37
Furioſus 34
Futurorum cognitio 15

G.

Gratus animus 31
Generationis ſignū puer 60
Genituræ ſigna pro amuletis geſtata 110
Genithliacus 28
Grus vigilans 54
Grus volans 55
Guloſus 57
Guſtus 22

H.

Hadriani calumnia in Chriſtianos 114
Hazmorach ramus & ſonus 131
Hemiſpheria duo 63
Heracion herba 10
Hieracium herba quæ 87
Hierophori & Hieroſtoli qui 112
Hirundo 39
Homo 62
Homines duo in magiſtratus ornamentis 36
Homo perditus 40
Homo ex ſolaribus radijs contracta febri mortuus 41
Homo qui ſe reſponſo oraculi ſanarit 42
Homo bile carens 43
Homo tuto vrbem incolens 44
Homo debilior quem alius perſequatur ibid
Homo à proprio patrono eiectus ac derelictus 44
Homo ſacris initiatus 45
Homo ab inferioribus victus 48
Homo inimico ſuperior aut inferior 49
Homo ab hoſtibus oppreſſus ib.
Homo qui iuſtā ætatem vixit 53
Hora 37
Horoſcopus quis 116
Humilitas 76
Hyena 48
Hyena ad dextram verſa vel ad ſiniſtram 49
Hyænæ pellis 48
Hydriæ tres 19
Hydrologia Ægyptiaca 18
Hyppopotamus 37

Ibis

I.

Ibis 24 & 62
Ibidis pennæ 24
Ibis principium numeri & menſuræ præbuit 63
Ichneumon 40
Idola magica ad curationes morborum vſurpata 111
ἀργογραμματὶων officium 113
ἱερογραμματεὺς quis & eius habitus 116
Ieſu nomen à pijs in cute ferro candenti inurebatur 96
Ignis & aqua 28
Ignis 37
Igne peruſtus 46
Igne ob iracundiã caſtigatus 50
Imago cum gladio vmbilico tenus 37
Impietas ibid.
Impoſtores quomodo vocant ſua prognoſtica 83
Impudens 55
Impudentia 29 & 60
Impurus 28
Intemperans 51
Inexpertus 59
Infeſtus omnibus 56
Ingenij ſolertia per hominẽ 62
Ingratus 31
Inimicus cum pari inimico cõgrediens 40
Innocentia 74
Inſanire deſinens 59
Inſtabilis 48
Inſtauratio rerum diuturna 45
Interitus 29
Inualidus 40
Inundatio 25
Ira 16 & 18
Ira immodica 41
Iudæi cur vſi malis Perſeæ arboris 132
Iudex 26 & 27
Iudex æquus 59
Iudicium & delectus 29
Iunco ſcribunt Ægyptij 25
Iuno 13
Iuſtitiæ ſeruator oculus 63
Ixionij amici, qui? 130

L.

Lamia 57
Lapſus tegens 48
Laurus aduerſus morbos optima 43
Leæna 52
Leæna cæcum parit catulum 65
Leo 18
Leonis pili inſtar radiorum ſolis ibid.
Leonis anteriora 19
Leonis caput ibid.
Leonis ſignum in precib. ibid.
Leo catulos caudæ flagellans 41
Leones & faces 50
Leo ſimiam vorans ibid.
Leo fortitudinis ſignum 61
Leo ſua tegens veſtigia 64
Leonis oculi ſemper vigilãt 65
Leo catulis reddit ſpiritum ib.
Leonum effigies in templis 107
Leones in thronis regum 108
Leones in fontibus ibid.
Leones in ſepulchris, & à quo primum mos ille inuentus ib.
Lepus 21
Liber ſignatus 38
Liberi matribus inſidiantes 46
Liberos valere iubens 55
Libertas 61
Limes 13
Linea recta cum altera ſupernè inflexa 59
Lineæ planæ decem ibid.
Lingua genitrix rerum

Lin-

Lingua cum oculo 21
Lingua cum manu 22
Lingua admota dentibus ibid.
Litteræ 16
Litteræ Ægyptiæ 26
Litteræ ſeptem duobus digitis incluſæ 39
Longæuus 43
Luis antidotũ columbæ eſus. 32
Lumbus 36
Luna 16. & 63
Lunæ ortus 17
Lupus aduerſus 38
Lupus deperdita extrema cauda 9 Lupus & lapis ibid.
Lux & ſpiritus à Leone catulis redditus 65

M.

Magiſtratus 26 & 27
Malis Perſeæ arboris cur vſi ſunt iudæi 132
Manus hominis 60
Manus cum lingua 22
Manus cum arcu & ſcuto 36
Manus dextra paſſis digitis 63
Manus ſiniſtra contracta ibid.
Mars & Venus 11
Maſculi anima 39
Mater 13
Mei ſi apud Ægyptios, quid 32
Menſis 33
Minerua 13
Miſericordia ibidem
Mœra 32
Monachus otioſus 77
Morbus per anemonas 36
Mors 38
Mula 41 Mula deſponſata 37
Mulier vidua 39
Mulier virago 74
Mulier ſterilis 41
Mulier quæ infantes fœminas peperit 42
Mulier abortiens ibidem
Mulier lactans 44
Mulier ſemel enixa 51
Multitudo
Mundus 11
Mus 29
Mundi pictura 8
Mures piſtores iudicant 29
Mus, rana, auis, iaculum, aratrum, miſſa à Scytharum rege ad Darium 62
Muſa 19
Muſca 29
Muſicus ſenex 41
Muſtella 40

N.

Narratio 18
Nilus dux Ægypti 18
Nili inundatio 19
Noctua cum paſſere 44
Notæ militum Romanorum 96
νῶς Ægyptijs quid 49
Nox 35
Numerus primarius 15
Numerus 1095 21
Numerus triennis quis ibid.
Nuptiæ per cornicem 11
Nutrimentum primum 138
Nycticorax 38 & 73

O.

Obſidio 38
Occaſus Solis 34
Oceanus 15
Oculus cum lingua 21
Oculus iuſtitiæ ſeruator 65
Oculus cuſtos corporis ibid.
Oculi leonis dormientis vigilant 65
Odium 60
Odoratus 26
Odus quis apud Ægyptios ſacerdotes 116

Ono-

Onocephalus 21
Opus 38
Opus futurum per aurem ibi.
Operum bonorum vberrimus fructus 70
Orbis 16
Orbis habitati ibi. regiones ibi.
ὄρθινον 54
Origanum 40
Origo antiqua 22
Orix 46
Ortus ſiue generatio 11
Ortus Solis 44
Os 15
Os boni viri ibid.
Os ſpinæ dorſi ibid.
Oſcophori 111
Oſiridis ſimulachrum ex nouem cubitorum Smaragdo 84
Oſtreum & cancer 57
Otis & equus 42
οὐρανία pro οὐρανὸς Ægyptiis 14
Oua quæ in dextra & ſiniſtra qualia 42
Ouium mactator 54

P.

PAlmæ ad Rhetorum fores affixæ 133
Palūbes tauri folliū tonens 42
Papyri faſciculus 41
Pardus 53
Peroſtophorus quis 117
Pars ſiniſtra deterior 42
Pars dextra melior ibid.
Paſſer cum noctua 44
Paſtinaca piſcis quis ſit 58
Pater 31
Patris amans 46
Patrimonium filijs relictum [illegible]
πάτρωνος nomen 44
Pauo ſuos pedes intuens 71
Pauo auis iactabunda ibid.
Peccata agnoſcens 22
Pedes hominis 33 & 35
Pelicanus 30
Pelicano vulgus Ægyptiorum veſcitur ibid.
Pelicanus Chriſti ſymbol. 69
Pelicani amor erga pullos ibid.
Pelles geminæ, altera hyænæ, altera pardi 48
Perdicis fœcunditas 70
Perdicis proprietas ibid.
Peregrinatus diu 23
Perſeæ arboris mala 132
Peſtilentia Soli attribuitur 65
Phœnix 25
Phœnix mortuus ſolenniter curatur ibid.
Phœnicis ætas ibid.
Phœnix 45 & 72
Phœnicis proprietas ibid.
Phœnix vento paſcitur ibid.
Phœnices ἀγαθοδαίμονα vocant ſerpentem 8
Phylacteria cur πέταλα 109
Picus δρυοκολάπτης pictus 78
Picus inanes arbores occupat ibid.
Pietatis & caſtitatis typus ibid.
Pij ſibi ferro candenti in cute nomen Ieſu inurebant 96
Pilæ ludus Vrania 98
Piſcis 60
Piſcium eſus ſacer 28
Piſces guloſi ibid.
Piſtores iudicati ex muribus 29
Planetæ 15
Pœna 37
Pœnitens 58 & 67
Pœnitentia & renouatio 68
Populus regi obſequens 39
Polypus 56
Polypus cum carabo 57
Porcus 40
Portus ad cœlum arcta 75
Potentia per hominem 82

Pro

Protoplaſti lapſus 66
Prudentia 75
Prudentia œconomica 74
Pudicitia 28
Puella nubilis prandium dabat cornici 92
Puellus 60
Pullus aquilæ 35

R.

Racemi eſu læſus & ſe curans 54
Rami 61
Rana 21. & 55
Rana pedes poſteriores habēs 56
Rana aquatica 76
Rana terreſtris & aquaticæ diſcrimen ibid. & 77
Rapax & iners 51
Rapax 34
Res aperta 21
Rerum honeſtarum amore flagrans 59
Res magnæ in paruulis 76
Reſipiſcens 59
Reſurrectio Chriſti 71
Rex potentiſſimus 32
Rex vigilans ibidem
Rex mundi dominus ibidem
Rex à ſtultitia abhorrens 52
Rex nugatorem auerſans ibid.
Rex ſeorſum agens 45
Regibus aſpides tribuebantur 80
Rhetores palmis donati 133
Riſus 26
Robur 19. & 61
Roboris ſignum cum ingenii ſolertia 61
Robuſtus 52
Ros è cœlo 23
Rudis 52

S.

Sabbatiani hæretici 42
Sacer ſcriba 26
bet ibid.
Sacerdos à piſciū eſu alienus 17
Sacerdotum Ægyptiorum, apud Ægyptios dignitas 113
Sacerdotum poſtremis temporibus vtilitas 114
Sacramentum militare 96
Salamandra 46
Sapphirus veritatis 90
Sbo Ægyptijs quid 25
Scala 18
Scarabæus 11
Scarabæi generatio 12
Scarabæi 30. digiti ibid.
Scarabæus Mercurio ſacer 13
Scarabæus cæcus 41
Scarus 57
Scelus tegens 53
Scientiæ ſyderalis gnarus 55
Scorpius & crocodilus 41
σεληνοδρόμια vulgo Almanachs vnde orta 82
Sepia 55
Sepulturæ proſpiciens 63
Sermo 21
Sermones 35
Serpens ſolo ore valet 28
Serpens per rimam ingrediēs 72
Serpens mundi imago 8
Serpentis proprietas 72
Serpens inſiliens in nudos 73
Serpens caput obtegens ibid.
Serpens deponens venenum 74
ſerpētes ἀγαθοδαίμονες dicti ab Aegyptijs 80
Sidus 15
Silentium 22
Simiam vorans leo 50
Simij φιλοσοργία 48
Simius lotium reddens ibid.
Siniſteriani qui 42
Sol 63

Sol

Digitized by Google

Sol cur Deus τα ἐξοχὴν 84
Solis ſtatua felis ſpecie 12
Sol horus quare 18
Sol πολὸς dictus 23
Sole gaudent Ægyptij 24
Solis ortus 34
Solis occaſus ibid.
Solis curſus in bruma 35
Solis circulus cum ſtella & ſolis diſco bipartito 37
Sol in nauigio aut in crocodilo 161
Soli peſtilentia attribuitur 63
Soldani dictum notabile ad regem Francorum 130
Sothis canicula anni primordium apud Ægyptios 82
Sothis aliâs σὴθ ibid.
Sphinx 62 Splen 26
Splenetici fiunt, qui canis funus procurant ibid.
Stabile quidpiam 36
Stella 35
Sternutatio 26
Struthiocameli pennæ 59
Sus pro tutela famnijs 41
Symmachi error in loco Ezechielis 131

T.

Tautus Ægyptiorum Deus quid de tota ſerpentum natura cenſuerit 86
Talpa 47
Tanyos arboris deſcriptio 65
Tanys 66
Tardus mouendis pedibus 55
Tauri auricula 28
Taurus ſiniſtiorſum ſpectans 42
Taurus caprifico reuinctus 50
Taurus dextro genu alligatus 51
Temerarius 44
τέλειτη vox 45
Templa draconis dicta 20
Temperans & fortis 28
Tempus per ſtellam 35
Temporis generatio 61
Terribilis 19
Terra ibidem
Teſtamenta duo cornua ſunt contra poteſtatem diaboli 66
Teraphim quæ ex Elia Thesbite 110
Timens diſcrimina 49
Tonitru ἄιρ@- φονὴ 22
Torpedo piſcis 56
Tumultus 37
Turtur 45
Turtur laqueo implicatus 59
Turturis viduitas 70
Turtur ad finem vſque vitæ viduitatem cuſtodit ibid.
Tutela 21
Tympani vis ad abigendos lupos 30

V.

VÆ Ægyptijs quid 22
Vates 26
Vaticinum ſacri ſcribæ da Moyſe 135
Vbæus 7
Velox & agilis 53
Venatus 37
Venus & Mars 11
Veritatis ſapphirus 90
Veſpæ 42
Veſpertilio 44
Veſpillo 26
Vetuſtiſſimus 38
Victus ſuppeditatio 63
Vigil 19
Vindemia copioſa 54
Vipera 46
Vipera & ceruus 53
Vir 11
Viri boni os 55

Vi ſus

Digitized by Google

Viſus acutus 55
Vita per Chriſtum 65
vita longiſſima 38
Vitis ſylueſtris tanys dicta 65
Vnitas duæ liniæ 24
Voluptas per tanyn 66
Vorax poſt ieiunia 69
Vox remota 22
Vpupa 54
Vpupa cum herba adianto ibid.
Vrania ludus pilo 98
Vrſa prægnans 52
Vrus ad Tanyn captus 65
Vrus animal terribile aſpectu ibid.
Vrum quomodo capiant venatores 66
Vulcanus mas & fœmina 15
Vulpanſer 30
Vulpanſeris calliditas 50
Vulpes aues capiens 75
Vulpis calliditas ibid.
Vultur 13 & 15
Vultur ad prælij locũ aduolat 13
Vultur ſuo ſanguine pullos paſcit 13
Vulturus paſtus 69
Vultur quomodo abſtinentiam ingluuie compenſat ibidem

FINIS.

R. P. NICOLAI

# CAVSSINI

TRECENSIS, E SOCIETATE IESV,

# POLIHYSTOR SYMBOLICVS.

Electorum Symbolorum, & Parabolarum hiſtoricarum Stromata, XII. Libris complectens.

*Quæ ad omnem* EMBLEMATVM, ÆNIGMATVM, HIEROGLYPHICORVM *cognitionem viam præſtant.*

Cum duplici Indice ordine Alphabetico, Hiſtorico, & Morali:

*Editio vltima, poſt varias editiones, auctior*



COLONIÆ AGRIPPINÆ:
ANNO 1654.

Apud IOANNEM KINCHIVM ſub Monocerote veteri.

Permiſſu ſuperiorum & Priuilegio S.C.M. Generali.

Digitized by Google

# POLYHISTORIS SYMBOLICI LIBRORVM XII. ORDO ET NVMERVS.

I. MVNDVS, & Elementa.
II. Dij Gentium.
III. Hominis bona.
IV. Hominis mala.
V. Ritus Gentium.
VI. Aues.
VII. Quadrupedes.
VIII. Piſces.
IX. Serpentes & inſecta.
X. Plantæ.
XI. Lapilli.
XII. Manufacta.

## APPROBATIO.

STephanus Charletus Prouincialis Societatis Ieſu in Prouincia Franciæ, poteſtate ad id mihi facta ab admodum R. P. N. Præpoſito Generali Mutio Viteleſco, facultatem concedo, vt P. Nicolai Cauſſini è Societate Ieſu Sacerdotis, de Symbola Ægyptiorum Sapientia libri, eruditorum ex eadem Societate noſtræ virorum iudicio approbati, typis excudantur.

Datum Fleniæ XIX. Nouembris, 1616.

Stephanus Charletus.

POLY-

# POLYHISTORIS SYMBOLICI INSTITVTVM.

LIBROS *de ſymbolica Aegyptiorum ſapientia iam penè perduxeram ad vmbilicos, cum varias ex illuſtri hiſtoriarum inſtrumento parabolas, non quidem illas* ἀμεθόδως *ſed electa cuiuſdam doctrinæ notas, quæ à me diuerſos, vt ſit, auctores legente, fuerant animaduerſa, viſum eſt attexere.*

*Quas ego dum ad priuatorum ſtudiorum ſubſidium in ordinem digero, video vt res eſt per ſe ſuauis, & aliquo delectationis flore blanditur, iam prælibatas in hominum manus ſpargi, eo habitu quo minimè deſiderabam, quamobrem viſum eſt aliquo ſaltem artificio dedolatas, atque exſculptas in lucem emittere, vt eorum etiam petitionibus ſatisfaciam cumulatiùs, qui hæc à me cruda propelli deſiderabant in publicum. Nunc autem te, Lector, de argumento paucis monitum volo.*

## *CVR HIC LIBER POLYHISTOR SYMbolicus.*

PLACVIT hunc librum Polyhiſtorem Symbolicum inſcribere, quod variarum hiſtoriarum Stromata contineat, ad egregias aliquot ſententias συμβολικῶς accommodata.



Digitized by Google

## NON ESSE NOVVM HOC SCRIBENDI GENVS, SED GRAVISSIMIS AVTHOribus vſurpatum.

NON eſt noua hæc ſcribendi ratio qua illuſtres aliquot hiſtoriæ rebus moralibus accommodantur. Auctores habet grauiſſimos, puta Platonem, Dionem Pruſæum, Maximum Tyrium, & cæteros: quorum oratio his parabolarum illuminata ſtellulis longè maius habet aucupium ſuauitatis.

At verò ſancti Patres, vt Baſilius & Ambroſius in ſuis Hexameris quàm ſæpè res naturales efforment in Ethica quædam ſymbola; quæ ad vitam inſtituendam moreſque regendos pertineant, nihil opus eſt dicere.

Sed pleniſſimè hoc argumentum profeſſus eſt Diuus Epiphanius vir æquè doctus ac ſanctus in ſuo Phyſiologo, ſiue interpretationibus quas cum Clementis Alexandrini ſymbolis coniunxi huius veſtigijs inſiſtens duodecim Parabolarum hiſtoricarum libros pertexui.

## QVID DE SYMBOLORVM SEV PARAbolarum vſu ſentiat Clemens Alexandrinus.

CLEMENS Alexandrinus lib. 5. ſtromatum de ſymbolorum dignitate, fructu, iucunditate paucis verbis ſic cenſuit

Χρησιμώτατον ἄρα τὸ τῆς ἐμβολικῆς ἑρμηνείας εἶδος εἰς πολλὰ, καὶ πρὸ τὴν ὀρθὴν θεολογίαν συνεργοῦν, καὶ πρὸς εὐσέβειαν, καὶ πρὸς ἐπίδειξιν, καὶ πρὸς βραχυλογίας ἄσκησιν, καὶ σοφίας ἔνδειξιν.

Vi-

Digitized by Google

*Vtiliſſima* (inquit) *ſymbolicæ interpretationis forma ad res permultas, nam iuuat & ad rectam Theologiam, & ad pietatem, & ad demonſtratiui generis orationes, ad breuitatis denique exercitationem ſpecimenque ſapientiæ.*

Hæc ille, quæ eruditis tantò magis parabolis conueniunt, quantò doctrinam hiſtoriarum cum flore ingenij ſuauius coniugunt.

## *QVOD ISTÆ QVOQVE PARABOLÆ SAcras Literas exornent, & locuples de hac re S. Auguſtini Teſtimonium.*

S. Auguſtinus Epiſtola centeſima decima nona de parabolis hiſtoricis ita iudicauit

*SI QVAE AVTEM FIGVRAE SIMILITVDINVM NON TANTVM DE COELO ET DE SIDERIBVS, SED ETIAM DE INFERIORI CREATVRA DVCANTVR AD DISPENSATIONEM SACRAMENTORVM, ELOQVENTIA QVAEDAM EST DOCTRINAE SALVTARIS, MOVENDO AFFECTVI DISCENTIVM ACCOMMODATA, A VISIBILIBVS AD INVISIBILIA, A CORPORALIBVS AD SPIRITVALIA, A TEMPORALIBVS AD AETERNA.*

Hæc ille, vbi rectè nota appellari hoc inuentum *Eloquentiam doctrinæ ſalutarem.*



Digitized by Google

Cauendum tamen ab eorum infantia, qui parabolas frigidè nonnunquam & tortuosè, nulla ſh abita loci, temporis, argumenti, aurium ratione, plena manu inferciunt.

Tota hæc ratio debet eſſe ſuauis & condita prudentius, alioqui gratiæ natiuus ille flos emarceſcit.

## METHODVS LIBRI.

*IN toto libro præmittere ſoleo hiſtorias, deinde interpretationes ſubijcere, quas iuxta proprium Rhetorum verbum libuit ἀποδόσεις ſiue redditiones appellare, hiſtorias fermè omnes ex antiquis & probatis hiſtoricis attuli, ſi quæ interdum plus admirationis habere videantur, non fuit noſtri inſtituti ſcrupuloſius diſquirere veritatem, cum præſertim non tam hiſtoriam quam parabolas ſcriberem. Itaque de hic fas eſt mihi dicere quod S. Auguſtinus* de Ciuitate Dei lib. 21. *cum multa huius generis planè admirabilia percenſuiſſet*, multa ſic habeo vt neque affirmanda, neque neganda decreuerim. *Interpretationes fermè ſunt ingenuæ, & exquiſitis veſtitæ optimarum ſententiarum ornamentis, potuiſſem quoque hiſtoricæ accommodationis iuxta ἱερογλύφων mentem fuſius reddere rationem, ſed nolui in rebus perſpectis commentariorum luxuria ſylueſcere, ſuum cuique in hac re arbitrium relinquo.*

# R. P. NIC. CAVSSINI
## SOC. IESV ELECTORVM SYMBOLORVM ET PARABOLARVM HIſtoricarum

## LIBER PRIMVS

### *MVNDVS.*

*Seu de ijs quæ ad Cælum, & Elementa pertinent.*

### MVNDVS DEI IMAGO ET SYMBOLVM.

TIMÆVS Pythagoricus Deum vocat κόσμον ἰνδαλμικὸν, *Mundū exemplarem.* Vt enim mundus omnia ſuo complexu cingit: ſic Deus maxima (quod aiunt Pythagorici) vniuerſaliſque natura vbique præſens, omnia videns, audienſq; cuncta continēs, nullius verò ambitu contenta; Maximus mundus ſapientiæ, ſanctitatis, intelligentiæ vitæ, rationum, formarum. Quod Plato diſertè his verbis definiuit. Τὰ γὰρ νοητὰ ζῶα πάντα ἐκεῖνος ἐν ἑαυτῷ περιλαβὼν ἔχει, καθάπερ ὁ κόσμος ἡμᾶς ὅσα τε ἄλλα θρέμματα συνέστηκεν ὁρατά. *Omnia enim quotquot ſunt animalia intelligibilia, ille in ſe complexus ſeruat atque continet, non ſecus ac mundus nos, & omnia creata quæcumque cernuntur, ſuo ambitu cingit.* Inde illa nobilis figura mundi apud Ægyptios per quam nos ad creatoris intelligentiam arcanis myſterijs inducunt. Deum ſiquidem, vt refert Porphyrius apud Euſe-

*Dei præclara definitio ex Pythagor. ſententia.*

Porphyr. *apud Euſeb. li. 3. de præpar. Euang. c. 3.*



Euſe-

Digitized by Google

*c.3. Iamblic. de myſterijs titul.* Opinio Ægypt.

Euſebium, Κνὴφ Ægyptii appellant, vbi nota in illo Pierii codice parum fideliter legi Eneph, pro Cneph niſi malis cum Iamblicho legere Emeth, quod nomen apud Hebræos veritatem ſignificat. Huius porro Cneph imaginem, humana (inquit) forma depingunt, colore cœruleo, zonam tenentem, & ſceptrum, pennam gerentem in capite. Ouum præterea ab ore producit, à quo naſcitur Deus quem Ægyptij Phta. Græci Vulcanum vocant. Hic Porphyrius coloris cœrulei, zonæ, & ſceptri Hieroglyphica, vt per ſe ſatis nota prætermittens, ſymbolum pennæ explicat, quod poni aſſerit propter obſcuram Dei cognitionem, ἡ τοῦ πτεροῦ φύσις ἐν τῇ κεφαλῇ κεῖται διὰ τὸ δυσεύρετον καὶ κεκρυμμένον. Ouo verò mundum viſibilem ſignificari refert idem Euſebius ex Pithagoræ Philoſophia, qui teſtam oui cœli omnia cingentis imaginem, Vitellum ignis, ſpiritus qui ſunt in ouo aeris, Albumen aquæ, terræ porro partes magis concretas ſymbolum eſſe dictitabat.

*Ouum mundus viſibilis ex Euſebio.*

Aliud hic Euſebius addit mundi Hieroglyphicum, ſimulachrum ἀνδρεικελὲς, complicatos habens pedes, veſtem talarem, eamque auream, pilam capite ſuſtinens, quo mundi forma, immobilis conſtitutio rotunditas, & ſtellarum varietas ſignificatur, eaque omnia à Deo regi, ſuſtentarique, & in Dei cognitionem mentes hominum perducere.

*Simulacrum ἀνδρεικελὲς. mundi Hieroglyphicum, ex eodem.*

## APODOSIS.

**Dei natura humani aut Angelici ingenij viribus comprehendi nullo modo poteſt; Hic enim ſibi ſuæ gloriæ latebras conſtituit, quas ſi mens conetur perrumpere, opprimitur magis quam lucet Itaque diuinæ naturæ immenſam obſcuritatem ſignificantes Ægyptij dictitabant, primum omnium principium tenebras eſſe; ſuprà omnem intellectum poſitas, Tum in ſacris ceremonijs ter *incognitam caliginem*, hoc eſt Deum, vocabant, quod præclarè animaduertit**

*Ægyptiorum præ-*

ait Damaſcius Platonicus Πρώτην ἀρχὴν νομίζουσι σκότος ὑπὲρ πᾶσαν νόησιν, σκότος ἄγνωστον τρὶς τοῦτο ἐπιφημίζοντες, Quæ cum ita ſint, ſatis erit humano ingenio poſt lucem fidei, Diuinæ maieſtatis veluti refractos radios in mundo, & rebus creatis agnoſcere. *clara cære- monia*

*Iuppiter eſt quodcumque vides.*

---

## II. MVNDVS DEI LIBER, & Tabula.

*Dei canticum.*

RHodi viuebat Protogenes, quò cum Appelles adnauigaſſet, auidus cognoſcendi opera eius fama tantum ſibi cogniti, continuò officinam petijt, aberat ipſe, ſed tabulam amplæ magnitudinis in machina aptatam picturæ anus vna cuſtodiebat. Hæc Protogenem foris eſſe reſpondit, interrogauitque à quo quæſitum diceret: ab hoc, inquit Apelles, arreptoq; penicillo, lineam ex colore duxit ſummæ tenuitatis per tabulam. Reuerſo Protogeni, quæ geſta erant, anus indicauit, ferunt artificem protinus contemplatum ſubtilitatem, dixiſſe Apellem veniſſe. non enim cadere in alium tam abſolutum opus. Ipſum tunc alio colore tenuiorem lineam in illa ipsâ duxiſſe, præcepiſſeq; abeuntem, ſi redijſſet ille oſtenderet, adijceretq; hunc eſſe quem quæreret, atq; ita euenit. Reuertitur Apelles, ſed vinci erubeſcens tertio colore lineas ſecuit, nullum relinquens amplius ſubtilitati locum. At Protogenes victum ſe confeſſus in portum deuolauit, hoſpitem quærens. Placuitque ſic eam tabulam poſteris tradi, vnicam quidem, ſed artificum præcipuo miraculo. Auide Romæ ſpectata eſt, ſpatioſiore amplitudine nihil aliud continens quam lineas viſum effugientes, inter egregia multorum opera inani ſimilis, & eo ipſo alliciens, omniq; opere nobilior. *Tabula Apellis & Protogenis ex Plinio.* Plinius *lib.* 35. *cap.* 10.



Digitized by Google

APODOSIS:

Deus in hac rerum vniuerſitate quaſi in tabula, ſubtiliſſima operum ſuorum duxit lineamenta, ex quibus agnoſci poteſt: Nemo enim eſt tam ferus & ferreus, qui cum primum in cœlum ſuſpexerit, mundi rectorem Deum non videat. Atque vt ex vngue Leonem, ex linea Apellem, vel Protogenem licet deprehendere; ſic ex minimis etiam rebus Dei magnitudinem poſſumus colligere.

*Magnitudo Dei ex minimis.*

*Materiæ ne quære modum, ſed perſpice vires*
*Quas ratio non pondus habet.*

Maniius *Aſtron. l. 4.*

D. Auguſtinus non modo cum tabula variorum colorum temperie florida: ſed etiam cum cantico mundum comparat, his verbis: *Si Homo*, inquit, *carminis artifex nouit quas, quibus moras vocibus tribuat, vt illud quod canitur ſuccedentibus, ac decedentibus ſonis pulcherrimè currat, ac tranſeat: Quanto magis Deus nulla in naturis naſcentibus & occidentibus temporum ſpatia, quæ tanquam ſyllabæ ac verba ad particulas huius ſæculi pertinent, in hoc labentium rerum quaſi mirabili cantico, vel breuius, vel productius, quam modulatio præcognita & præfinita depoſcit, præterire prætermittit.* Idem habet S. Paulinus natali IX. S. Felicis.

## III. MVNDI STATVS ETHICA pictura.

*Ex Sancto Damaſceno.*

S. Damaſcenus in Hiſtoria Barlaami c. 12. homines mundi delicijs mancipatos ſimiles eſſe dicit fugienti rabiem Monocerotis, qui dum fugeret, in barathrum incidit, atque in ipſo lapſu arbuſculam quandam apprehendit, fortiterque tenuit. Tum in baſi pedibus impreſſis viſum eſt ſibi de reliquo in otio, & tranquillitate fore. At verò conuerſis oculis vidit duos mures, album vnum, alterum nigrum,

grum, corrodentes radicem arboris, & nihil propius fuit, quàm vt abſcinderent. In imo barathro inſpicit draconem, aſpectu terribilem, flammam, & faces ſpirantem, ſibique cruentis faucibus inhiantem: intuens verò rurſus baſin illam ſupra quam conſtiterat, animaduertit quatuor aſpidum capita de pariete emergentia: Nec mora, eleuans oculos cernit de ramis arbuſculæ exiguam mellis ſuauitatem. quamobrem omiſſa malorum quæ illum obſederant memoria, totum ſe inſanæ mellis dulcedini tradidit.

### APODOSIS.

Hæc ſimilitudo (inquit) eſt eorum qui voluptatis illecebris adhæſerunt. Vnicornis eſt mors, Barathrum mundus, arbuſcula à muribus corroſa, vita noſtra per dierum & noctium curricula, conſumpta. Quatuor aſpides, totidem elementa, quibus malè temperatis compago totius corporis diſſoluitur. Draco, infernus eſt, eos ſeducens qui ſe vitijs tradidere. Stilla mellis, delectationum mundi dulcedinem ſignificat,

*Heu! quam dulce malum mortalibus additum*
*Mellis dirus amor.*

## IV. COELVM.

*Laboris perpetui typus.*

AEgyptij cœlum, ob ἀϊδιότητα hoc eſt, perpetuitatem, corde picto, cui foculus ardens ſubiectus ſit, exprimunt. *Plut. in Iſid. & Oſirid.*

### APODOSIS

Viros magnos, & cœleſtis particulæ plenius compotes, perpetuis iiſque grauibus curis agitari oportet, atque inſtar cordis aut cœli ſemper moueri, & quod *Viri magni ſtantes moriuntur.*

quod

Digitized by Google

Suet. in Veſpaſ.

quod ille dixit *ſtantes mori*. Suet. in Veſpaſiano. Hoc diſertè Latinus Pacatus in nobili Theodoſij panegyrico deſcripſit.

*Diuina gaudent perpetuo motu.* Pacatus in Theodoſij Paneg.

*Gaudent profectò diuina perpetuo motu, & iugi agitatione, ſe vegetat æternitas, & quicquid homines vocamus laborem, veſtra natura eſt. Vt indefeſſa vertigo cœlum rotat, vt maria æſtibus inquieta ſunt, & ſtare ſol neſcit: Ita tu Imperator continuatis negotijs, & in ſe quodam orbe redeuntibus, ſemper exercitus es*

## V. COELVM, MAIESTATIS ET REGII ANIMI DOMINATVS, SYMBOLVM

*Choſrois cœlum.*

CHOSROES rex Perſarum machinam finxit, in qua cœli effigies, aſtrorumq; conuerſiones, cum ſceptrigeris Angelis aſtantibus admirabili ſpectaculo cernebantur tum imbres fluere, præmicare fulgura, tonitrua mugire, ipſe eminens in medio, quaſi Deus humanus, ſpectabat omnia. Cedrenus rem totam deſcribit his verbis. Ingreſſus Bazacũ vrbem Heraclius, εὗρε τὸ μυσαρὸν εἴδωλον τοῦ Κοσρόου, τὸ δὲ ἐκτύπωμα αὐτοῦ ἐν τῇ τοῦ παλατίου σφαιροειδεῖ στέγῃ, ὡς ἐν οὐρανῷ καθήμενον, καὶ περὶ τοῦτο Ἥλιον, καὶ Σελήνην, καὶ ἄστρα, οἷς ὁ δεισιδαίμον, ὡς θεοῖς, ἐλάτρευε, καὶ ἀγγέλοις αὐτῷ σκηπτοφόροις περιέστησεν, ἐκεῖθεν δὲ σταγόνας στάζαν, ὡς ὑετοὺς καὶ ἤχοις ὡς βροντὰς ἐξηχεῖσθαι ὁ θεόμαχος ταῖς μηχαναῖς ἐπετεχνήσατο, Cedrenus ad anum Heraclij 13. pag. 338.

### APODOSIS.

Quod ille vanus, & impius Choſroes inani ſpecie duntaxat expreſſit: Hoc vir ſapiens ſolida quadam felicitatis poſſeſſione plenius videtur adeptus. Is enim cœlum ſibi finxit in terris, qui pacatos habet animi affectus, qui gaudet officio, qui Angelorum choro ſtipatus Deo fruitur, & diuinis rebus (vt ait

Theodo-

Digitized by Google

Theodoretus. ἐπιτρυφᾷ hic ſub pedibus humanarum rerum curſus, & recurſus reciprocaſque negotiorum viciſſitudines labi videt lætus, alacer, ſecurus & ſui vbique ſimilis. Hic verè.

*Inconcuſſa dedit puræ ſacramenti.*

Rupertus ſuper Matth. hanc ſimilitudinem videtur delibaſſe, cum dixit. *Cœlum ipſa mens, vel anima præcipue ſapientis, vt quæ habet lucida ſidera, ſtatos motus concinnas choreas, diuinos circuitus, virtutum ſplendores fulgidiſſimos.* Rupertus. *Cœlum mens, vel anima ſapientis.*

---

## VI. COELVM FORI BABYLONICI.

*Iuſtitia.*

ERAT, inquit Philoſtr. c. XVII. lib I. aulea è ſaphiris cœleſtis coloris conſtructa, in qua aureæ Deorum effigies, quaſi ex æthere, eminebant: ſpectatrices (credo) actionum humanarum, & æquitatis præſides. Ex teſtudine verò illices auiculæ quatuor aureæ pendebant, quas illices torquillas nominant. ἴυγγες. Adraſteam vltionis Deam ſignificantes, admonentesque regem, ne ſe ſupra hominem efferret, eas dicunt Magos cum in regiam veniſſent, iuſſiſſe fieri, vocantque *Deorum linguas*. *Illices auiculæ. Deorum linguæ.*

APODOSIS.

Rectè & opportunè hic Iuſtitia exprimitur. Color cœleſtis, auguſtam ſimul, & venerandam loci ſanctitatem, ſimulachra Dei, in iudicijs vindictam præſentem, in nefarios iudices ſignificant,

ἔχει θεὸς ἔκδικον ὄμμα. Homerus.

## VII. DINIAE COELVM TERrenum.

*Bruta felicitas improborum.*

*Antonius Diogenes in libris incredibilium. De corde quod remittebatur ad hunc locum vide l. 3. de Homine & in obſeruat.*

DInias ſe ad Lunam propè acceſſiſſe dicebat tanquam ad puriſſimam quandam tellurem. Idem quoq; Xenophanes docuit, vt eſt apud Ciceronem *Academic. qu.* 4. habitari in Luna, eamq; eſſe terram multarum vrbium, & montium. Huic ſomno multa ſimilia apud Lucianum in verarum hiſtoriarum libris inueniuntur, quæ & hoc ſæculo vani homines renouant.

APODOSIS.

*Elyſſi Turcarum campi.*

Homines voluptuarij titillāte ſenſuū lenocinio terram ſibi fingūt in cælo, belluarum ſordidiſſimas voluptates in Beatorum ſede conſtituunt. Tales ſūnt Elyſij Turcarum campi qui domicilium ſuæ beatitudinis lupanari quoque fœdius eſſe voluerunt.

O curuæ in terris animæ, & cœleſtium inanes.

## VIII. SOL IN NAVI.

*Dei Prouidentia.*

POrphyrius apud Euſebium *de præpar. Euang. lib.* 3. *c.* 3. refert Ægyptios inter cætera ſymbola hoc non inferioris notæ habuiſſe. Solis effigiem pulchrā radiorum luce circumfuſam collocabant in naui, quæ aduerſo flumine raperetur, remis, veliſque incitatā. Huic autem ſe ſubſternere videbatur crocodilus, & blando quodam famulatu ingenij miteſcente ſæuitia, per vndas deportare.

APODOSIS

Porph. Phyſicos ſequutus hoc ſymbolo denotari putat motū Solis in humido, per Crocodilū verò potabilem aquam, in Solem ferri cōtendunt Ægyptij: ſed

ſed Iamblichus in myſterijs, titulo de expoſitione ſymbolorum Ægyptij Theologiæ, ἰδικῶς explicat & refert ad Dei circa mundum prouidentiam. Proinde (inquit) vbi Deum introducunt nauis gubernatorem, principatum mundi, & veluti clauum in Dei manibus conſtitutum ſignificant. Sicut enim gubernator clauo vno quodam facilique momento nauim mouet, & regit: Ita Deus ipſe mundum deſuper, videlicet à primis naturæ principijs præcipuas motionum cauſas exhibens.

## IX. SOL IN IOSVE MONVMENTO.

*Principum vigilantia.*

INTER cætera Ioſue monumenta, præclarum illud eſt quod Hebræi narrant interpretes, in eius tumulo ſtatuam Solis poſitam fuiſſe quaſi in demortui cineribus adhuc ſtaret: à quo inter viuos degente inaudito ante à miraculo, de illo curſus ardore, quem nulla vis inflexerat, detortus fuerat. Vide Serr. in cap. 24. Ioſ.

### APODOSIS

Præterquam illud ad memorabilis illiustrei quæ contigerat monumentum; ſimulachrum Solis fuit expreſſum. Virtutes quoque Ioſue deſignat, & maximè in regendo dexteritatem ad omnia temporis momenta compoſitam, quod videtur indicaſſe Ioſephus, cum dixit, ſuiſſe illum quem memoramus Naue filium, πρυτανεῦσαι τὰ κατ' ἀρετὴν δεξιώτατον, καὶ πρὸς ἅπαντα καιρὸν ἀρετῆς ἡρμοσμένον. Ideo familiare eſt Regum ſidus, quia Princeps temporum.

*—tempora diuidit æui,*
*Mutat nocte diem, radijſque potentibus aſtra*
*Ire vetat, curſuſque vagos ſtatione moratur.*

Lucan. lib. 10.

X. SO-

## X. SOLIS VIRGÆ. Ἡλίου βακτηρίαι.

*Filij regum præſidia.*

ÆGYPTII feſtum Solis baculorum celebrant vigeſima ſecunda die menſis Phaophe, poſt æquinoctium autumnale. Soliſque natos baculos aiunt: ἐμφαίνοντες ὥσπερ ὑπερείσματος δεῖσθαι καὶ ῥώσεως innuentes fulcro & robore. Solem indigere, qui iam inclinatus à nobis ferri incipit, & caloris, & luminis aliquam patitur diminutionem.

Plutarch. *in Iſide & Oſiride.*

### Apodosis.

Sol, qui calore imminutus videtur, & luce, principis vim ſenio tabeſcentem ſignificat, quæ virgis, hoc eſt filiorum adoleſcentum adminiculis fulcitur.

Sunt enim ἄρσενες, στῦλαι δόμων.

vnde votum Martialis pro Filio Domitiani ep. 7. l. 6.

*Naſcere Dardanio promiſſum numen Iulo.*
*Vera Deûm ſoboles naſcere magne puer.*
*Cui Pater æternas, poſt ſæcula tradat habenas,*
*Quiq; regas orbem cum ſeniore ſenex.*

## XI. SOLIS SACRVM

*Manſuetudo & ebrietatis fuga*

SACERDOTES Heliopolitani Soli nunquam vino litabant, neque ipſi vtebantur. Græci quoque cum facerent ſacra Soli mel litabant, quod exiſtimarent Solem omninum rerum moderatorem à vino, & ebrietate alieniſſimum.

Philocorus *bi. l.* 12.

Apo-

APODOSIS.

Sol mens mundi, abſtemius, viros principes quibus aliorum regendorum cura commiſſa eſt, circa vinum maximè temperantes eſſe oportere ſignificat. πάντα τὰ ἄλογα τῶν ἀνθρώπων ἐγκλήματα οἴνου ἐστὶν ἀποβλύσματα.

*Vinum fons peccatorum.*

Iſidor. Peluſ. ad Zenod. epiſt. 203. lib. 1.
*Omnia hominum peccata rationis & mentis expertia, è vino, tanquam è fonte, ſcaturiunt.*

---

## XII. SOLIS VICTIMA

Ἡλίου ἱερόν.

*Opus egregium.* ex Himerio.

PERSAE Soli ſub mithræ nomine ſacrificant. Reges ergo equum album, ephippijs, phaleriſque inſignem eidem dedicant ad maieſtatem. Philoſtr. *Lib.* 1.

APODOSIS.

Himerius orationem ſuam, cum equo albo, phaleras, cum Muſarum ornamentis, cum qui eandem conſecrarat, comparat cum Sole, ἐν προπεμπτηρίῳ λόγῳ, ex eo diſce præſtantiſſimum quodque & puriſſimum Deo omnia intuenti eſſe offerendum: Neque verò ſatis eſſe vegeti corporis robur illi dedicare, ſed mentis præterea addendam eſſe puram, candidamq; ſinceritatem. *Quod ſi corpus quo inferiore tanquam famulo vtitur anima, ſacrificium eſt; quanto magis anima ipſa cum ſe refert ad Deum?* Auguſtinus. Proſper epigramm. xv.

*Quomodo litandum.*

*Quid voueat Domino, quiſquis bene corde volutat,*
*Ipſum ſe totum præparet, & voueat:*
*Maior enim offerri nequit hoſtia mentis in ara.*
*Nec Chriſti ex templo ſuauior exit odor,*
*Quàm cum homo caſtorum profert libamina morum,*
*Et de virtutum munere ſacra litat.*



Digitized by Google

## XIII. LVNAE SIMVLACRVM CVR ACCIPITRIS CAPITE.

*Deus fons & caput operis.*

LVNAE ſimulachrum Apollinopoli, quæ eſt vrbs Aegyptia, mira arte compoſitum cernebatur: ſpecie quippe erat non muliebri, vt pingi vulgò ſolet, ſed virili: Tum verò accipitris faciem præferebat, & altera manu haſtam vibrans, fluuiatilem equum per quem Typhona Aegyptij deſignare ſolent, videbatur configere. Alias quoque exhibebatur geminis cornibus molliter aſſurgens, quorum apici κύκλος δισκοειδής, Circulus in diſci figuram efformatus inſidebat, Euſebius l. 3. de præpar. Euang. c. 3. Quod autem hîc notat virilem fuiſſe Lunæ ſpeciem; etſi cauſam non explicet, tamen conijciendum reliquit, Aegyptios Aſſyriorum cuidam ſuperſtitioni congrua dixiſſe. Siquidem in Aſſyria, Lunæ templum fuit apud Carras, in quo qui Lunæ muliebri ſupplicaret, hunc vxoris imperio ſubijci credebant: Qui verò Lunæ virili ſacrum faceret, illum vxorium non eſſe, ſed ſuæ coniugi dominari. Itaque Lunam in viri ſpeciem effingebant, eique ſolis inſignia adtexebant capiti. Tum *Lunum* Deum inuocabant potius quam Lunam, quem maſculum Lunam appellat Tertull. in Apologetico c. XV.

*Cum iſtis fermè congruunt quæ Aſſyrij in Adat & Adargaridis exprimebant ſimulachris. Vide Lilium Syntag 1. de Hiſtoria Deorum. Luna Deus apud Carras.*

### APODOSIS.

Luna Accipitris, quod eſt ſymbolum Solis, caput præferens, oſtendit beneficia in ſuum auctorem liberali animo regerenda, & originem omnium bonorum Deum in apice, & primordijs rerum ſemper eſſe conſtituendum, à quo quicquid eſt inter mortales luminis defluit.

*Deus omniſonæ modulator & arbiter vnus.*
*Harmoniæ, per cuncta moues quam corpora rerum:*
*Et naturæ opifex Deus omnis, & artis, in omni*

*Deus omnis har-*



Digitized by Google

*Fons opere & finis, faciens bona, factaque ſeruans.* *monia operis præſes.*
S. Paulinus, S. Felic. natal. IX.

Præfert etiam hic Luna caſtiſſimæ Matronæ effigiē, quæ pudorem ſeruat, & Typhonem, hoc eſt impudentiam calcat, quæ virum ſuum caput æſtimat, quæ ſe in eius voluntates & mores obſequij facilitate tranſfundit.

## XIV. ΣΕΛΗΝΗ.

*Inconſtantia.*

PETIIT à matre Luna, vt ſibi tuniculam congruentem texeret; mater verò reſpondit, Qui poſſum verò? cum te iam plenam, mox in cornua attenuatam, rurſum dimidio orbe videam? hanc fabulam narrat Cleobulus in conuiuio ſapientum.

APODOSIS.

Luna Symbolum inconſtantiæ, homini fatuo, & vitioſo nulla menſura: modò iratus eſt, modò lenis, modò triſtis, modò hilaris, prout diuerſæ rerum imagines animum perculerunt, ita varias in vultu figuras conformat. *Stultus vt luna mutabitur* D. Bernardus in ſermone de natiuitate S. Ioannis Baptiſtæ, rectè cum luna comparat eos, qui ſe hominum opinionibus & adulationi manciparunt. Quemadmodum, inquit, ſplendet Luna ſine feruore, modò plena, modò exigua; modo nulla videtur, Mutuatum enim lumen nunquam in eodem ſtatu permanet, ſed creſcit, deficit, extenuatur, annihilatur, & penitus diſparet: Sic qui conſcientias ſuas in alienis labijs poſuerunt, modò magni, modò parui ſunt, modò nulli, ſecundum quod adulantium linguis, vel vituperare, vel laudare placuerit.

*Ambitioſi & Cenodoxi cum luna comparati à D. Bernardo.*

## XV. LVNA CRESCENS ORTVS SPECTAT.

*Pietas, Dei contemplatione alitur.*

LVNA ſemper auerſis à Sole cornibus, ſi creſcat, ortus ſpectat; ſi minuatur, occaſus. *Pl. l.* II. *c.* XIV.



Digitized by Google

APODOSIS.

Si vis ad verum decus iuſtis incrementis progredi, Deum religioſo cultu intuere. Noli illi contumacis ſpiritus cornua obtendere, incipies enim minui, & euaneſcere, cum te ad occaſum, hoc eſt ad rerum creatarum ſolatia conuerteris. Deum lucis fontem contemplare, & cum Syneſ. lyra cane:

| | |
|---|---|
| Σὺ δὲ λάμψον, ἄναξ, | *Tu verò illuſtra Rex* |
| Ἀνάγωγα φάη, | *Oculos vt ad cœleſtia ſe attollant:* |
| Ἅψον δὲ σέλας, | *Accende ignem,* |
| Καὶ πυρσηΐαν, | *Et incendium.* |
| Σπέρμα τὸ βαιὸν | *Semen illud exiguum* |
| Αὔξων ἐν ἐμῷ | *Alens in meo* |
| Κρατὸς ἀώτῳ. | *Capitis apice.* |

## XVI. STELLA PERTINACIS.

*Prouidentia.*

IN veteri numiſmate Pertinacis ſimulachrum cernitur, manibus verſus ingentem Stellam in cœlum ſublatis, cum inſcriptione: PROVID. DEOR. COS. II. Illuſtre quoque in eo factum fuit Ioannis Gallorum Regis, qui Stellatorum Equitum ordinem inſtituit, cuius inſigne erat, Stella Magorum in galero, aureis radijs circumfuſa, cum lemmate,

*Stella Magorum inſigne Stellatorum equitum.*

*Monſtrant regibus aſtra viam.*

APODOSIS.

Icon indicat Dei prouidentiâ regi omnia in terris, & contra Epicuri delirium, de quo Manilius:

*Mundum diuino numine verti*
*Atque ipſum eſſe Deum: nec fortè coiſſe magiſtra*
*Vt voluit credi, qui primus mœnia mundi*
*Seminibus ſtruxit minimis, in quæ illa reſoluit,*

Vide Senec. lib. de Prouid. Himerium in Epicurum, Hieroclem, Minutium, & cæt. infinitos.



Digitized by Google

## XVII. ACEPHALVS STELLA

### *Helluo.* ex Clemente Alexandrino.

MIHI videtur is qui Mathematicis dicitur Acephalus, qui ante Stellam errantem enumeratur, capite in pectus compreſſo, ſignificare helluones homines, & voluptuarios, & ad ebrietatem propenſos. Nam in his quoque ratiocinandi facultas non in capite, ſed inteſtinis collocatur, iræ. & cupiditati ſeruiens: τό λογισικὸν ἵδρυται οὐκ ἐν τῆ κεφαλῆ, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις πάθεσιν. *Pædag. lib. 7. p. 11.*

APODOSIS.

Congruit cum D. Hieronymi ſententia qui ſuper Matth. ait, Cor *habet in ventre guloſus, laſciuus in libidine, cupidus in lucro.* Et in epiſtol. *Animus in nimio ſanguine & adipibus quaſi luto inuolutus, nihil cæleſte, ſed ſemper de carnalibus eructare, & ventris ingluuiem cogitare.*

## XVIII. FVLMEN ANTONINI, ET NERVAE,

### *Clementia.*

IN Antonini Pij, atque etiam in aliquot Neruæ nummis cernere eſt fulmen in thoro collocatum. Inueniuntur alia numiſmata, in quibus Aquila fulmini inſidet, cui ramus oliuæ eſt additus: hoc in ſuis ſymbolis Carolus V. & Maximilianus II. vſurparunt.

Arguit offendendi poteſtatem penes ipſum Imperatorem eſſe, verum ob illius clementiam quieſcere, & non niſi conſulto torqueri: diſertè in hanc ſententiam Seneca Natural. Quæſt. lib. 2. cap. 63. Quare ergo id fulmen quod ſolus Iuppiter mittit,, placabile eſt; Perniciosum id de quo diliberauit, & quod alijs quoque dijs auctoribus miſit; *Quia Iouem, id eſt, regem prodeſſe etiam ſolum oportet, nocere non niſi cum* *Sine conſilio fulmen mittendum non eſt.*



Digitized by Google

*cum pluribus viſum eſt.* Diſcant hoc ij quicumq; magnam potentiam inter homines adepti ſunt, ſine conſilio nec fulmen quidem mitti. Aduocent, conſiderent multorum ſententias, placita temperent, & hoc ſibi proponant, vbi aliquid percuti debet, ne Ioui quidem ſuum ſatis eſſe conſilium. Caſſiod. Var. 3. 46. *Materia eſt gloriæ principalis delinquentis reatus, quia niſi culparum occaſiones emergerent, locum pietas non haberet.*

## XIX. FVLMEN MITHRIDATI ADVLATVR.

### *Regiæ Maieſtatis ſymbolum.*

Mithridates rex Aſiæ, & Ponti, eum adhuc infantulus in cunis vagiret, collapſum fulmē faſcias, quibus inuolutus erat, exuſſit, neq; tamen ipſum læſit, veſtigium modo quoddam ignis in fronte relictum eſſe, quod facile occultaret coma, rurſus cum iam vir eſſet, ita propinquum ei dormienti cecidit, vt tela in pharetram, quæ haud procul à lecto pendebat, condita conflagrarint. ipſe tum quoque intactus. Vide Muret lib. 1. var. hiſt. c. 2.

### Apodosis.

Hæc fulgura, & faces capiti heroum affuſæ, regiæ maieſtatis ſemper indicia fuere, quod eruditè notauit Virgilius in ſuo Iulo:

*Ecce leuis ſummo de vertice viſus Iuli*
*Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli*
*Lambere flamma comas, & circum tempora paſci.*

Hoc Seruio Tullo contigiſſe memorat Plinius, *lib.* 2. *c.* 107, & Plutarch. de fortuna Romanorum, additque fuiſſe σημεῖον χρηστὸν ἐπὶ ἀπροσδόκητον ἡγεμονίαν.

XX.

## XX. IGNIS, DIVINITATIS, ET POTENTIAE SYMBOLVM

*VR Chaldaeorum.*

CHALDAEI ſub Conſtantino Magno totum terrarum orbem luſtrabant, vt Deum, quem ſub ignis ſpecie colebant, omnibus dijs præſtantiorem re ipſa conuincerent. Et quidem omnes deorum ſtatuæ ignis vi diſſoluebantur: ventum erat in Aegyptum, & certamen propoſitum. Aegyptij igitur ſacerdotes, Nili ingentem ſtatuam producunt, quæ intus concaua magnam aquæ copiam continebat, vndique autem foraminibus plena: quæ ſubtili artificio cera oblinebantur, ita vt aquam continerent, ignis tamen vim minimè ſuſtinere poſſent. Chaldæi exultabundi certamen ineunt, igni Nilum circundant, cum repente reſeratis, ob liquefactam ceram foraminibus, maxima vis aquæ profundi cœpit, quæ & ignem extinxit, & Chaldæorum Deum omnium ludibrio expoſuit. Ruff. lib. 2. hiſt. Eccleſ. paulò aliter Suidas rem narrat in voce *Canopus*.

APODOSIS.

Ignis diuinitatis Symbolum eſſe docent non modo profani auctores, ſed etiam ſacri, vt Cyrillus in Ioan. 3. Origen. 1. Patriarch. Auguſt. contra Amantum 13. & Dionyſius cœleſtis Hierarchiæ 15. qui ignis virtutis vberiori ſtylo proſequitur. Parabola autem præterea indicat, nullam eſſe tam immenſam potentiam, quæ ab alia, ſi præſertim adhibeatur induſtria, domari, refrænariuè non poſſit.

*Omne ſub regno grauiore regnum eſt.*

## XXI. IGNIS REGIÆ MAIESTATIS IMAGO.

*Vophalenſium.* λαμπαδουχία.

VOPHALENSIVM Aethiopum rex, ſingulis annis mittit ex ſuis domeſticis, qui ignem nouū

principibus, & regibus, qui in illius ditione ſunt; nomine ipſius regis, impertiat, atque inde reliquis hominibus impertiatur, hoc modo, vbi legatus ad domum cuiuſuis principis accedit, ignis extinguitur, deinde à legato nouus excitatur: tunc omnes eò commeant, vt ignem inde in domos ſuas inferant: qui non facit, vt proditor & maieſtatis reus punitur extrèmo ſupplicio, & ſi opus fuerit in eum comparatur exercitus. *Oſorius. lib.* 4.

## APODOSIS.

Mitto quod hic ritus abundè teſtetur, ignem fuiſſe Regiæ maieſtatis Symbolũ, vnde Imperatoribus Romanis, & Conſtantinopolitanis olim prælatus. Addo etiam Patriarchis præiuiſſe λαμπαδάριον (ita enim nominatur à Codino) qui in liturgiis, & proceſſionibus lampadem ante ipſos Eccleſiæ Principes geſtabat. Notat Balſamo prælatas Imperatori faces, corolla aurata gemina fuiſſe inſignitas, cum Imperatricis, & Patriarchæ λαμπάδες vna tantum eſſent redimitæ αἱ λαμπάδες μὲν τῶν βασιλέων διπλοῖς περιχρύσοις περιζώννυνται στεφανώμασι, τῶν δὲ Πατριαρχῶν, καὶ τῆς βασιλίσσης ἑνὶ κατακυκλοῦνται στεφανώματι. Totus hic ritus ſatis apertè demonſtrabat à Regibus lucem dignitatis, & claritatem nominis hauriri, eoſq; inſtar ignis omnia permeare, & vitalem ſpiritum ſuis popularibus impertiri.

---

## XXII. IGNIS MITHRÆ, PRAEVIVS REGVM.

*Sapientia cœleſtis.*

PERSAE ignem cœlitus delapſum apud ſe ſempiternis ferculis cuſtodiunt, cuius portionem exiguam quondam præiſſe Aſiaticis regibus dicunt, vt ait Ammianus lib. 23. Manauit in cæteros deinde Imperatores exemplum, qui πῦρ προπομπευτικὸν etiam mera luce vſurparint: Quamquam Indi non quaslibet faces, ſed eas, quæ in ara Mithræ, hoc eſt, Solis, eſſent

eſſent accenſæ prætulerunt. *Narrat enim* **Phil. lib.** **2.** *c.* 13. *p.* 96. Indos ipſos ad Phraotæ regis reditum tanta lætitia elatos, vt accenſis ex ara Solis facibus obuiam procederent, & ad regiam vſque deducerent, fauſtis acclamationibus proſequuti.

APODOSIS.

Fax quæ præit regibus, eſt cœleſtis ſapientia, quæ ἄσβεστον φέγγος dicitur ἀνθολ. ι. Ara Eccleſia, Sol Deus. His auſpicijs reges fœliciter regnant. Themiſtius ad Valentinianum: θεοφιλὲς ἀναγκαῖον εἶναι τοῖς βασιλέας ἅμα τῇ πρώτῃ γενέσει.

---

## XXIII. IGNIS FLAMINIS DIALIS.

*Scientia benè vtendum.*

IGNEM è Flaminis Dialis domo niſi in ſacrum efferri ius non eſt. Aulus Gellius.

APODOSIS.

Ignis eſt ſapientia, in quo ſplendor eſt, & calor: hoc accendit: illo, illuminat. at quàm fœdè ea abutuntur, qui ex religioſa domo, & propè ex ipſa Dei ara acceptam in profanos amores, in venalis linguæ petulantiam conuertunt; Simile eſt quod de Chriſtianorum oleo lucernas Iudæorum, aut Gentilium incendi vetant Canones Apoſtolorum. Sic enim habet Canon ſeptuageſimus: *Si quis Chriſtianus oleum tulerit ad ſacra Gentilium, vel Synagogam Iudæorum feſtis ipſorum diebus, aut lucernas accenderit, de ſocietate pellatur.* Eſt in Phædro elegantiſſima de hoc argumento fabula *lib.* 4. 68.

*Canones Apoſtol vetāt accendi lucernas Iudæorum de oleo Chriſtianorum.*

*Lucernam fur accendit ex ara Iouis,*
*Ipſumque compilauit ad lumen ſuum,*
*Onuſtus qui ſacrilegio cum diſcederet,*
*Repente vocem ſancta miſit Religio:*
*Sceleſte ſpiritu culpam lues.*



Digitized by Google

## XXIV. ΑΝΕΜΩΝ ΗΧΩ. I

*Dei Maieſtas occulta.*

EXHIBERATVR in tabula vir, poplitibus ſe excipiens, erectis in cœlum oculis, vel pronus in faciem, adſpirantium ventorum ſtrepitum perhorreſcens, cum hoc verſiculo:

Ἀνέμων πνεόντων τὴν ἠχὼ προσκύνει.

APODOSIS.

Iamblichius interprotatur his verbis: αἰνίττεται γὰρ ὡς διὰ τῶν θείων οὐσιῶν, καὶ δυνάμεων, τὴν ὁμοιότητα ἀγαπᾶν. Deum cum minimè videre poſſis, at certè per res creatas ſparſum, & in ijs tacito quodam horrore ſpirantem, debes venerari. Porro D. Dionyſ. cæleſtis Hierarch. 15. Deum venti nomine commodè deſignari oſtendit, propter naturalem vim mouendi, atque animandi, & celerem inſuperabilemq; diſceſſum, & nobilium principiorum, atque finium incognitas, atque inuiſibiles latebras.

*Deus venti nomine deſignatur ex D. Dionyſ.*

## XXV. ZEPHYRVS AD OLORES.

*Mœcenatum fauor in Poëtas.*

OLORES Fauonio afflati canunt ſuauius:

Ἀνίσταται γὰρ τῶν πτερύγων ἡ πυκνότης,
Νεύρων τάσιν γ' ἔντεχνον ἐκμιμουμένη,
Καὶ πλῆκτρον εὐθὺς ὁ Ζέφυρος ἐπιγίνεται.

Erigitur enim alarum ſeges, fidium neruos temperatos referens, & plectrum ſtatim Zephyrus ſuggerit. Phile.

APODOSIS.

Fauonij, Mœcenates; Poëtæ, olores.

*Sint Mœcenates, non deerunt Flacce Marones.*

Et quod præclarè dictum eſt à Plutarcho de fortuna Alexandri *lib.* 2.

Κα[illegible]

Καρπῶν μὲν εὐφορίαν εὐκρασία ποιεῖ,
Καὶ λεπτότης τῇ περιέχοντος ἀέρος.
Τεχνῶν δὲ, καὶ φύσεων ἀγαθῶν αὔξησιν
Εὐμένεια, καὶ τιμὴ, καὶ φιλανθρωπία βασιλέως.

## XXVI. PLVVIA SANGVINEA.

*Luxuria nota peſſima.*

CIRCA annum Chriſti 1017. in regione Aquitaniæ iuxta maritima, ante ſolemnitatem D. Ioannis Baptiſtæ, tribus diebus de cœlo pluit ſanguis, qui cadens ſupra carnem hominis, aut ſupra lapidem, non poterat lauari, ſi verò ſupra lignum caderet, lauabatur.

### Apodosis.

De hac re conſultus Fulbertus Epiſcopus Carnotenſis *epiſt.* 79. apud Baron. per lapidem impij (inquit) per carnem fornicarij ſignificantur, per lignum medij, qui neque molles, vt caro, neque vt lapis duri. Addit, *impios, & fornicarios indelebili nota in ſanguine ſuo morituros, medios per mortis anguſtiam ſaluandos.* *Impiorum & fornicatoris mors.* Fulbertus *Epiſcopus Carnotenſis*

## Plvvia Ferrea.

*Superioris poteſtatis rigor.*

Refert Plinius ferro in Lucania pluiſſe, anno antequam M. Craſſus à Parthis interemptus eſt, omneſq; cum eo Lucani milites, quorum magnus numerus in exercitu erat. *lib.* II. *c.* LVI.

### Apodosis.

Symbolum eſt ſuperioris poteſtatis in inferiores acerbæ atque immitis. Cœli enim inſtar ſunt Reges & Principes, quorum munus eſt mitioribus Iuſtitiæ & benignitatis radijs in inferiora, hoc eſt in plebem influere: Quod ſi telis quaſi ferrea grandine ſemper armati in miſeros vſquequaque deſæuiant, ſuæ conditionis obliuiſcuntur: *Nullum enim clementia ex*

*omni-*

Digitized by Google

*omnibus magis, quam Regem aut Principem decet.* Senec. *lib.* 1. *de Clementia.*

### Plvvia Avrea.

Aurea contra pluuia Symbolum eſt fauoris, opulentiæ, & felicitatis quam Reges in ſuos populares mittant.

### Apodosis.

Hoc Rhodijs fertur contigiſſe quos ait Himerius in bibliotheca Photij auro fluxiſſe, Ioue auream nubem in eos rumpente: χρυσῆν ἐπ' ἀυτοὺς Διὸς νεφέλην ῥήξαντος.

*Talis per cunctos hyems Latinos*
*Plebem grandine concutit ſerenam.*
*Ducat nubila Iuppiter per orbem*
*Et latis pluuias minetur agris,*
*Dum noſtri Iouis hi ferantur imbres.*

Stat. lib. 1. Syluar. hæc ille de Imperatorum miſſilibus.

---

## XXVII. QVATVOR AMNES PARADISI

### *Virtutes Cardinales.*

Zoroastres, cum animum alatum eſſe diceret, interrogatus à diſcipulis quo pacto volucres animos ſortiri poſſent; Irrigate (inquit) alas aquis vitæ: interim ſciſcitantibus vnde has aquas peterent, per parabolam more ſuo reſpondit: Quatuor amnibus paradiſus Dei alluitur, & irrigatur, vobis ſalutares aquas inde haurietis.

### Apodosis

D. Ambroſius flumina Zoroaſtris quatuor, virtutes totidem Sapientiam, Iuſtitiam, Fortitudinem Temperantiam intelligit. Vide D. Ambroſ. lib. de Paradiſ. & Allegor. Philon. p. 39. edit. Colon. Allobrog.

Gan-

Digitized by Google

Ganges ramentis auri, praſino lapillo, & carbunculo nobilitatus, prudentium inuenta, vigorem, ſeu viuacitatem mentis, & animæ facem ſignificat. *Ganges prudentiam.*

Nilus, qui Aegyptum alluit, temperantiam deſignat, qua deliciarum, & voluptatum ardor reſtinguitur, & per hanc corporis Aegyptum virtutum riui ſcaturiunt. *Nilus temperantiam.*

Tigris fluuiorum omnium velociſſimus, fortitudinem notat, quæ mirabili pernicitate, ſonitu magno, curſuque fertur, & obſtantia quæque proruit, & demolitur. *Tigris fortitudinem.*

Euphrates, Iuſtitiæ ſymbolum eſt non obſcurum, vt cui fœcunditatem, & fructuum exuberantiam tribuunt. At Iuſtitia eſt, ex qua magna fructuum vbertas humanæ ſocietati affluit. *Euphrates Iuſtitiam notat.*

Hæc paulò aliter, & copioſè Philon petractat in legis allegorijs, apud quem Geon, qui τὸ στῆθος pectus ſignificat, & Nilo reſpondet, pro fortitudine accipitur, Trigris, qui Aſſyrios alluit, hoc eſt, τοὺς ἰυθύνοντας temperantiam deſignat circa cupiditates, quæ vt Tigres θηρία ſunt ἀπθασσότατα. *Cupiditates θηρία ſunt ἀτιθασσότατα. ex* Philone.

---

## XXVIII. FONS AESCVLAPII.

### *Medicina.*

FVIT in Aeſculapij gymnaſio fons olei, aureo fornice conſpicuus, quem Heraclides conſtituit: ἐλαίου κρήνην ἐπισκευάσας ἐν τῷ τοῦ Ἀσκληπίου γυμνασίῳ χρυσοῦν τὸν ὄροφον.

APODOSIS.

Gymnaſium Aeſculapij, Medicorum academias ſignificat, è quibus fontes olei, curationes ſcilicet ad miſerorum mortalium ſalutem fluunt: Quæ omnia quantò erunt ſplendidiora, ſi fornix aureus, Dei charitas deſuper veſtiat.

*Omnes humanos ſanat medicina dolores.*

Prop. Eleg. l. 2. idcirco

Τῶν

trario fruentibus pernicioſa; quæ cum ſemel inuaſit in corpora, quibus ſordibus oppleta non inquinat, quibus vitijs animum non inficit? ad ſummum vltricis conſcientiæ furias, ſquallorem, & mœſtitiam ſuis amatoribus, præclarum relinquit authoramentum. ὃς ἢ μελιχρῶν ἔθιγεν, ἢ μέγα κλαύσει, Syneſ.

## XXXIII. ASPHALITES.

*Mundus.*

IN Aſphalite lacu Iudææ nihil mergi poteſt quicquam animam habens, Iſid. orig. lib. XIII. c. XIII.

APODOSIS.

Aſphalites vorago eſt mundi, & vanitatis, quæ permultos quidem abſorbet, in eos tamen nihil iuris habet, qui animam habent, hoc eſt, prudentiam Chriſti, vel Charitatem, qua omnes animantur actiones.

*Sunt etenim pennæ volucres pijs*
*Quæ celſa conſcendant poli,*
*Quas ſibi cum velox mens induit,*
*Terras peroſa deſpicit.*

Et Syneſius hym.

Μάκαρ ὅστις βορὸν ὕλας
Προφυγὼν ὕλαγμα, καὶ γᾶς,
Αναδὺς ἅλματι κούφῳ
Βυθὸν οἶδεν θεοφιλαμπῆ.
*Fœlix qui voracem hylæ*
*Latratum fugiens, & terræ,*
*Emicans ſaltu celeri*
*Profunditatem vidit diuinitus fulgentem.*

## XXXIV. BOEOTIAE LACUS.

*Vinum immodicum, fomes libidinis.*

BOEOTICAE lacus furialis eſt, de quo qui biberit, facibus libidinis exardeſcit. Iſidor. orig. l. XIII. cap. XIII.

APO-

APODOSIS.

Vinum, οἶνος μαινόλης vt appellatur à D. Greg. Nazianz. Bœotiæ lacus eſt, qui flammas ſuccendit libidinis. D. Hieron. lib. II. aduerſus Iouinianum c. 6 *Eſus & potus vini, ventriſque ſaturitas, ſeminarium & libidinis eſt*: Nec immeritò ab Ariſtophane apud Athenæum, lib. 10. nominatur *lac Veneris*, & à Pontiano, *Malorum omnium Metropolis*; ἀφροδίτης γάλα πάντων δεινῶν μητρόπολις.

*Vinum lac Veneris, ab Athenæo. Malorum omnium metropolis, à Pontiano.*

---

## XXXV. FONS BRIELII.

*Dulcis inter amara.*

### *VIRGO MARIA.*

QVOD in Hollandia accidit, vrbe Brielio, valdè memorabile eſt. vrbs eſt in inſula, in qua nulla prorſus aqua dulcis in puteis, alijſue ſcaturiginibus inueniri poteſt, & quanta vis adhibeatur, omnis opera perditur: vbique enim, tamen in vrbe ipſa, quàm per inſulam omnem, potabilis aqua reperiri nullâ ratione poteſt: fecit tamen natura fontem dulcem, ad quem ponticulò eſt aditus, vnde vrbs toto ſibi vſum aquæ parat, cùm tamen circa hunc fontem foueæ & putei omnes ſalſam contineant, vt memorat Georg. Bruin, in Brielio.

APODOSIS.

Maria Virgo ſola in hac inquinati generis humani maſſa, pura permanſit. Cyprian. in ſerm. de Natiuitate Chriſti. *Non æquanda eſt mulieribus cunctis quæ genuit Maieſtatem plurimum à cæteris differentem: Natura communicauit, non culpa.*

---

## XXXVI. GERON ET MELAS.

*Inſtitutio bona & mala.*

EVDICVS in Heſtiæotide fontes duos tradit eſſe, Geronem, ex quo bibentes oues nigras fieri,

Melan, ex quo albas, ex vtroque autem varias. Plin. Nat. hiſt. lib. 31. cap. 11.

### APODOSIS.

Bona inſtitutio candidos, praua improbos facit, miſcellanea verſipelles: Quamobrem magnæ curæ eſſe debet recta iuuentutis inſtitutio, idq; à teneris, vt herbeſcens ætas in bonam frugem adoleſcat:

*Principijs obſta: ſero medicina paratur,*
*Cum mala per longas inualuere moras:*
*Sed propera, nec te venturas differ in horas:*
*Maius opus mores compoſuiſſe ſuos.* Ouid.

---

## XXXVII. AQVA CICERONIANA.

*Vnus lucet vtrique.*

DIGNA memoratu villa eſt, ab Auerno lacu Puteolos tendentibus impoſita littori, celebrata porticu ac nemore, quam & vocabat Marcus Cicero Academiam, ab exemplo Athenarum, ibi compoſitis voluminibus eiuſdem nominis, in qua & monumentum ſibi inſtaurauerat, ceu vero non in toto orbe terrarum feciſſet. Huius in parte prima exiguo poſt obitum ipſius, Antiſtio Vetere poſſidente, erupetunt fontes calidi, perquam ſalubres oculis, quos Laureas Tullius ſuis carminibus celebrauit. Plin. lib. 31. c. 2.

### APODOSIS.

Laureas ille Tullius, Ciceronis libertus, Græcis, & Latinis litteris eruditus, alluſionem fecit huius fontis, à luce corporis, ad lucem animi. Iſtas nempe aquas oculis ſalutares, ſymbolum eſſe ingenij Ciceroniani, cuius libri, & monumenta tenebras animi diſpellerent. Plinius carmen affert Laureæ, dignum (inquit) vbique, & non ibi tantum legi:

*Quo tua Romanæ vindex clariſſime linguæ,*
*Sylua loco melius ſurgere iuſſa viret,*

Atque

*Atque Academia celebratam nomine Villam,*
*Nunc reparat cultu ſub potiore Vetus:*
*Hic etiam apparent lymphæ non ante repertæ,*
*Languida quæ infuſo lumina rore leuant.*
*Nimirum locus ipſe ſui Ciceronis honori*
*Hoc dedit, hac fontes cum patefecit ope.*
*Vt quoniam totum legitur ſine fine per orbem,*
*Sint plures oculis quæ medeantur aquæ,*

---

## XXXVIII. CYZICI FONS.

*Euchariſtia permotionum remedium.*

CYZICI fons amorem Veneris tollit. Iſid. orig. lib. XIII. c. XIII.

APODOSIS.

Sanguis Chriſti potentiſſimus ad omnes impuri amoris, & cæterarum permotionum flammas reſtinguendas. D. Bern. *Si quis veſtrum non tam ſæpe modo, non tam acerbos ſentit iracundiæ motus, inuidiæ, luxuriæ, aut cæterarum huiuſmodi, gratias agat corpori & ſanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in eo, & gaudeat quod peſſimum vlcus accedat ad ſanitatem.*

In idem fermè argumentum cadit

Telum Cupidinis in templo Dianæ Epheſiæ, pendens in vacuo. *Telum Cupidinis in templo Dianæ Epheſiæ.*

In Virtutis enim, & Caſtitatis regno quæ per Dianam ſignificatur; Amor terrenus locum nullum inuenit, in quo defigatur: *Nihil quod lædat habet.*

---

## XXXIX. CLITOR FLVVIVS.

*Collegium nobile.*

MNASEAS Patrenſis in Periplo ſcribit, Clitoris fluuij piſces vocales eſſe. τοὺς ἐν Κλείτορι ποταμῷ ἰχθύας φθέγγεσθαι. Athen. lib. 8. p. 331.



Digitized by Google

APODOSIS.

Clitor fluuius vocales piſces efficit, & nobilis eloquentiæ Academia, eos, qui prius infantiſſimi erant, facit eloquentes.

*O mutis quoque piſcibus.*
*Donatura Cycni, ſi libeat modum.*

Hor. od. 3. car. l. 4.

## XL. FONS CVPIDINIS.

*Amor cœleſtis.*

CYZICI fons Cupidinis vocatur, ex quo potantes amorem deponere Mutianus credit. Plin. lib. 31. cap. 11.

APODOSIS.

*Cupido cœleſtis.*

Terrenas cupiditates ponunt, qui ſe puro lauacro pœnitentiæ abluunt, & cœleſtis Cupidinis facibus inflammantur. Is eſt de quo Marianus Scholaſticus Antholog. 4.

Οὐκ ἀπὸ πανδήμου ξεῖνε Κύπριδος, οὐκ ἀπὸ γαίης
　Εἰμὶ, καὶ ὑλαίης ἔκγονος εὐφροσύνης
Ἀλλ' ἐγὼ ἐς καθαρὰν μερόπων φρένα πυρσὸν ἀνάπτω
　Εὐμαθίης, ψυχὴν δ' οὐρανὸν εἰσανάγω.
Ἐκ δ' ἀρετῶν στεφάνοις πισύρων πλέκω, ὧν ἀφ' ἑκάστης
　Τοῖσδε φέρων πρώτῳ τῆς σοφίης στέφομαι.

*Non ex vulgiuaga hoſpes Venere, non è terra*
　*Sum, & corporeæ ſoboles lætitiæ.*
*Sed ego in pura hominum mente facem accendo*
　*Doctrinæ, animamque ad cœlum perduco.*
*Ex quatuor enim virtutibus coronas texo, & ex*
　*Singulis decerpens primâ ſapientiæ coronor.*

## XLI. FONS EPIRI.

*Eloquentia.*

IN Epiro eſſe ferunt fontem, in quo faces extinguuntur accenſæ, & accenduntur exſtinctæ. Iſidorus

dorus ſic, *Eloquentia frigidos inflammat, accenſos reſtinguit.*

APODOSIS.

Huius eſt languentis populi incitatio, & effrenati moderatio. eadem facultate, & fraus hominum ad perniciem, integritas ad ſalutem, vocatur. Cic. 2. de Oratore. Accedit authoritas Pindari.

Καὶ τὸν αἰχματὰν κεραυνὸν σβεννύεις
Ἀενάου πυρός. πυθ. ὠδ. α.

---

## XLII. GALLVS.

*Ne quid nimis.*

GALLVS Phrygiæ fluuius (ſi modicè bibas) medetur corporis malis, ſi immodicè lymphatum animum agit. Plin.

APODOSIS.

Μέτρον ἄριστον.
*Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,*
*Quos extra citraque nequit conſiſtere rectum.*

Hor Satyr. 2. Suus cuique modus eſt, tamen magis oſtendit nimium quam parum. Cicero de Oratore. in quo conſentiunt cum vetere Phocyllidis dicto:

Πάντων μέτρον ἄριστον ὑπερβασίαι δ' ἀλεγειναί.
Μέτρῳ μὲν φαγέειν, πίνειν, καὶ μυθολογεύειν.
*Omnium menſura optima, exceſſus damnoſi.*
*Cum menſura commede, & bibe, & loquere.*

---

## XLIII. GNIDES AMNIS.

*Virtus vnita.*

CYRVS Gnidem amnem, qui vnum ex eius equis abſorpſerat, minatus ita reſtrinxit, vt in trecentos ſexaginta riuos diduceret, ex quo celebris amnis amplitudo conciſa eſt. Herod. lib. 1.

APODOSIS.

Nimia propagatione, & conciſione magnarum plerumque rerum minuitur claritas.



Digitized by Google

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη Plutarchus in Antonio: quamobrem cum ab Aruntio & Ateio actum eſſet in Senatu ſub Tiberio, an ob moderandas Tiberis exundationes verterentur flumina & lacus, per quos augeſcit, Itum eſt in hanc ſententiam: *Optime rebus mortalium conſuluiſſe naturam, quæ ſua ora fluminibus, ſuos curſus atque originem, ita fines dederit. ipſum Tiberim nolle prorſus accolis fluuijs orbatum minore gloria fluere.* Cornel. Tacit. annal. lib. 1.

## XLIV. FONS INDIAE AVREVS.

*Beatitudo poſt fata.*

EST fons in India, vnde hauritur aurum fictilibus, quod ſtatim concreſcit, nec eo quiſquam potitur, niſi frangat fictile. Phot. in biblioth. pag. 68. initio.

APODOSIS.

Fictile eſt corpus humanum, aurea verò beatitudo, cuius delicijs non eſt alia ratione frui, niſi ex iſtis compagibus exceſſerimus.

*Felix qui potuit grauis*
*Terræ ſoluere vincula,*
*Felix qui potuit boni*
*Fontem viſere lucidum.*
*Ite nunc fortes vbi celſa magni*
*Ducit exempli via Cur inertes*
*Terga nudatis? ſuperata tellus*
*Sidera donat.*

Boët. Metr. 20. l. 3. & 7. l. 6.

## XLV. FONS INDIAE AVREVS ET FERREVS.

*Eloquentia perfectorum.*

I.

FONS eſt quadratus in India vnius vlnæ altitudinis, latitudinis verò ſexdecim cubitorum. Ex

eo pri-

eo primum quidem aurum fictilibus hauritur: Deinde ferrum educitur, ſed ferrum omni auro præſtantius, quod in terram depactum nebulas, & grandines turbineſque compeſcit. Ex eo ferro ſe duos gladios habuiſſe memorat Cteſias in Indicis.

APODOSIS.

Primum quidem auro proludit adoleſcentum eloquentia, inter Epidictici generis blandimenta, & delicias enutrita: Mox vbi iuuenari deſijt, ferreis armis pugnat, hoc eſt, vi quadam ineluctabili, qua hominum impotentes, & furioſos ſedat affectus, mentemque ſerenitate perfundit. Talis eſt magiſtra ſummorum oratorum eloquentia.

*Det primos verſibus annos,*
*Mæoniumque bibat felici pectore fontem,*
*Mox & Socratico plenus grege mutat habenas*
*Liber & ingentis quatiat Demoſthenis arma.*
*Hinc Romana manus circumfluat: Et modo Graio*
*Exonerata ſono mutet ſuffuſa ſaporem,*
*Interdum ſubducta foro det pagina curſum,*
*Et fortuna ſonet celeri diſtincta meatu.*
*Dein pugnas, & bella truci memorata canoro.*
*Grandiaque indomiti Ciceronis verba minetur.*
*His animum ſuccinge bonis ſic flumine largo*
*Plenus, Pierio defundes pectore verba.*

Petron. Arbiter.

---

## XLVI. FONS INSVLAE SAXOSAE.

*Virtus initio difficilis.*

STRABO lib. XVI. memorat non procul à Laodiceæ littoribus inſulam eſſe ſaxoſam, quæ tamen incolas habeat non paucos, fontemque ibi eſſe tradit, in quem immerſa vaſa hauriendæ aquæ cauſa ſalſam primo hauſtu trahunt, eamque maritimam: reliquo autem hauſtu dulcem, & potabilem.



Digitized by Google

APODOSIS.

Initia plerumque aſpera iucundos exitus ſortiuntur. Virtus initio difficilis, dura, auſtera: mox tanta iucunditate ſenſus perfundit, vt mella, roſas, & balſama ſpirare videatur.

Θαῤῥεῖν χρὴ, φίλε Βάττε, τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον. Theocritus.

## XLVII. FONTES FORTVNATARVM INSVLARVM ANTISTROPHI.

*Antidota, veritas, & error.*

POMPONIVS Mela inſigniter tradit eſſe in Fortunatis inſulis ſingularem duorum fontium naturam, ex altero qui guſtauerit, riſu ſoluitur in mortem, at verò affectis remedium eſt ex altero bibere.

APODOSIS.

Error, & veritas his fontibus ſignificantur, quorum ille necat mortifero planè poculo, niſi ſe, ſuumque liquorem limpidiſſimum veritas inſtillet. Athanaſius in Apologia ad Conſtantium, ῥόπαλόν ἐστιν ἡ διαβολὴ, καὶ μάχαιρα καὶ τόξευμα ἀκίδωτον, ὥς εἶπε Σολομῶν, καὶ ταῦτα μόνη ἡ ἀλήθεια ἰᾶσθαι δύναται.

## XLVIII. HYPANIS.

*Voluptatis, γλυκύπικρον.*

HERODOTVS lib. 4. ſcribit Hypanim è fontibus, quinque dierum via exilem profluere, ac dulcem. Deinde poſt aliorum quatuor dierum iter perquam amarum, Athe. lib. 2. pag. 43.

APODOSIS.

*Amores celeriter deflorescunt. Cic.*

Voluptas initio mellea, aceſcit ad extremum. *Amores enim & deliciæ*, quod ait M. Tullius pro Cœlio, & 2. de orat. *maturè & celeriter deflorescunt & in omnibus rebus voluptatibus maximis faſtidium finitimum eſt.*

OSI-

Ὃς δ' ἐπτραπέζαις, *Qui autem in menſis*
Ἐπορεξάμενος *Porrecta manu*
Μειλιχρῶν ἔθιγεν, *Epulas dulces attigit,*
Ἦ μέγα κλαύσει, *Eum valde ſanè pœnitebit*
Πικρὰν μερίδα, *Acerbæ potionis,*
Τῶν ἀντιξόων *Contrarijs ponderibus,*
Συναφελκομένων *Eum detrahentibus.*
Ὁ δὲ γὰρ χθονίας *Hæc enim terrenæ*
Θεσμὸς ἀνάγκας *Lex neceſſitatis*
Διχόθεν θνατοῖς *Binis ex crateribus mortalibus*
Βίον οἰνοχοεῖ. *Vitam fundit.*

Boëtius lib. 3. metro. 7.

*Habet omnis hoc voluptas,*
*Stimulis agit furentes,*
*Apiumque par volantum*
*Vbi grata mella fudit,*
*Fugit, & nimis tenaci*
*Ferit icta corda morſu.*

Dignus eſt, inquit Epictetus, deorum conuiua, qui rebus creatis moderatè vtitur; qui verò licitas etiam voluptates contemnit, non iam conuiua Dei eſt, ſed Dei conſors, ἂν δὲ παρατεθέντων σοὶ μὴ λάβῃς ἀλλ' ὑπερίδῃς τότε οὐ μόνον συμπότης τῶν θεῶν ἔσῃ, ἀλλὰ καὶ συνάρχων. Epict. Arr. cxx. *Creaturis bene vtendum.*

## XLIX. HIMERÆVS.

*Conſuetudinis vis.*

HIMERÆVM fluuium cœleſtes mutant plagæ, amarus ſiquidem eſt, dum in Aquilonem fluit, dulcis, vbi ad meridiem flectitur, Solin. Polyhiſtor. p. 36. edit. Lugd.

APODOSIS.

Talis plerumque hominum vita, qualis eſt conuerſationis, & exemplorum via, conſuetudo, & regionum mores. *Quantum conſuetudo poſſit* (inquit Seneca) *intelliges ſi videris feras quoque conuictu no-*



Digitized by Google

Τῶν δὲ ἐλευθερίων τεχνῶν ἰατρικὴ τὸ μὲν γλαφυρὸν, καὶ περιττὸν, καὶ ἐπιτερπὲς οὐδεμιᾶς ἐνδεέστερον ἔχει, διωρητικὸν δὲ μέγα τοῖς φιλομαθοῦσι τὴν σωτηρίαν, καὶ τὴν ὑγίειαν. Plutarch. de præcept. ſanit.

## XXIX. ALBVLA.

*Virtus ſeuera inprimis, poſtea facilis.*

ALBVLA, Romanorum aqua, argentea perſpicuitate ingredientibus quidem frigida, artubus infert horrorem; poſtmodum tam leniter calefacit ac ſi potionem calidam ebibiſſent, qui eadem ſe abluunt. Strabo.

APODOSIS.

Virtus prima fronte aſpera videtur imperitis, fortibus verò athletis nihil manſuetius

*Aſpera principio (nec enim mihi fallere mos eſt)*
*Proſequitur labor; ad nitendum intrare volenti.*
*——mox celſus ab alto*
*Infra te cernes hominum genus.*

Sil. Italicus lib. XV.

## XXX. FONS ALEXANDRI.

*Victoria cum labore.*

ALEXANDRO caſtra ad Oxum flumen metante, atque in Sogdianos mouente, non procul à Regis tabernaculo gemini fontes exorti. Alter aquâ, alter oleo fluxit. Conſultis vatibus, Ariſtander reſpondit, Olei fontem, laborem quidem, ſed, & victoriam promittere.

APODOSIS.

*Fons Chriſti. Oroſ. lib. 6.*

Obſeruatione dignum eſt, quòd idipſum in Domini noſtri natali contigit. Nam vt notat Oroſius, fons viâ Tranſtiberinâ toto die fluxit oleo. Portendebantur illi videlicet labores, quos Chriſtus toto vitæ curſu, pro noſtra ſalute exantlauit, & ærumnoſiſſimo

tiſſimo omnium ſupplicio finiuit, ex quibus miſeri-cordia largius fluxit in terras effuſa.

*Nec cedite curis.*

*Virtuti damnoſa quies, nullumq; coronæ*
*In ſtadio ſecurus honor: ſua gloria forti*
*Cauſſa laboris erit, ruruſq; ad gaudia miles*
*Cui pax ſola fuit, victoria ſemen ab hoſte*
*Accipit.* Arat. Diacon. l. 1. in Acta Apoſtol.

*Gloria cauſa laboris eſt.*

*Arat. Diacon. lib. 1.*

## XXXI. APVSCIDAMVS.

*Religio.*

APVSCIDAMVS lacus eſt Africæ, in quo omnia exſtant, nihil mergitur. Pl. lib. 31. c. 2.

APODOSIS.

Religio, & cœleſtis philoſophia eminentes animas, in hoc rerum humanarum ſalo, ſupra cupiditates ſtatuit, ſi diligenter excolatur:

*Hic ſecura quies & neſcia fallere vita,*
*Hic patiens operum, paruoq; aſſueta iuuentus,*
*Sacra Deûm, ſanctique patres, extrema per illos*
*Iuſtitia excedens, terris veſtigia fecit.*
*Me vero primum ſacratæ ante omnia Muſæ*
*Quarum ſacra fero ingenti perculſus amore,*
*Accipiant, cœlique vias & ſidera monſtrent.*

Liceat enim de hac vita Maronis ore loqui.

## XXXII. ASBAMAEA AQVA.

*Voluptas.*

HAEC fidem ſeruantibus dulcis, & aſpectu placida periurijs, & inſidijs infeſta: epota namque oculos, pedes, ac manus peierantium inuadit, puſtulis, ac vomicis totum corpus inquinans, neque illinc diſcedunt, ſed ad aquam ſuam deplorant calamitatem. Philoſt. in vita Apoll. lib. 1. c. 4. p. 7.

APODOSIS.

Voluptas honeſta, vtentibus ſuauis, mala, è contrario

trario fruentibus pernicioſa; quæ cum ſemel inuaſit in corpora, quibus ſordibus oppleta non inquinat, quibus vitijs animum non inficit? ad ſummum vltricis conſcientiæ furias, ſqualorem, & mœſtitiam ſuis amatoribus, præclarum relinquit authoramentum. ὃς ἢ μειλιχρῶν ἔδιγεν, ἢ μέγα κλαύσει, Syneſ.

## XXXIII. ASPHALITES.

*Mundus.*

IN Aſphalite lacu Iudææ nihil mergi poteſt quicquam animam habens, Iſid. orig. lib. XIII. c. XIII.

APODOSIS.

Aſphalites vorago eſt mundi, & vanitatis, quæ permultos quidem abſorbet, in eos tamen nihil iuris habet, qui animam habent, hoc eſt, prudentiam Chriſti, vel Charitatem, qua omnes animantur actiones.

*Sunt etenim pennæ volucres pijs*
*Quæ celſa conſcendant poli,*
*Quas ſibi cum velox mens induit,*
*Terras peroſa deſpicit.*

Et Syneſius hym.

Μάκαρ ὅστις βορὸν ὕλας
Προφυγὼν ὕλαγμα, καὶ γᾶς,
Ἀναδὺς ἅλματι κούφῳ
Βυθὸν εἶδεν θεοφιλαμπῆ.
*Fœlix qui voracem hylæ*
*Latratum fugiens, & terræ,*
*Emicans ſaltu celeri*
*Profunditatem vidit diuinitus fulgentem.*

## XXXIV. BOEOTIAE LACVS.

*Vinum immodicum, fomes libidinis.*

BOEOTICAE lacus furialis eſt, de quo qui biberit, facibus libidinis exardeſcit. Iſidor. orig. l. XIII. cap. XIII.

APO-

### APODOSIS.

Vinum, οἶνος μαινόλης vt appellatur à D. Greg. Nazianz. Bœotiæ lacus eſt, qui flammas ſuccendit libidinis. D. Hieron. lib. II. aduerſus Iouinianum c. 6 *Eſus & potus vini, ventriſque ſaturitas, ſeminarium libidinis eſt.* Nec immeritò ab Ariſtophane apud Athenæum, lib. 10. nominatur *lac Veneris*, & à Pontiano, *Malorum omnium Metropolis*; ἀφροδίτης γάλα πάντων δεινῶν μητρόπολις.

*Vinum lac Veneris, ab Athenæo. malorũ omnium metropolis, à Pontiano.*

---

## XXXV. FONS BRIELII.

*Dulcis inter amara.*

### *VIRGO MARIA.*

QVOD in Hollandia accidit, vrbe Brielio, valdè memorabile eſt. vrbs eſt in inſula, in qua nulla prorſus aqua dulcis in puteis, alijſue ſcaturiginibus inueniri poteſt, & quanta vis adhibeatur, omnis opera perditur: vbique enim, tamen in vrbe ipſa, quàm per inſulam omnem, potabilis aqua reperiri nullâ ratione poteſt: fecit tamen natura fontem dulcem, ad quem ponticulo eſt aditus, vnde vrbs toto ſibi vſum aquæ parat, cùm tamen circa hunc fontem foueæ & putei omnes ſalſam contineant, vt memorat Georg. Bruin, in Brielio.

### APODOSIS.

Maria Virgo ſola in hac inquinati generis humani maſſa, pura permanſit. Cyprian. in ſerm. de Natiuitate Chriſti. *Non æquanda eſt mulieribus cunctis quæ genuit Maieſtatem plurimum à cæteris differentem: Natura communicauit, non culpa.*

---

## XXXVI. GERON ET MELAS.

*Inſtitutio bona & mala.*

EVDICVS in Heſtiæotide fontes duos tradit eſſe, Geronem, ex quo bibentes oues nigras fieri,

Melan, ex quo albas, ex vtroque autem varias. Plin. Nat. hiſt. lib. 31. cap. 11.

### APODOSIS.

Bona inſtitutio candidos, praua improbos facit, miſcellanea verſipelles: Quamobrem magnæ curæ eſſe debet recta iuuentutis inſtitutio, idq; à teneris, vt herbeſcens ætas in bonam frugem adoleſcat:

*Principijs obſta: ſero medicina paratur,*
*Cum mala per longas inualuere moras:*
*Sed propera, nec te venturas differ in horas:*
*Maius opus mores compoſuiſſe ſuos.* Ouid.

## XXXVII. AQVA CICERONIANA.

*Vnus lucet vtrique.*

DIGNA memoratu villa eſt, ab Auerno lacu Puteolos tendentibus impoſita littori, celebrata porticu ac nemore, quam & vocabat Marcus Cicero Academiam, ab exemplo Athenarum, ibi compoſitis voluminibus eiusdem nominis, in qua & monumentum ſibi inſtaurauerat, ceu vero non in toto orbe terrarum feciſſet. Huius in parte prima exiguo poſt obitum ipſius, Antiſtio Vetere poſſidente, eruperunt fontes calidi, perquam ſalubres oculis, quos Laureas Tullius ſuis carminibus celebrauit. Plin. lib. 31. c. 2.

### APODOSIS.

Laureas ille Tullius, Ciceronis libertus, Græcis, & Latinis litteris eruditus, alluſionem fecit huius fontis, à luce corporis, ad lucem animi. Iſtas nempe aquas oculis ſalutares, ſymbolum eſſe ingenij Ciceroniani, cuius libri, & monumenta tenebras animi diſpellerent. Plinius carmen affert Laureæ, dignum (inquit) vbique, & non ibi tantum legi:

*Quo tua Romanæ vindex clariſſime linguæ,*
*Sylua loco melius ſurgere iuſſa viret,*

Atque

*Atque Academia celebratam nomine Villam,*
*Nunc reparat cultu ſub potiore Vetus:*
*Hic etiam apparent lymphæ non ante repertæ,*
*Languida quæ infuſo lumina rore leuant.*
*Nimirum locus ipſe ſui Ciceronis honori*
*Hoc dedit, hac fontes cum patefecit ope.*
*Vt quoniam totum legitur ſine fine per orbem,*
*Sint plures oculis quæ medeantur aquæ,*

---

## XXXVIII. CYZICI FONS.

*Euchariſtia permotionum remedium.*

CYZICI fons amorem Veneris tollit. Iſid. orig. lib. XIII. c. XIII.

APODOSIS.

Sanguis Chriſti potentiſſimus ad omnes impuri amoris, & cæterarum permotionum flammas reſtinguendas. D. Bern. *Si quis veſtrum non tam ſæpe modo, non tam acerbos ſentit iracundiæ motus, inuidiæ, luxuriæ, aut cæterarum huiuſmodi, gratias agat corpori, & ſanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in eo, & gaudeat quod peſſimum vlcus accedat ad ſanitatem.*

In idem fermè argumentum cadit

Telum Cupidinis in templo Dianæ Epheſiæ, pendens in vacuo. *Telum Cupidinis in templo Dianæ Epheſiæ.*

In Virtutis enim, & Caſtitatis regno quæ per Dianam ſignificatur; Amor terrenus locum nullum inuenit, in quo defigatur: *Nihil quod lædat habet.*

---

## XXXIX. CLITOR FLVVIVS.

*Collegium nobile.*

MNASEAS Patrenſis in Periplo ſcribit, Clitoris fluuij piſces vocales eſſe. τοὺς ἐν Κλείτορι ποταμῷ ἰχθύας φθέγγεσθαι. Athen. lib. 8. p. 331.



Digitized by Google

APODOSIS.

Clitor fluuius vocales piſces efficit, & nobilis eloquentiæ Academia, eos, qui prius infantiſſimi erant, facit eloquentes.

*O mutis quoque piſcibus.*
*Donatura Cycni, ſi libeat modum.*

Hor. od. 3. car. l. 4.

## XL. FONS CVPIDINIS.

*Amor cœleſtis.*

CYZICI fons Cupidinis vocatur, ex quo potantes amorem deponere Mutianus credit. Plin. lib. 31. cap. 11.

APODOSIS.

*Cupido cœleſtis.*

Terrenas cupiditates ponunt, qui ſe puro lauacro pœnitentiæ abluunt, & cœleſtis Cupidinis facibus inflammantur. Is eſt de quo Marianus Scholaſticus Antholog. 4.

Οὐκ ἀπὸ πανδήμου ξεῖνε Κύπριδος, οὐκ ἀπὸ γαίης
Εἰμὶ, καὶ ὑλαίης ἔκγονος εὐφροσύνης
Ἀλλ' ἐγὼ ἐς καθαρὰν μερόπων φρένα πυρσὸν ἀνάπτω
Εὐμαθίης, ψυχὴν δ' οὐρανὸν εἰσανάγω.
Ἐκ δ' ἀρετῶν στεφάνοις πισύρων πλέκω, ὧν ἀφ' ἑκάστης
Τοῖσδε φέρων πρώτῳ τῆς σοφίης στέφομαι.

*Non ex vulgiuaga hoſpes Venere, non è terra*
*Sum, & corporeæ ſoboles lætitiæ.*
*Sed ego in pura hominum mente facem accendo*
*Doctrinæ, animamque ad cœlum perduco.*
*Ex quatuor enim virtutibus coronas texo, & ex*
*Singulis decerpens primâ ſapientiæ coronor.*

## XLI. FONS EPIRI.

*Eloquentia.*

IN Epiro eſſe ferunt fontem, in quo faces extinguuntur accenſæ, & accenduntur extinctæ. Iſidorus

dorus ſic, *Eloquentia frigidos inflammat, accenſos reſtinguit.*

APODOSIS.

Huius eſt languentis populi incitatio, & effrenati moderatio. eadem facultate, & fraus hominum ad perniciem, integritas ad ſalutem, vocatur. Cic. 2. de Oratore. Accedit authoritas Pindari.

Καὶ τὸν αἰχματὰν κεραυνὸν σβεννύεις
Αἰγὰν πυρός. πυθ. ὠδ. α.

## XLII. GALLVS.

*Ne quid nimis.*

GALLVS Phrygiæ fluuius (ſi modicè bibas) medetur corporis malis, ſi immodicè lymphatum animum agit. Plin.

APODOSIS.

Μέτρον ἄριστον.
*Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,*
*Quos extra citraque nequit conſiſtere rectum.*

Hor Satyr. 2. Suus cuique modus eſt, tamen magis oſtendit nimium quam parum. Cicero de Oratore. in quo conſentiunt cum vetere Phocyllidis dicto:

Πάντων μέτρον ἄριστον ὑπερβασίαι δ' ἀλεγειναί.
Μέτρῳ μὲν φαγέιν, πίνειν, καὶ μυθολογεύειν.
*Omnium menſura optima, exceſſus damnoſi.*
*Cum menſura commede, & bibe, & loquere.*

## XLIII. GNIDES AMNIS.

*Virtus vnita.*

CYRVS Gnidem amnem, qui vnum ex eius equis abſorpſerat, minatus ita reſtrinxit, vt in trecentos ſexaginta riuos diduceret, ex quo celebris amnis amplitudo conciſa eſt. Herod. lib. 1.

APODOSIS.

Nimia propagatione, & conciſione magnarum plerumque rerum minuitur claritas.



Digitized by Google

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη Plutarchus in Antonio: quamobrem cum ab Aruntio & Arcio actum eſſet in Senatu ſub Tiberio, an ob moderandas Tiberis exundationes verterentur flumina & lacus, per quos augeſcit, itum eſt in hanc ſententiam: *Optime rebus mortalium conſuluiſſe naturam, quæ ſua ora fluminibus, ſuos curſus atque originem, ita fines dederit. ipſum Tiberim nolle prorſus accolis fluuijs orbatum minore gloria fluere.* Cornel. Tacit. annal. lib. 1.

## XLIV. FONS INDIAE AVREVS.

*Beatitudo poſt fata.*

EST fons in India, vnde hauritur aurum fictilibus, quod ſtatim concreſcit, nec eo quiſquam potitur, niſi frangat fictile. Phot. in biblioth. pag. 68. initio.

### APODOSIS.

Fictile eſt corpus humanum, aurea verò beatitudo, cuius delicijs non eſt alia ratione frui, niſi ex iſtis compagibus exceſſerimus.

*Felix qui potuit grauis*
*Terræ ſoluere vincula,*
*Felix qui potuit boni*
*Fontem viſere lucidum.*
*Ite nunc fortes vbi celſa magni*
*Ducit exempli via Cur inertes*
*Terga nudatis? ſuperata tellus*
*Sidera donat.*

Boët. Metr. 20. l. 3. & 7. l. 6.

## XLV. FONS INDIAE AVREVS ET FERREVS.

*Eloquentia perfectorum.*

FONS eſt quadratus in India vnius vlnæ altitudinis, latitudinis verò ſexdecim cubitorum. Ex eo pri-

eo primum quidem aurum fictilibus hauritur: Deinde ferrum educitur, ſed ferrum omni auro præſtantius, quod in terram depactum nebulas, & grandines turbineſque compeſcit. Ex eo ferro ſe duos gladios habuiſſe memorat Cteſias in Indicis.

APODOSIS.

Primum quidem auro proludit adoleſcentum eloquentia, inter Epidictici generis blandimenta, & delicias enutrita: Mox vbi iuuenari deſijt, ferreis armis pugnat, hoc eſt, vi quadam ineluctabili, qua hominum impotentes, & furioſos ſedat affectus, mentemque ſerenitate perfundit. Talis eſt magiſtra ſummorum oratorum eloquentia.

*Det primos verſibus annos,*
*Mæoniumque bibat felici pectore fontem:*
*Mox & Socratico plenus grege mittat habenas*
*Liber & ingentis quatiat Demoſthenis arma.*
*Hinc Romana manus circumfluat: Et modo Graio*
*Exonerata ſono mutet ſuffuſa ſaporem,*
*Interdum ſubducta foro det pagina curſum,*
*Et fortuna ſonet celeri diſtincta meatu.*
*Dein pugnas, & bella truci memorata canoro.*
*Grandiaque indomiti Ciceronis verba minetur.*
*His animum ſuccinge bonis ſic flumine largo*
*Plenus, Pierio defundes pectore verba.*

Petron. Arbiter.

## XLVI. FONS INSVLAE SAXOSAE.

*Virtus initio difficilis.*

STRABO lib. XVI. memorat non procul à Laodiceæ littoribus inſulam eſſe ſaxoſam, quæ tamen incolas habeat non paucos, fontemque ibi eſſe tradit, in quem immerſa vaſa hauriendæ aquæ cauſa ſalſam primo hauſtu trahunt, eamque maritimam: reliquo autem hauſtu dulcem, & potabilem.



Digitized by Google

APODOSIS.

Initia plerumque aſpera iucundos exitus ſortiuntur. Virtus initio difficilis, dura, auſtera: mox tanta iucunditate ſenſus perfundit, vt mella, roſas, & balſama ſpirare videatur.

Θαρσεῖν χρὴ, φίλε Βάττε, τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον. Theocritus.

## XLVII. FONTES FORTVNATARVM INSVLARVM ANTISTROPHI.

*Antidota, veritas, & error.*

POMPONIVS Mela inſigniter tradit eſſe in Fortunatis inſulis ſingularem duorum fontium naturam, ex altero qui guſtauerit, riſu ſoluitur in mortem, at verò affectis remedium eſt ex altero bibere.

APODOSIS.

Error, & veritas his fontibus ſignificantur, quorum ille necat mortifero planè poculo, niſi ſe, ſuumque liquorem limpidiſſimum veritas inſtillet. Athanaſius in Apologia ad Conſtantium, ῥόπαλόν ἐστιν ἡ διαβολὴ, καὶ μάχαιρα καὶ τόξευμα ἀκίδωτον, ὥς εἶπε Σολομῶν, καὶ ταῦτα μόνη ἡ ἀλήθεια ἰᾶσθαι δύναται.

## XLVIII. HYPANIS.

*Voluptatis*, γλυκύπικρον.

HERODOTVS lib. 4. ſcribit Hypanim è fontibus, quinque dierum via exilem profluere, ac dulcem. Deinde poſt aliorum quatuor dierum iter perquam amarum, Athe. lib. 2. pag. 43.

APODOSIS.

*Amores celeriter deflorescunt. Cic.*

Voluptas initio mellea, aceſcit ad extremum. *Amores enim & deliciæ*, quod ait M. Tullius pro Cælio, & 2. de orat. *maturè & celeriter deflorescunt & in omnibus rebus voluptatibus maximis faſtidium finitimum eſt.*



Digitized by Google

| | |
|---|---|
| Ὃς δ' ἐτραπέζας, | *Qui autem in menſis* |
| Ἐπορεξάμενος | *Porrecta manu* |
| Μειλιχρῶν ἔθιγεν, | *Epulas dulces attigit,* |
| Ἡ μέγα κλαύσει, | *Eum valdè ſanè pœnitebit* |
| Πικρὰν μοῖραν, | *Acerba potionis,* |
| Τῶν ἀντίξων | *Contrarijs ponderibus,* |
| Συντελουμένων | *Eum detrahentibus.* |
| Ὁ δὲ γὰρ χθονίας | *Hæc enim terrenæ* |
| Θεσμὸς ἀνάγκης | *Lex neceſſitatis* |
| Δισσῶν θνατοῖς | *Binis ex crateribus mortalibus* |
| Βίον οἰνοχοεῖ. | *Vitam fundit.* |

Boëtius lib. 3. metro. 7.

*Habet omnis hoc voluptas,*
*Stimulis agit furentes,*
*Apiumque par volantum*
*Vbi grata mella fudit,*
*Fugit, & nimis tenaci*
*Ferit icta corda morſu.*

Dignus eſt, inquit Epictetus, deorum conuiua, qui rebus creatis moderatè vtitur; qui verò licitas etiam voluptates contemnit, non iam conuiua Dei eſt, ſed Dei conſors, ἂν δὲ παραπεθέντων σοὶ μὴ λάβῃς ἀλλ' ὑπερίδῃς τότε οὐ μόνον συμπότης τῶν θεῶν ἔσῃ, ἀλλὰ καὶ συνάρχων. Epict. Arr. cxx. *Creaturis bene vtendum.*

---

## XLIX. HIMERÆVS.

*Conſuetudinis vis.*

HIMERÆVM fluuium cœleſtes mutant plagæ, amarus ſiquidem eſt, dum in Aquilonem fluit, dulcis, vbi ad meridiem flectitur, Solin. Polyhiſtor. p. 36. edit. Lugd.

APODOSIS.

Talis plerumque hominum vita, qualis eſt conuerſationis, & exemplorum via, conſuetudo, & regionum mores. *Quantum conſuetudo poſſit* ( inquit Seneca ) *intelliges ſi videris feras quoque conuictu no-*



Digitized by Google

*Feræ conſu-ctu man-ſueſcunt. Senec.*

*ſtro manſueſcere: nulliique immani beſtiæ vim ſuam permanere, ſi hominis contubernium diu paſſa eſt.* Senec. de ira l. 3. c. 8.

## L. NILVS.

*Rex benignus.*

VESPASIANVS cum recens auctus imperio luſtraret Ægyptum, fertur Ægyptijs pro concione dixiſſe, Haurite à me tanquam à Nilo. Philoſt. lib. v. cap. x. in vita Apollonij.

APODOSIS.

Nilus fluuiorum rex, & totius orbis nobiliſſimus, rectè vel ipſo Veſpaſiano interprete Reges ſignificat. vt enim ille in fœcundos Ægyptij agros reſtagnantibus exundat aquarum riuulis, ita illi toti in publicam ſeſe effundere debent vtilitatem. Talis fertur extitiſſe Manuel ille Commenus, qui in exemplum ſummæ liberalitatis dicitur: θάλασα φιλοδοξίας, ἐλέοις ἄβυσσος, τῷ προσηνεῖ τοῦ ἤθους εὐέντευκτος, καὶ τὴν βασίλειον ἀρετὴν ἀπαράμιλλος. *Mare magnificentiæ, abyſſus miſericordiæ, morum ſuauitate congreſſuque facilis, ſed regia virtute inimitabilis.*

## LI. FONTES OBLIVIONIS, ET MEMORIAE AD ORCHOMENON.

*In Gratijs valent obliuio & memoria.*

IN Bœotia, ad Trophonium Deum iuxta Orchomenon, duo ſunt fontes, quorum alter memoriam alter obliuionem affert, inde nominibus inuentis. Plin. lib. 31. cap. 2.

APODOSIS.

Orchomenos ſedes eſt gratiarum. In Gratijs autem duo ſpectabilia ſunt, obliuiſci ſi quid dederis, meminiſſe ſi quid acceperis. Ideò fontes obliuionis & me-

& memoriæ, ſunt in Gratiarum regno.

Nihil in amicitia odoſius quam exprobratio beneficiorum, vnde exclamat ille proſcriptus, & ſeruatus ab amico Cæſaris: *Redde me Cæſari, quouſque dices, ego te ſeruaui, ego te eripui morti?* Seneca lib. II. de Beneficijs.

Cadit etiam in doctrinam, & philoſophian cœleſtem, in qua duo ſpectare oporet, obliuiſci priores vanitates, & in præſentia ſeriò incumbere.

---

## LII. LACVS POLYCRITI.

*Theologiæ ſeu Philoſophia profunda immenſitas.*

POLYCRITVS rerum Sicularum ſcriptor, loco mediterraneo ſtagnum eſſe, ait, ambitu ſuo ſcutum nihil excedens, aqua reſplendente quidem, ſed turbulentiore nonnihil, in quem ſi quis lauandi gratia ingrediatur, in latum extendi, quod ſi iteret, amplius dilatari. Ariſt. de mirabil. auſcult.

### APODOSIS.

Talis eſt Laudatarum artium procreatrix Philoſophia, in ea quo plus progrediare, eo tibi laxior campus videbitur. Talis eſt Dei natura, qui vt ait D. Gregor. Nazian. orat. prima pag. 32. ἀποχωρεῖ ἀεὶ τοσοῦτον ὅσον καταλαμβάνεται. Tantum recedit, quantum capitur.

*——Exigua eſt vis*
*Humani ingenij tantoque anguſta labori.*
*Quippe minor natura aciem ſi intendere tentet*
*Acrius, ac penetrare Dei ſecreta ſupremi*
*Quis dubitet victo fragilem laſſeſcere viſu,*
*Vimque fatigatæ mentis ſub pectore paruo*
*Turbari inualidique hebetem ſuccumbere curis?*

Prudent. in Symmach. lib. 2.

LIII.

# LIII. SABBATIVS FLVVIVS ICON SABBATINAE QVIETIS.

## *Sabbatis quieſcendum.*

## ex Ioſepho & Elia Thesbite.

MIRACVLVM eſt Syriæ Sabbatius Fluuius, qui licet alijs diebus non interſiſtente vndarum curſu fluat vberius, ſingulis tamen ſabbatis quaſi diei religionem ſentiret, quieſcit, & exſiccatur. Hæc magni nominis Authores commemorant Ioſephus, & Plinius, quanquam nonnihil inter ſe diſcrepant: Iudaicus ſiquidem hiſtoricus indicat, eum interpoſitis ſex diebus à fontibus deficere, & ſiccum alueum ſpectantibus exhibere. Deinde quaſi nullâ mutatione factâ, ſeptimo die ſui ſimilem exoriri, non impetu quidem languidum, ſed plenius fluentem. Eius verba ſunt: πολὺς μὲν ὢν, ὅτε ῥεῖ, καὶ κατὰ τὴν φορὰν οὐ χωλεύων ἔπειτα δὲ πᾶς ἐκ τῶν πηγῶν ἐπιλείπων ἐξ ἡμερῶν ἀριθμὸν, ξηρὸν παραδίδωσιν ὁρᾶν τὸν τόπον εἶθ' ὥσπερ οὐδεμιᾶς γενομένης μεταβολῆς, ὅμοιος κατὰ τὴν ἑβδόμην ἐκδίδωσι. At Plinius contra breuiter & diſertè, *In Iudæâ riuus ſabbatis omnibus ſiccatur.* Quid igitur in hac ſcriptorum varietate definiemus? facit, vt Plinio magis aſſentiar primum inditi fluuio nominis ratio, quem antiqui Sabbatum & ſabbaticum nunquam nominaſſent, niſi Sabbatinæ quietis imaginem præ ſe tuliſſet. Deinde authoritas Eliæ Tesbitis Iudæi qui eiuſdem mentionem facit in lexico in voce *Sambation. Sambation*, inquit, *nomen eſt fluuij de quo dicunt, quod per ſingulos dies hebdomadis tanto impetu currat dempto Sabbato, vt lapides magnos moueat, nec vllo modo pertranſiri poſſit, ex quo ſapientes vocarunt eum Sabbaton ab eo quod ceſſet ſiue quieſcat in Sabbato.*

*Ioſephus de bello Iudaico. lib. 7. cap. 24.*

*Plin lib. 31. cap. 2.*

Conſentit quoque cum Thesbite Zabamus, qui hunc ipſum fluuium Gozam à veteribus nominatum ſcri-

ſcribit, quòd celeriter oculis ſurripiatur, atque id contingere Sabbato nemo Iudaicorum ſcriptorum, quos legerim, præter Ioſephum, diffitetur. Quod verò Elias illius quietis hanc cauſſam affert, *Decem tribus illic captiuas detineri, vt non poſſint exire inde, nec Sabbato, ne violent illud*, hæc ex tabulis Rabbinorum, & nugis, quas ipſe non probat.

APODOSIS.

Præclara hæc eſt imago quietis Sabbatinæ, ita in multis etiam fluminibus ſuorum veſtigia præceptorũ Deus impreſſit. Clamat D. Ignatius Martyr, Spiritus Sancti tuba, ἀλλ' ἕκαστος ὑμῶν σαββατιζέτω πνευματικῶς μελέτῃ νόμου χαίρων, οὐ σώματος ἀνέσει, δημιουργίαν Θεοῦ θαυμάζων, οὐκ ἔωλα καὶ χλιαρὰ πίνων, καὶ μεμετρημένα βαδίζων, καὶ ὀρχήσει, καὶ χοροῖς νοῦν οὐκ ἔχουσι χαίρων. Καὶ μετὰ τὸ σαββατίσαι ἑορταζέτω πᾶς φιλόχριστος, τὴν κυριακὴν τὴν ἀναστάσιμον τὴν βασιλίδα τὴν ὕπατον πασῶν ἡμερῶν. Hæc ille, ex quibus licet agnoſcere antiquorum in colendis diebus feſtis religionem, noſtrorum verò temporum deplorare impietatem quibus cæci mortales, quod erat pietatis, hoc totum laſciuiæ tribuerunt. *Vnuſquiſque veſtrum*, inquit, *Sabbatum colat, non corpore, ſed mente, ſacrarum legum gaudens meditatione, non corporis remiſſione, Dei ſcilicet opera admirans, non opiparis epulis, aut mollioribus poculis indulgens, vel etiam compoſito gradu incedens, aut ſaltationibus, aut choreis, in quibus nihil eſt bonæ mentis oblectatus. Poſt Sabbatum autem celebret quiſquis Chriſtum diligit, Diem Dominicum, diem reſurrectionis, myſterio dicatum, Regem, & Principem omnium dierum.*

*Dies Dominicus Rex & Princeps omnium dierum Ex Ignatio Martyre.*

---

## LIV. SALMACIS.

*Luxus.*

SALMACIS Fons in Caria, qui bibentes effœminat, vt fertur. Pompeius Feſtus: Salmacis nomine Nym-

Nympha, Cœli, & Terræ filia, fertur cauſa fontis Halicarnaſſi aquæ appellandæ fuiſſe Salmacidis, quam qui bibiſſet vitio impudicitiæ molleſceret; ob eam rem quod eius aditus anguſtatus parietibus, occaſionem largitur petulantibus iuuenibus accedentium puerorum, puellarumq; violandarum, quia non patet refugium.

APODOSIS.

Luxuriæ cauſa fruſtra in aerem, & aquam reijcitur. hanc enim facit πλοῦτος, καὶ ἡ περὶ τὰς διαίτας ἀκολασία. Strab. lib. XIV. p. CCCLI.

## LV. FONS SARDINIAE SOLIFVGAE REMEDIVM.

*Vulnus & ſalus.*

FONS eſt in Sardinia, qui contra venenum Solifugæ (eſt enim animantis eius morſus mortifer) à ſummo omnium opifice in remedium conditus, vt vbi oritur malum, ibi quoque inueniatur in promptu remedium, Solin. c. IX.

Cum permittit Deus mala graſſari, præſentia ſuggerit remedia. Sic furentibus noſtro ſæculo hæreticis, magna Eccleſiæ lumina oppoſuit, doctores Catholicos, qui flammeo diuini verbi gladio, totam illam transfugarum cateruam diuexare, & cædere non ceſſant, atque inſtillatum eorum pernicie virus ſalutaribus ſapientiæ, & virtutis remedijs auertere, vt inde & maior ſapientiæ lux, & virtutis ardor fidelibus accreſcat. Petron. Arbiter.

*Vnde datum eſt vulnus, contigit inde ſalus.*

## LVI. SELEMNVS AMNIS.

*Chriſti ſanguis permotiones ſanat.*

SELEMNVS amnis, amoris remedium; quo qui loti fuerint, cupiditatis obliuiſcuntur.

θυμφρονέειν καὶ ἀνδράσιν, καὶ γυναιξὶν ἐς ἔρωτος ἴαμα.
Pauſan. in Achaicis. p. 209.

APODOSIS.

Selemno longè nobilior, & ad impuri amoris flammas reſtinguendas efficacior Chriſti Domini ſanguis, qui, vt dictum eſt à D. Chryſoſtomo, regiam in nobis imaginem reformat.

## LVII. FONS SICVLVS.

*Pœnitentiæ ſymbolum.*

ARISTOTELES in admirandis, cap. 28. ſcribit, in Sicilia fontem eſſe vorticis forma, in quo aues ſuffocatæ, ſed & reliqua animantia vbi fuerint immerſa reuiuiſcunt.

APODOSIS,

O magiſtram Pœnitentiæ naturam! quid cum pœnitentia magis congruit? Eſt illa ferè fons Chriſti de latere exiliens, qui nos miſeros mortales toties lethalibus plagis affectos, toties examinatos reuocat ad vitam. D. Aug. lib. de Pœnitentia. *Pœnitentia languores ſanat, leproſos curat, mortuos ſuſcitat, ſanitatem auget, gratiam conſeruat, claudis greſſum, aridis copiam, cæcis reſtituit viſum, vitia fugat, virtutes exornat mentem vnit ac roborat.* *Pœnitentiæ vires.*

## LVIII. SIDES.

*Mundus.*

CTESIAS tradit Siden vocari Stagnum in India, in quo nihil innatet omnia, merguntur.

APODOSIS.

Corruptio rerum magna eſt, in qua raræ extant generoſæ animæ, auaritiæ, ambitionis, libidinis gurgite non immerſæ. *Plin. lib. 31. cap. 2.*

Appa-

*Apparent rara nantes in gurgite vaſto.*

Rectè de hac mundi corruptione cecinit Alcimus, Poëta Chriſtianus, qui vixit Clodouæi temporibus,

Poſt lapſum (inquit) primorum Parentum
*Ex tunc paulatim retro ſublapſa referri*
*Vita prior, cunctiſque malis laxarier orbis.*
*Et corrupta ſatis, dira pinguedine tellus*
*Lethali quædam ſuffudit germina ſucco.*

---

## LIX. SILARIS

### *Vitiorum ſtupor.*

DE Silari aquis hoc peculiare traditur: Planta ſi quæ in aquam eius conijciatur in ſaxum mutari, manente colore, formaq; iiſdem. Strab. lib. 5. p. 163. φυτὸν ἀπολιθοῦσθαι φυλάττον τὴν χρόαν, καὶ τὴν μορφήν.

APODOSIS.

*Homines ferrei, & lapidei ex D. Bernar.*

Cadit in ſtuporem improborum, qui vitio obcæcati omnem humanitatis ſenſum amiſerunt, & cum pectore lapidei ſint, & ferrei, ſpecie duntaxat homines videntur. *Cor enim habent quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur, ingratum ad beneficia, ad conſilia infidum, ad iudicia ſæuum, inuerecundum ad turpia, impauidum ad pericula, inhumanum ad humana.* D. Bernard. lib. 1. de Conſiderat. ad Eugen. Pontificem.

---

## LX. SILIAS.

### *Ambitioſus.*

SILIAS flumini nihil innatat: ἐν δὲ τῇ ὀρεινῇ Σιλίαν ποταμὸν εἶναι ἐν ᾧ μηδὲν ἐπιπλεῖ. Strab. l. 15

APODOSIS.

Ambitioſus non patitur ſibi quenquam dari ſuperiorem, ne Deum quidem: tanta eſt & tam vecors ſuper-

ſuperbiæ impudentia. Hoc vel ex Caligulæ Cæſaris ingenio ſatis patet, qui iratus cœlo, quod obſtreperet Pantomimis quos imitabatur curioſius, quàm ſpectabat, quodq; comeſſatio ſua fulminibus terreretur, ad pugnam vocauit Iouem, & quidem ſine miſſione; Homericum illum exclamans verſum,

Ἤ μ' ἀνάειρ', ἢ ἐγὼ σέ. *Aut tolle me, aut ego te.*

## LXI. FONS SOLIS.

### *PETRO POENITENTI.*

IN Troglodytis fons Solis appellatur dulcis, & circa meridiem maximè frigidus; mox paulatim tepeſcens, ad noctis media feruore & amaritudine infeſtatur. *Plin. lib. 2.*

APODOSIS.

Ad prunas, & calorem Petrus refrixit; vbi ſe noctu è Pontificis domo proripuit, incaluit, & fleuit amarè. de quo iure illud dici poteſt.

*Inuenit proprijs in fontibus ignes.* Pœnitentia.

*De ſymbolo doctrinæ per aquam & rorem quod remittebatur ad hunc locum, vide Symbol 63. huius libri.*

## LXII. AQVA STYGIS MORTIFERA SOLVM ASINI SCYTICI CORNV NON LAEDIT.

### *Patientia inuicta.*

AQVA Stygis omnia perforat, præter vaſa ex cornu aſini Schythici confecta. Hancce materiam miratus Alexander Delphos miſit, & Apollini conſecrauit. Ælian. de animal. lib. 10. c. 40. Pauſ. lib. 8. eius aquæ vim peſtiferam vberiori ſtilo proſequutus, mortiferam eſſe ait Stygis aquam; tum homini, tum cuiuis animantium generi. Nam & capellæ ſæpius aquæ eius potu extinctæ ſunt; quod ex interuallo temporis cognitum eſt. Accedit & aliud ad eius aquæ miracula: Vaſa, & pocula omnia; ſiue vitrea, ſiue cryſtallina, ſiue Murrhina, ſiue è lapide aut teſta-



Digitized by Google

teſta ſint fictili, aquæ illius vi franguntur. Quin etiam ferrum, æs, plumbum, ſtannum, argentum, & electrum ea aqua infuſa ſoluuntur. Ipſum quoque aurum, quod neque ſitu, neque rubigine deteri Lesbia Poëtria teſtatur, & res ipſa indicio eſt, aquæ tamen huius virus non ſuſtinet. Mirum eſt, quo pacto vnius Aſini cornu huius veneno non lædatur.

APODOSIS.

Ad omnia ſpicula fortunæ obdutuit Clypeus patientiæ, nullum eſt telum tam mortiferum, quod eius vim pertundere, atque debilitare poſſit.

*Me calor æthereus ſeriat, mihi plena veneno*
*Occurat ſerpens.*

Lucanus lib. 9.

*ſerpens, ſitis, ardor, arenæ.*
*Dulcia virtuti, gaudet patientia duris.*

## LXIII. SVLMONENSIS AQVA.

*Doctrina ſubtilior à Rudiorum ingenijs aliena.*

Plin. lib. 17. ca. 26.

IN Sulmonenſi Italiæ agro Fabiano, vbi arua rigantur, herbas aqua illa irrigatas necari, fruges verò ali, & irriguum pro ſarculo eſſe ſcribit Plinius.

APODOSIS.

Doctrina ſubtilior, quæ corroboratis ingenijs prodeſt, eadem tenues animos obruit. Non eſt omnium arcanos ſacrarum literarum ſenſus dignoſcere. Sicut in cœlo celatur Deus, ſic in ſcripturis abſconditur. Et ſicut hoc cœlum corporeum omnes homines vident, Deum autem inhabitantem cernere minimè poſſunt, ſic & ſacras literas fermè omnes legunt, non tamen omnes Deum veritatis in arcanis ſenſibus latentem intelligunt, niſi ſapientiæ lumine fuerint illuſtrati, quod præclare diſſerit D. Chryſoſtomus *Homil. 4. oper. imperf. ſi modò eius eſt.*

*Sacrarum literarum ſenſus cognoſcere. nō eſt omnium.*

LXIV.

## LXIV. LACVS TROGLODYTARVM.

*Praua inconſtantia.*

IVBA in Troglodytis lacum inſanum eſſe dicit, malefica vi appellatum, ter die fieri amarum, ſalſumque: ac deinde dulcem, totieſq; etiam noctu, ſcatentem albis ſerpentibus vicenûm cubitorum. *Plin. Natur. hiſtor. lib. 31. c. 11.*

APODOSIS.

Hominem ſignificat dementis inconſtantiæ, & malitiæ, qui modo leuis videatur, modo acerbus, modo comis, modo auſterus, ad ſummum nunquam à malitia recedens, & totus è fraudibus confectus.

*Mobilis, & varia eſt ferme natura malorum.*
*Cum ſcelus admittunt ſupereſt conſtantia: quid fas,*
*Atque nefas tandem incipiunt ſentire peractis*
*Criminibus. Tamen ad mores natura recurrit*
*Damnatos fixa, & mutari neſcia. Nam quis*
*Peccandi finem poſuit ſibi? quando recepit*
*Eiectum ſemel attrita de fonte ruborem?*

*Iuuenal. Satyr. 13.*

## LXV. FONS VIRGINIS BALSAMVM VRGETANS.

*Mariæ fauor.*

BVRCHARDVS, natione Germanus, qui floruit ante annos trecentos, in Aegypto vidit hortum Balſami, non edere vllum ex ſe fructum, niſi irrigetur fonte viuido; in quo Maria ſæpius Ieſum lauit; Sarracenoſque expertos fruſtra irrigare alijs aquis; quamobrem duxiſſe in illum fontem aliunde aquam; vt virtutem diuinam inde hauriens, abunde ſufficeret ad irrigationem. *Burch. cap. pen. Bozius de ſignis Eccl. lib. 2. cap 7.*

APODOSIS.

Omnia noſtra cogitata, factaque, tanquam ſteriles plantæ marceſcunt, niſi illâ vitæ aquâ irrigentur.



Digitized by Google

*Quæ rapitur de fonte tuo.*

O ſola inter virgines mater, & inter matres virgo. Poterit igitur inde rectè confirmari emblema in Chriſtianam pubem, quæ Virginis Mariæ auſpicijs creſcit, & viget, cum hoc lemmate, *Creſcit quodcumque rigat.*

---

## LXVI. VIRGO AQVA.

### *Virginitas.*

CELEBRIS fuit Romæ Aqua Virgo, cuius meminit Statius lib. I Syluar. in balneo Etruſci.

*Vos mihi quæ latium ſeptenaque culmina Nymphæ*
*Incolitis, Tibrimque nouis attollitis vndis*
*Quas præceps Anien, atque exceptura natatus*
*Virgo iuuat.*

Iuxta eſt (inquit Plinus) Herculanus riuus quem refugiens nomen *Virginis* obtinuit. In eodem argumento celebratur Canathus fons apud Argiuos, cuius aquis lotam noua ſubinde quotannis Virginitatis gloria Iunonem repubeſcere narrabant fabulæ. Pauſan. in Corinth.

*Canathus fons apud Argiuos.*

APODOSIS.

Symbola ſunt Virginitatis duo illi fontes, cuius laudes in media quoque gentilitate viguerunt. D. Athanaſius eius encomium diſertiſſimè proſequitur in libro περὶ παρθενίας, vbi eam appellat, πλοῦτον ἀνεκτέλικτον, στέφανον ἀμαράντινον, ναὸν Θεοῦ, οἰκητήριον ἁγίου πνεύματος.

*Hoc eſt monile Eccleſiæ,*
*His illa gemmis colitur;*
*Dotata ſic Chriſto placet;*
*Sic ornat altum verticem.*

Prudentius in D. Laurentium.

## LXVII. FONS VMBRIAE.

*Liberalitas ſera.*

NON procul à Narnia fons eſt, qui nunquam ſcaturire viſus eſt, niſi cum annonæ penuria propediem futura eſt. Leander in Vmbria.

APODOSIS.

Multi ſunt eo ingenio, vt nunquam riuulos benignitatis aperiant, niſi res in ſummum diſcrimen ſint adductæ.

Ὠκεῖαι χάριτες γλυκερώτεραι· ἢν δὲ βραδύνῃ,
Πᾶσα χάρις κενεὴ, μηδὲ λέγοιτο χάρις. *Lucanus.*
*Celeres Gratiæ dulciores, quod ſi tardior fuerit.*
*Omnis gratia vana, neque gratiæ nomine digna.*

## LXXVIII. MONS CINDACVLLVS.

*Virtus.*

MONS eſt eminentiſſimus apud Auſtrogothos, non longè à prædicta arce regia, & lacu Vener. vulgari gentis ſermone Kindaculle dictus: tantæ altitudinis, vt longè à nauigantibus vltra XL. milliaria Italica in eodem lacu quaſi atra nubes, inter cœli hiatus appareat. ideoque multi tempeſtatibus, viq; ventorum agitati, ſummis viribus conantur eius pedes attingere, vbi tanquilliſſimum portum adeſſe nouerunt. In eius montis ſummitate ea amœnitas frondium, herbarum, fructuum, diuerſarum arborum ſua ſponte naſcentium, non raritate magis, quàm ſuauitate velut ſatarum reperitur. Accedit auium concentus, quæ melliſſimos cantus fundunt, & totum montem exhilarant. *Olaus Magnus lib. II. c. 20.*

APODOSIS.

Tota regio vndique aſpera hanc habet arcem amœniſſimæ iucunditatis. Non diſſimili ratione virtus cum difficiles ipſa aditus habeat, vbi tamen ad cacumen peruentum eſt, cœleſtium voluptatum delicijs quam ſuauiſſime luxuriat. *Plautus in Trinum.*

*Ibi animo*
*Labor grandis capitur, boni ſibi hæc expetunt:*
*rem, fidem, honorem,*
*Gloriam, & gratiam, hoc probis pretium eſt.*

## LXIX. HELICONIS FERTILITAS.

### *Literarum fructus.*

HELICON mons, quem Muſis conſecratum Poëtarum fabulæ, Soli ſingulari quadam bonitate commendatur, cuius etiam paſtionibus ferunt ſerpentum venena infirmari. Pauſan. in Bœoticis. Plutarchus iunior in Iſmeno ait, Heliconem, & Cythæronem fuiſſe duos fratres: Κατὰ δὲ θεῶν πρόνοιαν εἰς ὁμώνυμα ὄρη μεταμορφωθέντες ἐγένοντο. Κιθαιρῶν μὲν διὰ τὴν ἀσέβειαν, Ἐριννύων μῦθος. Ἑλικῶν δὲ διὰ φιλοστοργίαν Μουσῶν ἐνδιαίτημα.

APODOSIS.

Literis nihil fœcundius eſt, aut amabilius, quibus etiam animorum vitia, & permotiones ſedantur, ſi modo quis eas diligenter excolat. *Animum formant, & fabricant, vitam diſponunt, actiones regunt, agenda & omittenda demonſtrant, ſedent ad gubernacula, & per ancipitia fluctuantium dirigunt curſum.*

Seneca ad Lucilium, epiſt. 16.

## LXX. MONS LYCAEVS VMBRARVM EXPERS.

### *Religio.*

IN Lycæo monte Arcadiæ eſt area Iouis Lycæi, quò hominibus non eſt acceſſus. Quo ſi fortè homines beſtiæve intra loci ambitum ſe immiſerint, nullas è corporibus vmbras reddunt: Ac feras illuc confugientes venator non inſequitur, ſed foris conſiſtit, nullas à corporibus earum vmbras fundi videns.

Pauſ. in Arcadicis Græc. edit. pag. 269.

APODOSIS.

Religio, & ſapientia ſola eſt, in editiſſimo rerum humanarum apice collocata, ad quam marceſcentes

tea vanitatis vmbræ non permeant, ſed intus omnia veræ, ſolidæq; virtutis nixa radicibus conſiſtunt:

*Beatus es nunc mente pauper: ſed ſpei*
*Diues, qua gaudent pauperes,*
*Qui defraudati lubricis mundi bonis,*
*Cæli fruuntur gaudijs.*

*S. Paulinus ad Cytherium.*

## LXXI. MONTES PERSICI.

*Beatitudo cœleſtis, bello & laboribus comparanda.*

IN locis, quæ in Magorum regione ſunt eminentiora, referunt tres montes in ſpatioſo campo eſſe poſitos: eos autem qui locum tranſmittunt, cum ad primum quidem montem peruenerint, audire vocem confuſam veluti clamantium, non paucorũ millium hominum, perinde ac ſi eſſent in acie: Ad medium autem cum venerint, maiorem ſimul, & euidentiorem ſtrepitum apprehendere: tandem autem audire in fine canentes Pæana, perinde ac qui viciſſent.

*Clemens Alexandrin.*

APODOSIS.

Per labores, & pugnas itur ad triumphos.

*Virtutum gaudia vulnus habent.*

*D. Proſper Epigram mate 87.*

## LXXII. ANOSTVS.

### *POENITENTIA.*

CVIVS refert, vel potius fabulatur in finibus Meropum locum eſſe ἄνοστον, irremeabilẽ (ita enim appellatur) ſimilem voragini, & hiatui, neque verò tenebris, neque lumine inſignem, ſed aërem impendere obſcuro quodam rubore permixtum. In eo loco duos fluuios labi, alterum voluptatis, alterum triſtitiæ: & ad vtrumque arbores ſitas eſſe, magnitudine platani magnæ. Quæ ad flumen triſtitiæ ſunt, eiuſmodi naturæ, ac poteſtatis fructus producere, ſi quis ijs veſcatur, eum tantum eiicere lacrymarum, vt per vniuerſum vitę reliquum tempus fletibus, luctibuſq; diffluat, & ſic vitã finiat. Alteras verò, quæ fluuio voluptatis adnaſcuntur, fructũ contrarium ferre,

qui enim hunc guſtat, ab omnibus priſtinis cupiditatibus abducitur, & ſi quem amauit in eius obliuionem venit, paulatimq; fit iunior, atque præcedentem ætatem, & iam tranſactam retro agit, ac reſumit, abiecta enim ſenectute ad vigorem ætatis reuertitur, deinde adoleſcentiam induit, tum pueritiam, poſtremo fit infans, & ſic denique expirat.

*Ælian. lib. 3. Var. hiſt. cap. 18. ex Chio.*

APODOSIS.

Domus hæc Anoſtus, domus eſt pœnitentiæ, ex qua nunquam ad vitia redeundum. Ea nec omnino lucida eſt, nec tenebroſa. In ſtatu enim pœnitentiæ diſcutiuntur paulatim tenebræ, nondum plena lux eniteſcit. Flumen triſtitiæ lacrymas pœnitentię ſignificat; flumen voluptatis conſolationem quæ triſtitiam ſequitur. Cupiditatum vacuitas, & reditus ad infantiam vitæ innocentiam deſignat.

*S. Proſp. epiſt. 72.*

*Cor mundum & ſapiens fructu virtutis alatur,*
*Et Chriſti in noſtro pectore regnet amor:*
*Quo ſemel impletus nunquam vacuabitur illo;*
*Æterna æterni flumina fontis erunt.*

## LXXII. APOLLONITARVM REGIO QVAM IGNIS NON LÆDIT.

*Incorruptio.*

APOLLONIATARVM vrbs finitima eſt Epidimno, ſita, in Ionico ſinu atq; in proximis vicinis circa ipſam locis fodina bituminis habetur, non aliter quam pleræq; ſcaturigines aquam, ſic illa bitumen emittens, replenſque locum. Non procul etiam ſempiternus ignis oſtenditur. Ardens verò collis eſt, non ita magnus, neque ingens ſpatium occupans, neque longum ambitum complectens. Sulphur autem, & alumen olet: circumque ipſum pulcherrima ſunt arbuſta multaque loca viridantia, quæ nihil ab incendio vicino læduntur, neque quod ad germina, neque quod ad viriditatem plantarum attinet. Ignis verò dies noctesque perſeuerat, neque deſiit

vnquam

unquam, vt inquiunt Apolloniatæ ante bellum quod cum Illyrijs geſſerunt.

Item. *Cor Germanici.*

Germanici Cor, inter oſſa cremati cadaueris, incorruptum repertum eſt.

*Cor Germanici incrematum. Suet. in Calig. c. 1.*

Item.

*Iuſtorum Hominum regio quam ignis*
*Ex Ætnæ faucibus erumpens non lædit,*

*Iuſtorum hominum regio. Cnidias apud Photium.*

---

## LXXIV. CRETA NOCTVARVM EXPVLTRIX.

*Iuſtitiæ cultrix regio.*

IN Creta noctuam aiunt omnino non naſci, ac ſi extrinſecus importetur, mori. Itaque Euripides videtur temere feciſſe, hanc auem à Polyde viſam, atque conieciſſe Glaucum ei quoque cognominem (nam glauca Græci Noctuam appellant) defunctum Minois filium ſe reperturum. Audio præterea Cretenſes iactare Creticæ terræ conceſſum hoc munus à Ioue, nempe in ea & nutrito, & occultato, vt ab omni malefica, & noxia fera libera ſit, ita vt nec ipſa vllam producat, nec aliunde inuectam alat: & hoc re ipſa declarari cum nullum in ea maleficum animal reperiatur: hoc ſi quis velit experiri, venenatum animal quodpiam foris aſſumit: quod primum vt hanc terram attigit, ſtatim perit. Itaque circulatores qui venantur in Africa ſerpentes, talia machinantur ad mouendam hominum admirationem ſerpentes varias manſuefactas circumgeſtant: & ſimul terræ Africæ quantum ſatis ſit ad earum vſum comportant: quod ipſum prouident, ne ſerpentes pereant ob eamq; cauſam cum ad hanc inſulam peruenerint, non prius feras beſtias exponunt, quam terram peregrinam quam ſecum portant, ſubſtrauerint: ex quo ſit, vt multitudinem imperitam congregent, atque ſtupidam detineant. Et tametſi eæ quidem ſeſe incitent, non loco tamen ſe mouent, neque ex



Digitized by Google

domeſtico & vernaculo puluere excedunt, atque incolumes manent. Sin in externum, & hoſticum ſolum egrediantur, è vita quoque exeunt. Nec immerito. Nam ſi Iouis nutus, neque in Thetidem, neque
*Ælianus.* in alium quenquam fuit, aut futurus eſt irritus vnquam: multo minimè in terram ei nutriciam vanus aut irritus fuerit.

APODOSIS.

Typus eſt religionis iuſtitiæ cultricis, quæ ab hæretica prauitate, & vitiorum omnium immanitate ſumma Dei prouidentia, & ſingulari principis alicuius opera ſit immunis. Hoc olim D. Hieronymus dixit de Gallia: *Sola Gallia monſtris caret.*

## LXXV. ASSASINORVM PARADISVS.

*Ad delicias iuuat ire periclis.*

IN Perſidis regno Tyrannus quidam, Alaodinus dictus, Muletam regionem occupauit, multoſque Sicarios, quos dixêre Aſſaſinos, hoc aſtu ſibi adiunxit: in valle quadam amœniſſima, & præruptis eiectâ montibus paradiſum omni deliciarum genere, qualem ſuis Mahumetes promittebat, inſtruxit, in faucibus, per quas ſolus patebat aditus, arcem extruxit munitiſſimam, ne cui accedendi poteſtas eſſet præterquam conſciis. Affirmabat interim ſe claues Mahumetici paradiſi habere, & potione ſoporifera clam oblata, dormientes in eum locum deferendos curabat. Experrecti cum omnibus delicijs affatim fruerentur, re vera ſe in paradiſo eſſe credebant. At præſtigiator ille capta opportunitate medicato poculo ſopitos rurſus extra paradiſum efferebat, eos ad omnia quæ imperaret patranda paratiſſimos poſtea habebat, quippe de paradiſo ſi principi obedirent ſecuriſſimos. Hac arte non paucos Chriſtianorũ Principum inſidijs circumuentos oppreſſit. Tandem an-

no

no ſalutis M. CC. LXII. Allaus rex Tartarorum ſemem hunc in paradiſo triennali obſidione ad deditionem fame compulit, locum aboleri, & aſſeclas omnes interimi iuſſit: Paul. Venet. lib. 1. cap. 28 Orient. hiſt.

APODOSIS.

Si improbi terreſtris paradiſi ergò nullos labores recuſant, quid facient pij in honeſtis & ſanctis laboribus, quos cœleſtium deliciarum exceptura eſt immortalitas?

*Explorant aduerſa viros, perque aſpera duro*
*Nititur ad laudem virtus interrita cliuo.* Silius Ital. lib. 3. de bell. Punic.

## LXXVI. ΚΑΤΑΚΕΚΑΥΜΕΝΗΣ VITIS.

*Virgo inter vitiorum incendia intacta.*

REGIO Catacecaumene, hoc eſt, combuſta, arboribus prorſus caret, ſiquidem camporum ſuperficies tota eſt cinericia, montana, & ſaxo, nigri coloris velut ex aduſtione fulminum. Itaque ſunt qui à fulminibus, & cœlitus ignis immiſſis procellis id accidiſſe dicant. Inter illam tamen terræ maciem, & ingratam cœli inclementiam vitis ramos viridiſſimos explicat.

De hoc argumento ſic cecinit Ioannes Surgiſius adhuc adoleſcens, candidiſſimi ingenij, & eximiæ indolis Poëta, qui poſteà in noſtra ſocietate vita & eruditione clarus militauit. Strabo Geograph. l. 13.

*Eſt regio igniferis late combuſta ruinis,*
*Arboribuſque ſatiſque carens, vbi torridus aruis*
*Stat vapor, & ſteriles mundi ſqualentis arenæ.*
*Hanc nunquam pluuio perfudit ſydere vernus*
*Iuppiter, aut picto Thaumantis diſcolor arcu:*
*Sed ſitus informis terras premit, aruaque ſaxis*
*Aſpera mœrentes cruciant ſub vomere tauros.*
*Tum forte exiguæ calamus ſi reptat auenæ,*
*Ægra ſoli macies creſcentem exſugit ariſtam.*
*Hinc fruſtrata Ceres fœtus deplorat ademptos,*
*Et labor, & maleſuada fames, & triſtis egeſtas,*
*Crudeles longo ludunt examine duræ.* Nem-

Digitized by Google

*Nempe hic vt perhibent, ignitum flumen olympo*
*Decidit, & rapidis fluxère vaporibus auræ.*
*Sulphureaſque vagus torquens per inania flammas,*
*Omnia Vulcanus fumanti vortice ſorpſit.*
*At licet infeſtus terram decoxerit ardor,*
*Vaſtaritque amplos peſtis Lipareia tractus:*
*Vinea combuſtæ ſe ſubtrahit vna ruinæ,*
*Et læto grauidos extollens vertice ramos*
*Irrorat madidas Lenæo nectare rupes.*
*Hanc circum feſta redimitus tempora fronde*
*Mollis pampineam Bromius circumrotat haſtam.*
*Conſeruatque ſuo defenſam numine vitem.*
*Cui lenes laxat Zephyros, ſuccoſque benigno*
*Effundit natura ſinu, nec ferrea Iuno.*
*Nec læua ingrati nocet inclementia cœli.*

ALLVSIO.

*Eſt ardor vitij, labes, virgo integra vitis.*

## LXXVII. CALVVS AGER φαλακρὰ ἄρουρα.

*Voluptas cauenda.*

APVD Indos tractus eſt, cui nomen Phalacra, quaſi Latine *Caluus*: eoque ita appellatur, quod qui herbam in eo naſcentem deguſtarit, & pilos, & cornua amittit. Itaque elephanti niſi coguntur non accedunt ad locum illum, imò verò propè cum acceſſerint, perinde atque homines prudentiſſimi, ab omni illius loci gramine refugientes, pedem referunt.

*Æl. lib. 8. cap. 15. de animal.*

APODOSIS.

Caluus ager, voluptatis domicilium eſt, viros effœminans herba, deliciæ, amiſſio cornuum & pilorum, iactura roboris & ornamenti. Prudentes igitur illi, qui inſtar elephantorum, ſi cum ad amœnam illã, & floridam iuuentutis inſulam venerint, eandemq; viderint, omni bonorum, & deliciarum genere refertam,

Digitized by Google

ferꝫam, fortiter contemnere mallent: quam peſtifera gramina, in ſuam perniciem vorare. *Voluptas vl-tro diſſoluit & omne robur emollit.* *Senec. ep. 3.*

## LXXVIII. IVNONIS ARGIVAE ET DIANAE AETOLICAE LVCVS FERAS MANSVEFACIENS.

*Religionis Chriſtianæ vis & manſuetudo.*

APVD Venetos duo olim luci celebres feruntur extitiſſe, Iunonis Argiuæ, & Dianæ Aetolicæ, in quibus feræ ita manſueſcebant, vt cerui lupis aggregarentur. *Strab. lib. 5. pag. 149.*

APODOSIS.

Fabuloſum quod affert Strabo: at, quod in Chriſtiana religione cernitur, veriſſimum eſt, ea efferatos hominum mores, etiam humanis dapibus, & fruſtis eſculentis infames cicurauit, & à belluina vita, ad Angelorum commercium traduxit. Vide Theodoret. λογ. 8. περὶ νόμων. Per hanc

*Securum blandi leporem fouere moloſſi,*
*Vicinumque lupo præbuit agna latus:*
*Concordes varia ludunt cum tigride damæ,*
*Maſſylum cerui non timuere iubam.*

PARA-

# PARABOLARVM HISTORICARVM LIBER SECVNDVS.

## DII GENTIVM.

### I. DII CRVMENIGERI.

*Pecunia vis.*

PHOENICES deos ſuos fingebant cum crumenis & marſupijs; quod nullum maius exiſtimarent diuinitatis ſymbolum quam pecuniam: ex quo & Mercurij ſtatua viſebatur Conſtantinopoli, ſacculum geſtans. Georgius Codinus in parecbolis. τὸ τοῦ κέρδους αἴτιον λέγουσιν καὶ ἐμπόριον τὸν Ἑρμῆν· ὅθεν τὸ ἄγαλμα αὐτοῦ ἱστῶσι βαστάζον μάρσιπον. ἀλλὰ καὶ οἱ Φοίνικες τοὺς θεοὺς αὐτοὺς πλάττουσιν ἐπιφέροντας βαλάντια ὡς τοῦ χρυσοῦ συμβόλου ὄντος δυναστείας.

*Codinus de Dijs Phœnicum.*

### APODOSIS.

Pecuniæ obediunt omnia; quod venuſtiſſimo epigrammate Arbiter illuſtrauit:

*Arbiter de pecunia.*

*Quiſquis habet nummos ſecura nauiget aura,*
*Fortunamque ſuo temperet arbitrio.*
*Vxorem ducat Danaen, ipſumque licebit*
*Acriſium iubeat credere quod Danaen.*
*Carmina componat, declamet, concrepet omnes,*
*Et peragat cauſas, ſitque Catone prior.*

Iu-

Digitized by Google

*Iuriſ-Conſultus* paret, non paret, *habeto.*
*Atque eſto quicquid Seruius & Labeo.*
*Multa loquor quid vis nummis præſentibus opta,*
*Eueniet*, clauſum poſſidet arca Iouem.

## II. DII. DEMOCRITI POENA ET BENEFICIVM.

*Iuſtitia diuinitas.*

DEMOCRITVS duos tantum deos credidit, Pœnam & Beneficium. Rectè in id argumentum cadit Pij IV. Symbolum, in quo lauri, & virgæ pinguntur hoc lemmate, *Pœna & Præmium* *Plin. lib. ij. cap. 17.*

### APODOSIS.

Nihil ad ſocietatis humanæ conſeruationem potentius, quàm punire improbos, & optimos quoſque remunerari, quod præſtat iuſtitia: dum æquitate humanam vitam moderatur, quod diſertè canit, Orpheus ὕμν. εἰς Δικ. *Orpheus de æquitate.*

Ὦ θνητοῖσι δικαιοτάτη, πολύολβε, ποθεινή,
Ἡ καθαραῖς γνώμαις αἰεὶ τὰ δέοντα βραβεύεις,
Ἄθραυστος τὸ συνειδός. ἀεὶ θραύεις γὰρ ἅπαντας
Ὅσσοι μὴ τὸ σὸν ἦλθον ὑπὸ ζυγὸν, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτοῦ
Πλάστιγξι βριαραῖσι παρεγκλίναντες ἀπλήστως
Αἰεὶ γὰρ τὸ πλέον στυγέεις, ἰσότητι δὲ χαίρεις,
Ἐν σοὶ γὰρ σοφίης ἀρετῆς τέκος ὄλβον ἱκάνει.
Π ἄντιμε, ὀλβιόμοιρε δικαιοσύνη, μεγαλαυχής,
*O Mortalibus iuſtiſſima, opulenta, deſiderabilis*
*Quæ puris ſententijs ſemper iura adminiſtras*
*Integra conſcientia. Quæ franges omnes*
*Quicunque tuum non ſubierunt iugum, ſed illud*
*Trutinis violentis præter fluerunt immoderatè.*
*Semper. n. quod nimium eſt odiſti, & æquitate gaudes,*
*Tibi ſapientiæ & virtutis totus cumulus acceſſit,*
*Omni honore digna fortunata iuſtitia, glorioſa.*

III. DEA

Digitized by Google

## III. DEA SYRIA.

*Pro omnibus vna.*

LVCIANVS de Deâ Syriâ librum ſcripſit, in quo tradit ſe vidiſſe in Syria ſtatuam in templo deæ multiformem, quæ quidem eſſet Iuno, haberet tamen aliquid Palladis, & Veneris, & Lunæ, & Rheæ & Dianæ, & Nemeſeos, & Parcarum, quæ alterâ manu tenebat ſceptrum, altera fuſum, in capite radios ferebat, & ignem, & Ceſton.

APODOSIS.

*Helena Zeuxidis.*

Dicetur de pulchritudine abſolutiſſima, cui poterit etiam accomodari illud Zeuxidis, qui ſuæ Helenæ non appoſuit *faciebat*, quod alij conſueuerant, ſed ἐποίησεν, quaſi vellet dicere opus eſſe extra aleam.

## IV. DEORVM ANALECTA COLLIGENDA.

*Parua non contemnenda.*

*Vide Philoſt in vita Apollo. lib. 1. cap. 13.*

ANALECTA Deorum etiam venerationi ſunt.

APODOSIS.

Hoc adagio oſtendetur etiam minima quæq; ſummorum virorum colligenda. cùm enim Damis ab inuido reprehenderetur; quod catellos imitatus qui cœnantibus dominis micas de menſa colligiunt, ita ille munita quæque Apollonij operi inſcripſiſſet ſuo ὑπολαβὼν ὁ Δάμις, εἰ δαῖτες ἔφη θεῶν εἰσι, καὶ σιτοῦνται θεοὶ πάντως που, καὶ θεράποντες αὐτοῖς εἰσιν, οἷς μέλει τὸ μηδὲ τὰ πίπτοντα τῆς ἀμβροσίας ἀπόλλυσθαι. Rectè dicis (inquit Damis) verum hoc conuiuium Deorum eſt, & conuiuæ Dij, quorum famulis maxima cura eſt, ne qua etiam minima ambroſiæ particula, forte ceciderit, pereat.

V. ADO-

## V. ADONIDIS TEMPLVM LEONES MANSVEFACIT.

*Literæ manſuetiores.*

IN Elymæâ regione Adonidis templum eſt; & in eo manſueti Leones: qui homines templum ingredientes, tanquam ſalutatos adulando excipiunt: Eos ſi ad cibum aduoces, tanquam inuitati ad conuiuium adſunt: & quicquid porrexeris; poſtquam acceperint; modeſtè & decenter abeunt. *Ælianus de leonibus Adonidis, l. 12. cap. 23.*

APODOSIS.

Non templum adonidis; ſed ſapientiæ; mores hominum duros, atq; auſteros manſuefacit; & omni feritate exuta ad cultus humani modeſtiam componit. Huius ſiquidem ope; *Vis ſapientiæ.*

*Venti ſternuntur & vndæ:*
*Pigrior adſtrictis torpuit Hebrus aquis.*
*Securum blandi leporem fouet ira leſſi;*
*Vicinumque lupo præbuit agna latus*
*Concordes varia ludunt cum Tigride Damæ;*
*Maſſylam cerui non timuere iubam.*

## VI. ÆSCVLAPII IMAGO.

*Medicus.*

AESCVLAPII ſimulachrum ſedet in ſolio ſcipionem tenens; altera manu draconis caput premit, cane ad pedes decumbente. *Pauſan. in Corinth. p. 66.*

APODOSIS.

Typus eſt medici in Æſculapio: ſolium, & virga imperij in ægros: Draconis caput, vigilantiam: canis fidelem cuſtodiam ſignificat. Ex quo πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

*fortiſſimus Vmbro,* *Virgilius.*
*Vipereo generi, grauiter ſpirantibus hydris*
*Spargere qui ſomnos, cantuque manuque ſolebat,*
*Mulcebatque iras, & morſus arte leuabat.*

E Quid

Quid enim aliud ſunt febres & morbi quam ſerpentes, iræ, & morſus? qui à medicis ſopiuntur, atque opprimuntur.

## VII. AII VOX.

*Eſt Deus in nobis: agitante caleſcimus illo.*

M. Cæditius de plebe nunciauit ſe in noua via vocem noctis ſilentio audiuiſſe, clariorem humana, quæ Magiſtratibus dici iuberet Gallos aduentare, id, vt fit, propter authoris humilitatem ſpretum, & paulo poſt Camillo expiandæ etiam vocis nocturnæ, quæ nuncia cladis ante bellum Gallicum audita, neglectaque eſſet, mentio illata, iuſſumque eſt templum in noua via *Aio Loquutio*, fieri.

*Liuius li. 5. Cic. 1. diuin*

APODOSIS.

Quam ſæpè diuina vox clamat, & monet, & ſe vel repugnantium ſenſibus ingerit. Sed tamen proh dolor! repudiatur. Et vrbe capta Romani Aij vocem agnouerunt: ſic improbi poſtquam in vltimum diſcrimen ſunt adducti, ſero & Dei monentis verba, & ſuum ſtuporem recognoſcunt, ἕπου θεῷ.

## VIII. ALOADÆ ΑΛΩΑΔΑΙ.

*Auari.*

HErodes Sophiſta eos qui reconditis pecuniis ſacrificant, Aloadas cognominabat, qui poſtquam Martem in vincula conieciſſent, ei ſacrificarent τοὺς γῆ θάπτειν ἀξιοῦντας ἀποθέτοις χρήμασιν, Ἀλωάδας ἐπονόμαζε, θύοντας Ἄρει, μετὰ τὸ δῆσαι αὐτόν. *Philo in Herode*. Nota eſt de Oto & Ephialte fabula.

*Philoſtratus de Aloadis.*

APODOSIS.

Aloadæ, auri, idolum, diuitiæ, ſacrificium, generatio, videtur alluſiſſe D. Chryſoſtomus hom. 64. *Sicut iduolum* (inquit) *lapidem templis, ſic aurum auari clau-*

*D. Chryſ. de auaris.*

Digitized by Google

*clauſtris, & veſtibus ſepiunt, pro templo arcam præparantes, deinde adorant ipſi quod concluſerunt, occluſique & animam malunt, quam theſaurum perire.*

## IX. APOLLO AVRITVS.

### *Prudentia.*

APOLLO ſapientiæ præſes Deus apud Lacedæmonios, cum quatuor auribus totidemque manibus fingebatur, quod iis apud Amyclas pugnantibus ea figura viſus eſſet. Soſibius apud Zenobium Centuria 4. adag. 54. quod alibi annotauimus. Nunc in eodem genere ſymboli occurrit quod ſcribit Bembus in Veneta hiſtoria, barbaros quoſdam coronas geſtaſſe è culmo pictas, ſeptem quaſi auriculis intextas.

### APODOSIS.

Viro prudenti res quamplurimæ audiendæ, manus deinde operi non ſegniter admouenda. Pars prudentiæ eſt docilitas, qua aliorum conſilia lubenter audimus, mox prudentibus ſententijs ponderata, ſi modo expediant, exequimur. Nihil enim aures proſunt ſine manibus, quod Hercules apud Auianum ruſtico deſidioſis precibus numen inuocanti Præclare inculcat.

*Perge laborantes ſtimulis agitare iuuencos,*
*Et manibus pigras diſce iuuare rotas.*
*Tunc quoque congreſſus maioraque viribus auſus*
*Fac ſuperos animis conciliare tuis.*
*Diſce tamen pigris non flecti numina votis;*
*Præſentesque adhibe cum facis ipſe Deos.*

*Auianus de deſidioſis. fabula 32.*

## X. APOLLINIS SPONDII ARA.

### *Diuites improbi*

THebis ſupra Sophroniſterem ara erat, Apollinis Spondij, ex victimarum cineribus congeſta.

*Pauſan. in Bœoticis p. 290.*



Digitized by Google

Apodosis.

Domus improborum diuitum ex miſerorum ſanguine, & cineribus excitatæ, qui quaſi innocentes victimæ fortunis, & vita ſpoliantur, vt potentum libidini faciant ſatis. De his diuitibus Arnob. lib. 2. aduerſus gentes. *Exercent auidum atque iniuſtiſſimum fœnus, & è miſerorum ſanguine ſupputandi ſe augent inſania: millibus poſſeſſionum ſemper producunt fines. & quamuis prouincias totas rus faciant vnum, pro arbore vna, pro ſulco forum litibus terunt: cum amicis, fratribus inexpiabiles ſuſcipiunt ſimultates.*

## XI. AMICITIA.

Pingebatur iuuenis forma, detecto capite, tunicâ rudi induta, in cuius fimbria ſcriptum erat *Mors, & vita*, In fronte *æſtas & hyems*, habebatq; latus apertum vſq; ad cor, & brachium inclinatum, digito cor oſtendens, ibi inſcriptum erat, *Longè & propè.* Suberat & picturæ explicatio, quæ ita legitur.

Apodosis.

*Vide Lilid Gyral. ſyntag 1. hiſt. deorum.*

Forma iuuennilis, indicat amicitiam ſempet viventem, nudum caput fidele obſequium. Rude indumentum, tolerantiam laborum. Vita, & Mors: perpetuam amicitiam. Aeſtas & hyems, proſpera, & aduerſa. Latus apertum, ſimplicitatem, indicum cordis, ſynceritatem amoris, longè & propè, eiuſdem in omni loco conſtantiam.

## XII. ANGERONA.

*Silentij religio.*

*Silentus.*

INter antiquiſſimas populi Rom. religiones ſacellum colitur Angeronæ, cui ſacrificatur ante diem duodecimum Calendarum Ianuariarum, quæ Diua præſul ſilentij ipſius, preſſo obſignatoque ore ſimulachrum habet.

Addit

Addit Valerium Soranum neci datum ob meritum profanæ vocis, quod contra interdictum Romæ nomen eloqui auſus fuiſſet, inde forte Angerona conſecrata.

APODOSIS.

Angerona preſſo ore omnibus ſilentij religionem commendat Curt. lib. 2. vbi agit de moribus Perſarum. *Lingua grauius caſtigatur quam vllum probrum, nec magnam rem ſuſtinere poſſe credunt ab eo cui tacere graue ſit.*

## XIII. MIDAE ARA.

*Inconſtantia morum & animorum.*

ARA Midæ ad Cælenas, ex ipſo loco in quo abſorptus eſt alter Curtius, modo lapidea eſt, modo aurea. Plutar. Parell. 5. In eodem genere eſt lapis pumici ſimilis, quater quotidie colorem mutans. Plutarchus Iunior in Pactolo: Γιννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ λίθος Κισσήρει παρόμοιος καὶ σπανίως εὑρίσκεται τετράκις γὰρ ἡμέρας ἀλλάσσει τὴν χρόαν.

*Curtius de moribus Perſarum in caſtigandâ lingua.*

APODOSIS.

Repentinæ ſunt animorum mutationes, & nunc aurei, nunc lapidei videntur. *Quod enim fretum, quem Euripum, tot motus, tantas, tam varias, habere putatis agitationes fluctuum, quantas perturbationes, & quantos æſtus habet ratio, non dicam comitiorum, cum Tullio, ſed animorum.*

*Lapis quater in die colorem mutans.*

## XIV. BACCHI TEMPLVM.

*Ardua virtutem profert via.*

DIONYSIVS ille non temulentus, & helluo, qui à Poëtis deſcribitur, ſed ſobrius, & bellator, cum Indiam magnis, & continuis prælijs accilam ſubiugaſſet: pro illuſtriſſimo gloriæ ſuæ monumento templum habuit, cujus magnificentiſſima ſubſtructio, vt ex eo conijci poteſt, quod trecentos, & ſexa-



Digitized by Google

ſexaginta quinque gradus ex Sapphiro lapide purpureo contineret. Quibus aperte ſignificabat ſe per totidem virtutum, egregiéque factorum non incruentum decus, ad illius gloriæ apicem conſcendiſſe, S. Epiphan. lib. de Gemmis c. 12. τὸ τέμενος παρὰ Ἰνδοῖς φασὶν εἶναι τ̃ Διονύσου ἑξηκοντα ἀναβαθμοὺς ἔχον ἐκ σαπφείρου λίθου, quod tamen multis & meritò incredibile videri aſſerit.

### Apodosis.

Tot gradus purpurei quibus altiſſimum honoris culmen virtus conſcendit, generoſarum mentium labores, ſudorem, & ſanguinem indicant, quibus immortalitatem meruere:

*Hac proceres abiere pij.*

## XV. BACCHI RECTI ARA.

*Vinum moderatum.*

PHilochorus ſcribit Amphyctionem regem Athenienſium, cum à Baccho didiciſſet vini temperandi rationem, primum diluiſſe, & idcirco qui ſic mixtum biberunt, homines rectos ambulaſſe, cum antea curui ob meri potum incederent: ob tantum beneficium aram ὀρθοῦ Διονύσου recti, Bacchi, dedicaſſe in Horarum delubro, & proximè Nymphis alteram extruxiſſe.

*Athen. l. 2. pag. 38. c.*

### Apodosis.

Vinum tempeſtiuè ſumptum, lymphis dilutum, hominum generi ſalutare, idcirco inter Horas & Nymphas rectus Bacchus ab Amphyctione collocatur. Contra verò immoderatum μαινόλης eſt, vt appellatur à D. Gregorio in odis: vel vt Ariſtophan. Ἀφροδίτης γάλα.

*Ariſtophanes de vino.*

## XVI. ARICINAE DIANAE ARA.

*Malæ conſcientiæ metus continuus.*

ARicinæ Dianæ nemus eſt iuxta Ariciam vrbem Italiæ, in quo olim Taurica ſacra ſunt vſurpata,

Digitized by Google

pata, perfuga ſacerdos conſtituebatur αὐτόχειρ τοῦ ἱερωμένου, qui priorem ſacerdotem ſua trucidauerat manu, ſtrictoque ſemper gladio paratus erat ad inſultus propulſandos. *Strabo l. 9. pag. 166. n. 40.*

APODOSIS.

Qui conſcientiæ terroribus exagitantur, nunquam mente conſiſtere poſſunt, ferientis gladium ſemper expectant, ipſi vmbram capitis ſui timent.

*Quos diri conſcia facti*
*Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit*
*Occultum quatiente animo tortore flagellum.*

*Iuuenalis de improbis Satyr. 13.*

## XVII. CVPIDO ÆGYRENSIS.

*Amor fortunæ mancipium.*

ÆGyræ ſimulachrum fuit fortunæ, cui iunctus erat volucer Cupido. *Pauſan. in Achaicis.*

APODOSIS.

In amore fortuna dominatur, imò dementia, & ſummum corruptæ naturæ vitium, quod Antiſthenes, vt eſt apud Theodoretum oratione III. κακίαν ἐκάλει τῆς φύσεως, ὡς ἥττους ὄντες οἱ κακοδαίμονες θεὸν τὴν νόσον καλοῦσι, morbum dementiæ intelligit. Bias quoque apud Laërtium νόσον ψυχῆς ait eſſe τὸ τῶν ἀδυνάτων ἐρᾶν. Quod verò in eo affectu omnia incerta ſint, & inſtar vitreæ fortunæ lubrica, quid mirum? *Amor vitium & morbus naturæ.*

*Hic habitat nullo conſtricta licentia nodo,*
*Et flecti faciles iræ, vinoque madentes*
*Excubiæ.*
*Iocundique metus, & non ſecura voluptas,*
*Et laſciua volant leuibus periuria pennis.*

*Claud. de nupt. Honor.*

## XVIII. CVPIDO κεραυνοφόρος.

*Omnia vincit amor.*

ALcibiades, cum exercitui præeſſet, etiam id curauit vt pulcher eſſet. Itaque ſcutum ex auro &

 ebore

ebore confectum ille habuit, & in eo pro inſigni Cupidinem qui vlnis fulmen amplecteretur.

*Athen. lib. 12.*

APODOSIS.

Potentior cupido ictu fulmineo, eius potentiam ſic deſcribit Oppian. κυν β.

*Eximia deſcriptio ex Oppiano.*

Ὄμβριμ' ἔρως πόσος ἐσσὶ, πόση σέθεν ἄπλετος ἀλκή;
Πόσσα νοεῖς! πόσα κοιρανέεις! πόσα δαῖμον ἀθύρεις!
Γαῖα πέλα σαθερὴ, βελέεσσι δὲ σοῖσι δονεῖται.
Ἄστατος ἔπλετο πόντος, ἀτὰρ σύγε καὶ τὸν ἔπηξας.
Ἤλυθες εἰς αἰθῆρ. οἶδεν δέ σε μακρὸς ὄλυμπος.
Δεῖμα, νέ δέ σε πάντα. καὶ οὐρανὸς οὐρὺς ὕπερθε,
Γαίης ὁππόσ' ἔνερθε, καὶ ἔθνεα λυγρὰ καμόντων,
Οἳ Λήθης μὲν ἄφυσσαν ὑπὸ στόμα νηπενθὲς ὕδωρ,
Καὶ φύγον ἄλγεα πάντα, σὲ, δὲ εἰσέτι πεφρίκασι,
Σῷ δὲ μένει καὶ τῆλε περᾷς ὅσον οὔποτε λεύσσει
Ἥλιος φαέθων· σῷ δ' ἂν πυρὶ καὶ φάος εἴκει
Δίμαινον, καὶ Ζηνὸς ὁμῶς εἴκουσι κεραυνοί,
Τόιοις ἄγριε δαῖμον ἔχεις πυρόεντας ὀϊστοὺς,
Πευκεδανοῖς, μαλεροῖς, φθισίφρονας, οἰστρήεντας,
Τηκεδόνα πνείοντας, ἀναλθέας, οἷσι καὶ αὐτοὺς
Θῆρας ἀνεπτοίησας ἐπ' ἀζεύκτοισι πόθοισι.

Id eſt.

*Dire amor quantus es! quanta tua infinita potentia?*
*Quanta cogitas! quantum dominaris! quantum*
*Diue ludis!*
*Terra firma eſt, tuis tamen telis commouetur,*
*Inquies eſt mare, ſed tu illud ſtabiliſti,*
*Veniſti in cœlum, vidit te magnus Olympus,*
*Omnia te metuunt, & cœlum latum ſupernè,*
*Et quæcumque infra terram ſunt, triſteſque cœtus*
*mortuorum,*
*Qui Lethes hauſerunt ore obliuioſam aquam,*
*Et dolores fugerunt omnes te etiam perhorreſcunt.*
*Tuo autem robore longè penetras, quantum nunquam.*
*Sol lucidus aſpicit, tuis ignibus & lumen cedit*
*Pertimeſcens, & ſimul* Iouis cedunt fulmina.
*Tales habes crudelis Diua ignitas ſagittas,*

*Acerbas*

Digitized by Google

*Acerbas, ardentes, prudentiæ corruptrices, furibũdas,*
*Tabem ſpirantes, immedicabiles, quibus & ipſas*
*Perculiſti feras in non copulandis amoribus.*

Congruunt cum Oppiano verſus illi antiqui, quos legere eſt inter Europæ antiquitates, vbi Cupido in Emblemate pro Ioue Tonante ornatus fulmen eiaculatur in mare, Neptuno interim poſito tridente, & nixo de genibus Amoris numen reuerente. Hic enim canit, *Aliud Symbolum ingenioſum.*

*Sol cales igne meo, Neptunus flagras in vndis,*
*Quamuis liber eras, feci ſeruire Tonantem*
*Quamuis liber eras Martem ſine Marte ſubegi.*

## XIX. CVPIDO PORI ET PAVPERTATIS FILIVS.

*Amor Dei neceſſarius.*

PAVPERTAS cum ſobolem deſideraret, Poro copiæ Deo dormienti accubuit, atque ex eo grauida facta amorem peperit παντοδαπόν.

### APODOSIS.

Quo fit vt amor dicatur πατρὸς μὲν ἀγαθοῦ, καὶ σοφοῦ, καὶ πᾶσιν αὐτάρκους, μητρὸς δὲ ἀμηχάνου καὶ ἀπόρου, patre bono & ſapiente & omnibus ſufficiente genitus matre verò egente & inopi. an verò ex noſtra inopia, & bonorum omnium affluentia, quæ in Deo eſt, ad ipſum redamandum, vel nolentes impellimur; An, ſi lubeat ad terrenos amores referre, ideò abundantiæ, & egeſtatis filius Cupido dicitur, quod amantes tanquam perſonæ de mimo, modo egeant, modo diuites fiant: modo cum ſuis fruuntur delicijs, ſe Reges & Cæſares putent: modo orbati, vel ipſa ſatietate languidi, ſibi inanes videantur, qui prius erant opulentiſſimi.

## XX. DIANA CYNDIAS.

*Virgo intacta.*

CYndiadis Dianæ ſimulachrum ſub dio nunquam omnino niue, aut pluuia tangitur. Polyb. 16. pag. 752. quanquam iſtas narrationes ἐν ψυχαγωγίᾳ vt ait, λαμβάνει.

APODOSIS.

Multa huiuſmodi argumenta celebrantur in honorem ſanctiſſimæ Virginis, cui nihil eſt ex communi hominum macula contagionis inſtillatum.

*Qualiter è ſpinis mollis roſa ſurgit acutis,*
*Nil quo lædat habens matremque obſcurat honore.*

In eodem argumento eſt apud Pauſaniam in Laconicis, *Ithomatæ Iouis* ſignum in flagrante Sylua illæſum: Quæ Dæmonum ope ad firmandam deprauatæ gentis ſuperſtitionem contingere potuerunt.

## XXI. DYNDIMENES SIMULACHRUM.

*Diuites contumaces.*

*Pauſan. in Arcadicis.* DYndimenes ſimulachrum aureum faciem habuit (cum ebur deeſſet) ex fluuialis equi dentibus conflatam.

APODOSIS.

Diuites huius ſæculi quaſi aurea ſimulachra, toti diuitiarum fulgore collucent: faciem tamen plerumque habent ex dentibus hippopotami, hoc eſt, duram, ferream, inclementem in pauperes, quos omni contumacia diuexant. Quod ſi omnes facultates plerumque ademerint, beneficij loco numerant, quod miſerrimam vitam relinquant, & obtrudunt lupi dictum ad gruem: de quo Phœdrus lib. 1. Fabula 8.

*Phœdrus de lupo & grue.*

*Os deuoratum fauce cum hæreret lupi,*
*Magno dolore victus cœpit ſingulos.*

In

*Iudicato pretio, vt illud extraherent malum.*
*Tandem perſuaſa eſt iureiurando gruis,*
*Gulæque credens colli longitudinem,*
*Periculoſam fecit medicinam lupo.*
*Pro quo cum facto flagitaret præmium:*
*Ingrata es* (inquit) *ore quæ noſtro caput*
*Incolume abſtuleris, & mercedem poſtulas.*

## XXII. EPIDOTES LEONEM CALCANS.

*Somnus omnium domitor.*

Ἐπιδότης, Somnus Epidotes cognomento apud Corinthios viſebatur Leonem ſopiens. Pauſanias in Corinth. pag. 53. ὕπνος κατακοιμίζων λέοντα.

APODOSIS.

Icon omnia ſomno domari indicat, vbi enim incubuit.

*Tacet omne pecus, volucreſque feræque* Statius
*Et ſimulant feſſos curuata cacumina ſomnos:*
*Nec trucibus fluuijs idem ſonus accidit, horror*
*Æquoris, & terris maria acclinata quieſcunt.*

## XXIII. EROS, ET ANTEROS.

*Amor cœleſtis & terrenus.*

IN Maltho Gymnaſio ſimulachrum erant Erotis, & Anterotis, quorum ille palmam tenebat in manu, hic infringere, & ſurripere nitebatur. Pauſan. Elian. lib. poſteriore. p. 202.

APODOSIS.

Amor terrenus cœleſtium rerum amorem opprimit, nec is Deo libero animo ſeruire poteſt, qui rerum creatarum vinculis tenetur irretitus. Benè vtriuſque diſcrimen explicat D. Chryſoſt. Homil. in illud Pauli, *vtinam toleraſſetis.* Ille animi morbus eſt, (inquit)

(inquit) & opprobrium: Hic animæ lætitia & exultatio. Ille bellum in animantium inuehit cogitationem: hic bello pacem ſubſtituit Ex illo vulgari non modo nihil emolumenti, ſed ingens quoque rei familiaris ſumptus innanis, vitæ pernicies, ædium deniq; à fundamentis ſubuerſio. Ex honeſto hoc, qui ſpectat animorum decorum, multæ opes bonorum operum, magna virtutum ſuppellex. Bonam corporis formam adamantes, & ad faciei ſplendorem inhiantes; ſi turpes ſunt, & inelegantis formæ, nihil ad mutandam deformitatem ex concupiſcentia lucrantur; in hoc contra fit amore. Quiſquis amat animam ſanctam, continuò talis erit qualis eſt quem amat, verè ſcilicet pulcher, ac formoſus.

## XXIV. EVPHEME MVSARVM NVTRIX.

*Literarum honos.*

*Pauſanias in Bœoticis pag. 303.*

EVPHEME Muſarum nutrix fuiſſe fertur. Εὐφήμη Μουσῶν τιθήνη.

### APODOSIS.

Eupheme gloriam ſignificat, quo Ciceronis illud confirmatur: *honos alit artes, omneſque incenduntur ad ſtudia, gloriâ.* Vnde ille literarum amore incenſus Poëta;

> *Magnum iter aſcendo, ſed dat mihi gloria vires,*
> *Non venit è facili lecta corona iugo.*

Verum iſtud gloriæ choragium vaniſſimum eſt, niſi & vtilitas ex literis percipiatur.

*Phædrus de gloriæ cupiditate.*

> *Olim quas vellent eſſe in tutela ſua*
> *Diui legerunt arbores. Quercus Ioui,*
> *Et myrtus Veneri placuit; Phœbo laurea:*
> *Pinus Cybelæ: populus celſa Herculi.*
> *Minerua admirans quare ſteriles ſumerent,*
> *Interrogauit. Cauſſam dixit Iuppiter:*
> *Honore fructum ne videamur vendere:*

*At mi-*

Digitized by Google

*At mehercule narrabit quod quis voluerit,*
*Oliua nobis propter fructus eſt gratior.*
*Tunc ſic Deorum genitor, atque hominum ſator:* *Phædrus lib. 3. 56.*
*O nata merito ſapiens dicere omnibus.*
*Niſi utile quod facimus ſtulta eſt gloria.*

## XXV. FABVLINVS.

*Grammatici & Poëtæ.*

FABVLINVS Deus à Romanis colebatur, cum pueri fari inciperent, quod os pueri tenerum figurare & linguam expedire crederetur. Varro de liberis educandis.

APODOSIS.

Fabulini Dij ſunt magiſtri Grammaticæ, qui primis rudimentis pueros imbuunt, & *offenſantis linguæ fragmine balbutientes fingunt.*

*Os tenerum pueri, balbumque Poëta figurat.* *Horat.*

## FAVOR.

*Vitæ aulicæ conditio.* *Lilius Giraldus de pictura fauoris.*

Fauor ab antiquis in Deorum numerum relatus eſt, & à Fortuna diſcriminatus, cuius venuſtiſſimam imaginem Apelles pinxit, quam Lilius Giraldus in ſuos commentarios retulit his verſibus,

*Pictor Appellæa qui pingis ab arte Fauorem,*
*Vnde illi generis ſemina, nota parum?*
*Hic genitum* Forma, Fortunæ *hic dicit alumnum:*
*Caſu ille; ille animi dotibus eſſe ſatum.*
*Quis comes aſſiduus lateri? Aſſentatio, & ecqua*
*Pone ſubit lentis paſſibus?* Inuidia
*Et qui circumſtant:* Opulentia, Faſtus, Honores,
Leges, *& ſcelerum ſæpe* Libido *parens.*
*Cur facis aligerum? fortunæ elatus ab aura*
*Aduolat alta, imo neſcius eſſe gradu.*
*Quare oculis captum pingis? non nouit amicos*
*Improbus ex humili cum petit alta loco.*
*Quid rotulæ inſiſtit fortunam imitatur, & inferi*

Se

*Se ſocium inſtabiles qua vult illa pedes.*
*Cur timet atque extra ſeſe ambitiosus effert?*
*Occæcare animos fata ſecunda ſolent.*

## XXVII. FORTVNA PLVTVM GESTAT.

*Diuitiæ Fortunæ ſubiacent.*

*Pauſan. in Bœoticis p. 294.*

XEnophon Athenienſis, & Calliſtonicus Thebanus Fortunæ ſimulachrum finxerunt, Plutum infantem gremio geſtantis: Et ille quidem manus & os, hic reliquas ſigni partes effecit.

APODOSIS.

*Præclara de lubrico fortunæ, ex Seneca.*

Fragile bonum opulentia quæ Fortunæ imperio ſubiacet, & in perpetuo penè fluxu eſt. Senec. lib. 7. de beneficijs. *Omnia iſta quæ vos tumidos & ſupra humana elatos obliuiſci cogunt noſtræ fragilitatis, quæ ferreis clauſtris armati: quæ ex alieno ſanguine rapta veſtro defenditis: propter quæ claſſes cruentaturas maria deducitis: propter quæ quaſſatis vrbes, ignari quantum telorum in aduerſos Fortuna comparet: propter quæ ruptis toties affinitatis, amicitiæ, collegij fœderibus, inter contendentes duos terrarum orbis eliſus eſt. Non ſunt veſtra, in depoſiti cauſa ſunt, iam iamque ad alium dominum ſpectantia, aut hoſtis illum, aut hoſtilis animi ſucceſſor inuadet.*

## XXVIII. FORTVNA PRINCIPVM AVREA, SED MVTATORIA.

*Fortuna nuſquam perpetua.*

FOrtunæ aureæ effigies in cubiculo Principum poni ſolebat, quæ iiſdem morientibus in ſucceſſorum manus transferebatur, ſemper vaga, & raro diutius in eodem reſidens loco. Hoc ex Iulio Capitolino colligo, qui ſic de Antonio Pio moriente ſcripſit. *Tertia cum ſe grauari videret, M. Antonio*

rem-

*rempub. & filiam præſentibus præfectis commendauit, fortunamque auream quæ in Principum cubiculo poni ſolebat, transferri ad eum iuſſit.* *Capitolinus de Antonino moriente*

APODOSIS.

Fortuna principum aurea, ſed tralatitia. Tacitus ann. 3. *Nihil rerum mortalium tam inſtabile & fluxum eſt quam potentia non ſua vi nixa.* Itaq; *Fortunam citius reperias quam retineas.* Non tantum aurea eſt, ſed vitrea: *cum ſplendet, frangitur.* Idem: Quamobrem Seianus *Fortunam* Seruij Tullij quam domi ſuperſtitioſè habitam libationibus & ſacrificijs colebat, repentè vidit ſeſe auertentem. ἄγαλμα Τύχης ὃ Σερουΐου Τουλλίου, εἶδεν ἀποστρεφόμενον. Diol. l. 58. *Præclara est Tacito de fortunæ lubrico. Seianus Seruij Tullij fortunam colui.*

## XXVIX. FORTVNA VISCATA.

*Felicitas conſtans.*

FOrtuna apud populum Romanum nomine Viſcatæ culta, quod nos eminus captet, vt nonnulli interprètantur, ſed perperam. Sic enim nominata fuit quaſi firma, conſtans, & viſco, glutinoue illigata. Similis Athenienſium ἄπτερος νίκη, & Mars Laconicus in vinculis, cuius meminit Pauſanias in Laconicis.

APODOSIS.

Icon eſt conſtantis, & perpetuæ felicitatis: quam tamen non eſt in humanis imperijs reperire:

Τύχη καπηλεύουσα πάντα τὸν βίον
Ἀσυμπέρασον τὴν φύσιν κεκτημένη.
*Fortuna cauponatur totam vitam*
*Intemperans ſortita ingenium.*

Ἀνθ. βιβ. α. *Fortuna cauponatur vitam.*

## XXX. TYXH SEVERI.

*Fortuna commutabilis.*

FOrtuna aurea ſeruatur in Imperatorum cu-

biculis,

Digitized by Google

biculis, quaſi regni fatum. Hanc Seuerus moriens in duos filios ita diuidi iuſſit, vt alterius eſſet apud vtrumque. Meminit Spartianus in Seuero: Fortunam deinde regiam quæ comitari principes, & in cubiculis poni ſolebat; geminare ſtatuerat, vt ſacratiſſimum ſimulachrum vtrique relinqueret filiorum: ſed cum videret ſe perurgeri, ſub horam mortis dixiſſe fertur, vt alternis apud filios Imperatores in cubiculis poneretur.

APODOSIS.

*Philo de inconſtantia fortunæ.*

Hæc igitur Fortuna erat Diaria; qualis verè eſt; in dies vel potius in horas mutabilis; οὐδὲν οὖν ἐστι τῶν ἀνθρωπίνων σπουδασμάτων ἔργον, ἢ πρᾶγμα οὐδὲν, ἀλλὰ σκιά τις ἢ αὖρα, πρὶν ὑποστῆναι παρατρέχουσα, ἔρχεται δέ, καὶ πάλιν ἄπεισιν ὥσπερ ἐν ταῖς παλιρροίαις. Philo Iud. quòd Deus ſit immutab. pag. 248. *Nihil eſt quod mortales tanto affectu deſiderant; re ipſa nihili Sed vmbra aut aura, antequam ſubſiſtat prætercurrens: Accedit, & recedit, Euripis; & æſtibus maris ſimilis.*

XXXI. FORTVNAE OBSEQVENTIS PVLLVS SERVIVS TVLLIVS.

*Fortunatus.*

Hic prædicabat ſibi conſuetudinem intercedere cum Fortuna; quam per feneſtram quandam in ſuum cubiculum ad ſe delabi dictabat. Idem in Capitolio Fortunam *Primigeniam & obſequentem* dedicauit.

*Plutarch. in Furtuna Rom.*

APODOSIS.

Rectè prouerbiali figurâ iactari poterit in vehementer Fortunatos, quibus adeo omnia ſuccedunt ad votum, vt fortunæ in delicijs eſſe videantur. Sed

*Fortuna nimium quem fouet ſtultum facit.*

*Fortunæ obſequium periculoſũ.*

& vt ait Epictetus, εὐτυχίας ὥσπερ μέθης ἄφρων ἐπὶ πλεῖον ἀπολαύσας ἀνοητότερος γίνεται. felicitate nõ ſecus ac ebrietate quadam plus ſatis plenus imprudens, imprudentior efficitur.

## XXXI. HERCVLES MVSAGETES.

*Literarum Tutor.*

FVIT apud veteres Hercules Μουσαγέτης ductor Muſarum, in cuius templo Marcus Fuluius nobilior triennio poſtquam de Ætolis triumphauit, Muſarum ſigna, quæ capta Ambracia Romam tranſtulerat, poſuit. Liuius lib. 38. & Eumenes Rhetor.

### APODOSIS.

Latent Muſæ in tutela bellicæ virtutis, & ſub principum Virorum auſpicijs florent iucundius.

*Pierij tutela chori.*

*Pieridem Heroes, doctos & amate Poëtas;*
*Aurea nec ſuperent munera Pieridas.*
*Carmine purpurea eſt Niſi coma, carmina ni ſint,*
*Ex humeris Pelopis non nituiſſet ebur.*
*Quem referent Muſæ, viuet: dum robora tellus,*
*Dum cælum ſtellas, dum vehet amnis aquas.*

---

## XXXII. HERCVLIS ARA DIDYMÆA.

ὁ ἐν Διδύμοις βωμός.

*Crudelitas.*

DIdymis ciuitas eſt Mileſiorum, vbi Ara ab Hercule Thebano ex luto ſanguinis affuſi copia ſubacto erecta dicitur. Pauſ. in Eliacis p.clxj l.1.

ἀπὸ τοῦ λύθρου τοῦ αἵματος.

### APODOSIS.

Recte dicetur hæc parabola in hominem impurum ex flagitiorum ac cædium importunitate concretum. Theodorus Gadareus huic interpretationi calculum dedit, qui Tiberij mores improbos Icone cupiens exprimere, eum πηλὸν αἵματι πεφυραμένον, appellabat.

*Theodorus Gadareus de crudelit.*

## XXXIII. HERCVLIS CLAVA CANES FVGANS.

*Uirtus v. ctrix calumniæ.*

SAcellum Herculis in foro Boario eſt, in quo argumenta conuiuij, Potitiorum, & maieſtatis ipſius remanet. Nam diuinitus illo, neque canibus, neque muſcis ingreſſus eſt. Etenim cum viſcerationem ſacrificij litaret, Myagrum Deum dicitur imprecatus clauam verò in aditu reliquiſſe, cuius olfactu refugerent canes.

*Solinus initio Polyhiſtoris.*

APODOSIS.

Virtus vel ſolo ſui odore terret, & fugat calumniatores. *Audaci timor eſſe potes.*

## XXXIV. HERCVLIS POMVM.

*Dona leuia Magnos oblectant.*

BOeotiis erat ſtatum, & ſolenne Herculi ſacrum, victima aries comparabatur, ſed eos, qui ducebant, Aſopus fluuius, qui cœleſti aqua mirum in modum creuerat, interclusit: inter ſacrum ſaxumque vt aiunt, Bœotij ſtabant, cum tali commento hoſtiam ſimularunt. Pomo, ſpecie, & magnitudine excellenti, feſtucas ſupponunt, & hi pedes arietis, duas item ad latus feſtucas infixêre, vt cornua effingerent. Tùm ſolitis ſacrorum verbis, Hercules, inquiunt, Pıomache mactus hoc Pomo Ariete eſto.

*Iulius Pollux.*

APODOSIS.

Parua munera, & ludicra, Magnos etiam aliquando viros delectant.

*Vaga cingitur aſtris.*
*Luna & in Oceanum riui fluxere minores.*

XXXV.

## XXXVI. ISIS MAMMOSA.

*Dei beneficentia.*

INter Iſidis effigies, ea non eſt ignobilis, quæ apud Macrobium opinor tota ex vberibus conferta pingitur, quo antiqui terræ omnium parenti, & nutricis fœcunditatem adumbrare ſolebant.

APODOSIS.

Totus vber Deus eſt, adeò ſe miſerorũ caſibus impendit, & rebus omnibus alimenta neceſſaria largitur. Apul. Met. l. 11. *Dulcem matris affectionem miſerorũ caſibus tribuit, nec dies, nec quies vlla ac ne momentum quidem tenue eius tranſcurrit beneficijs otioſum.* *Apul. de Dei beneficentia.*

## XXXVII. IOVES SPARTANI ADORATI.

*Potentiorum cultus.*

APud Lacedæmonios vnus erat ſacerdos Iouis cœleſtis, & Iouis Lacedæmonij.

APODOSIS

Plures nunc ſeruiunt Ioui Lacedæmonio, quam cœleſti. Si Deus enim læſus fuerit, pro nihilo habent & illud Tiberij vſurpant, *Deûm iniuriæ Deo curæ*. At verò ſi Potentiorum aliquis cuius ſe imperio mancipàrint, offendatur, non ferunt, minantur, feriunt, exterminant, ab ijs ſciſcitandum. *Tiberij dictum callidum.*

*De Ioue quid ſentis? eſt nè vt præponere cures*
*Hunc cuiquam? vis Staio?* *Perſius ſat. 2.*

## XXXVIII. IVNO MONETA.

*Iuſtitia.*

BELLVM aduerſus Pyrrhum gerebat Populus Romanus magna æris inopia. Iunonem conſulunt, quid opus ſit facto, iubet eos armis iuſtitiæ pugnare; hoc pacto pecuniam nunquam defuturum, parent iuſſi, iuſtitia, & fide certant cum hoſtibus,



Digitized by Google

*Suidas de Moneta Romanorum.*

& his armis ſuperant. Ex quo inſtitutum vt Iuno Moneta appellaretur, & in eius templo numi cuderentur. Suidas in voce, Μονήτα τὸ νόμισμα ἐν ἱερῷ αὐτῆς ὁρίσαντες χαράττεσθαι.

### APODOSIS.

Armis iuſtitiæ nihil omnino potentius.

Δίκης λόγχῃ μάχου, καὶ πάντα δαμάσεις.

*Plato de Iuſtitia.*

Nec ſine cauſa Plato Iuſtitiam appellat ἔρυμα πόλεων.

## XXXVIII. IVNONIS ARA CINERICIA.

### *Impietas.*

*Pauſanias de Iunonis ara.*

IVnonis Olympiæ ara erat Cinericia, βωμὸς πεποιημένος τέφρας. Pauſan. in Eliacis l. 1. p. 152. initio.

### APODOSIS.

Abſurdum cœleſti Iunoni ſacrificare in cinere: abſusdius Deo viuo, corde immundo, & humanarum rerum puluere, & ſordibus oppleto facere. Quid ſunt enim aliud rerum humanarum curæ?

Πάντα γέλως, καὶ πάντα κόνις, καὶ πάντα τὸ μηδέν.

## XXXIX. IVPITER ARIETINVS.

### *Impietas.*

*Herod. lib. 2.*

THebani cum alias arietibus abſtinerent, vnum tamen quotannis mactabant, cuius pellem ſimulachro Iouis induebant.

### APODOSIS.

Cæca hominum amentia deos fingit artatque vt lubet. Immundi caprum faciunt: homicidæ leonem: voluptuarij ſuem. Hinc ampla vitiorum ſeges, cum vitia ipſa pro numinibus habentur, Xenophanes Colophonius. Εἰ χεῖρας εἶχον βόες ἢ λέοντες, ἢ γράψαι χείρεσσι καὶ ἐργατελεῖν ἅπερ ἄνδρες, ἵπποι μέν θ' ἵπποισι, βόες δέ τε βόεσσιν ὁμοίας καὶ θεῶν ἰδέας ἔγραφον. Si ma-

*Xenophanes apud Theodoretum.*

nus

nus haberent boues, aut leones, aut pingere ſingereue ſicut & ipſi homines ſcirent; Equi quidem equis, Boues bobus ſimiles Deorum effigies facerent.

## XL. BACCHI MODERATOR PLVVIVS IVPITER.

*Vinum aqua diluendum.*

PHilonides Medicus lib. de coronis, & vnguentis auctor eſt, translata è mari rubro vitæ in Græciam à Baccho, multiſque intemperanti voluptate delinitis, & merum bibentibus, cum alij furijs acti inſanirent, alij crapula obruti iacerent quibuſdam ad littus maris potantibus, ingruente pluuia conuiuium diſſolutum, ac poculum, in quo parum vini relictum fuerat, aqua repletum eſſe. Deinde cum factum rurſus eſſet ſudum, ac ſerenum cœlum, conuiuas in eundem locum reuerſos, vinum dilutum guſtantes mitem atque minimè moleſtam voluptatem ſenſiſſe. Ex eo Græci allato inter cœnandum Temeto exclamant, *Bonum Deum*, Bacchum ſcilicet inuocantes. Poſt cænam verò cum temperatum poculum miniſtraretur, *Iouem Seruatorem* exclamant pluuiæ largitorem, & moderatorem potus. *Athen. l. 15. p. 11075. A.*

### Apodosis.

Vinum aqua diluendum cœleſtis aqua docuit, ad id facit venuſtum epigr. Melagri anth. 1. εἰς οἶνον. *Melager de vino aqua diluto.*

Αἱ νύμφαι τὸν Βάκχον ὅτ' ἐκ πυρὸς ἥλαθ' ὁ κοῦρος
Νίψαι, ὑπὲρ τέφρης ἄρτι κυλιόμενον.
Τοὔνεκα σὺν νύμφαις Βρόμιος φίλος, ἢν δέ νιν εἴργῃς
Μίσγεσθαι, δέξῃ πῦρ ἔτι καιόμενον.

*Nymphæ Bacchum quando exigni exiluit puer,*
*Abluerunt in cinere recens volutatum.*
*Quare cum Nymphis dilectus Bacchus, quod ſi recuſes*
*Miſcere, capies ignem ardentem.*

 XLI.

Digitized by Google

## XLI. ΖΕΥΣ ΒΟΥΛΑΙΟΣ.

*Iuſtitia Dei Conſilio regitur.*

*Pauſan. in Atticis p. 3.*

ATheníenſis in curia quingentorum, qui ſummæ rei præerant, ſtatua erat Conſiliarij Iouis, βουλαίου Διὸς.

Apodosis.

*Horat. odar. lib. 3. 1.*

Vt intelligant iudices à Deo capienda omnia conſilia, & inſpectorum eſſe iudiciorum Deum.

*Regum timendorum in proprios greges,*
*Reges in ipſos imperium eſt Iouis,*
*Clari giganteo triumpho*
*Cuncta ſupercilio mouentis.*

## XLII. IVPITER CENTVMPEDA, ET TIGILLVS.

*Dei prouidentia.*

INter cæteras iconas, quibus antiqui Dei prouidentia mundum ſuſtentari docuerunt, hæc eſt nō poſtrema, quod Iouem Centumpedam, & Tigillum exhibuerant: Primum quod velut centum nixus pedibus firmaret infirma, alterum quod Tigilli inſtar ſupera fulciret.

Apodosis.

*Traiani nummus. Eduardi VI. Symbolum. Octau. de Strada.*

Dei prouidentia vbique diffuſa, ita cœleſtia regit, & firmat, vt infirma quæque non contemnat. οὐδὲν γὰρ ἀπρονόητον, οὐδ' ἠμελημένον παρὰ τῷ Θεῷ, πάντα σκοπεύει ὁ ἀκοίμητος ὀφθαλμός. Nihil improuiſum, nihil neglectum apud Deum. Omnia perſpicit ipſius oculus non dormiens. Exſtat in Traiani nummo fœmina, ſtatura erecta, ſtola amicta, ſceptrū vna manu tenens, ad alteram globum, ad eius pedes deuolutum oſtendens, qua prouidentiæ regimē ſignificatur. Simile eſt quod Eduardus ſextus rex Angliæ pinxit in ſymbolo. Erat globus cœleſtis catena vinctus, quæ pendet ex manu cœleſti cum ſymbolo, *Nihil ſine Deo.*

XLIII.

## XLIII. IVPITER CREATENSIS, ὁ ἐν Κρήτῃ Ζεύς.

*Iudex ſurdus*

IN Creta Iouis erat ſimulacrum ſine auribus.

APODOSIS.

Hoc videlicet ſignificabant, rerum omnium potentem nullius dicto audire: τῷ γὰρ ἄρχοντι καὶ κυρίῳ πάντων οὐδενὸς ἀκούειν προσήκει. Rectè cadet in principem ſurdum, aut iudicem querelas non audientem, quod magnum per ſe crimen eſt. Nam, vt ait vir pius æquè ac doctus Petrus Bleſenſis, *Qui dat diuitias terra, ab eis aurum non poſtulat, vel argentum, ſed vt audiant cauſam populi, & arguant pro manſuetis terræ.*

*Plutarch. in Iſid. & Oſirid.*

*Petrus Bleſenſis.*

## XLIV. IVPITER MVSCARVM ABACTOR Ζεὺς ἀπόμυιος.

*Improborum vindex.*

FErunt Herculem Ioui porricientem ἀπομυίῳ Ζηνὶ victimam immolaſſe, & cum perlitatum eſſet, muſcas omnes trans Alpheum euolaſſe.

*Pauſan. in Elia. p. 161.*

APODOSIS.

Muſcæ, improbi, abactor muſcarum, vir grauis, qui ſua auctoritate compeſcat improbos, calumniarum vellicationibus probis inſultantes, ἡ διαβολὴ ξίφοις τομωτέρα, πυρὸς καυστικωτέρα, καὶ τῶν Σειρήνων ἐστὶν εὐπειστοτέρα; vt ait Achilles l. 6. de amoribus Clitophontis quamobrem eget forti propugnatore, in cuius vmbra Hercules ipſi conquieſcere poſſint.

*Achilles VI. de amoribus Clitophontis calumniam vt depingit.*

## XLV. IVPITER PINGENS CENTAVROS IN NVBIBVS.

*Princeps in nugis occupatus.*

IMAGO eſt ampliſſimorum hominum qui ſe nugis occupari patiuntur: & cum ad maxima quæque nati ſint, reculis humanis, & inanibus ludis

capiuntur, quod aliud ſunt iſta quam vt ait. D. Chryſ. παίδων ἀθύρματα. Verba autem Apollonii Damidem interrogantis, ita ſe habent, ζωγράφος οὖν ὁ θεός, ὦ δάμι, καὶ καταλιπὼν τὸ πτηνὸν ἅρμα, ἐφ' οὗ πορεύεται, διακοσμῶν τὰ θεῖά τε, καὶ ἀνθρώπινα, κάθηται τότε, ὡς ἀθύρων τε καὶ γράφων ταῦτα, ὥσπερ οἱ παῖδες ἐν ψάμμῳ. Ph. in vita Apoll. l. 2. c. 10. Hoc præſtitiſſe videtur Domitianus cum abiectis Imperij curis certas ſibi quotidie horas deſtinauit, ad capiendas muſcas, quas ſtylo ferreo nauiter configebat.

## XLVI. IVPITER PHIDIÆ, ET IVPITER HOMERICVS.

*Vrbes magis viris illuſtrantur, quam viri Vrbibus.*

APollonius apud Philoſtr. lib. 4. c. 11. vrbes pulchras cum Iouis ſimulacro à Phidia elaborato comparat, homines cum Homeri Ioue.

APODOSIS.

Significat viros illuſtres præcipua vrbium ornamenta, non autem manufacta quibus finem allatura eſt ætas, Explicat idem Apollonius, vbi de Ioue Phidiæ ait: καθῆσθαι γὰρ αὐτὸ οὕτως ὡς ἐν τῷ δημιουργῷ ἔδοξε, τοὺς δ' ἄνδρας ἐπὶ πάντα ἥκοντας, μηδὲν ἀπεοικέναι τοῦ Ὁμηρείου διός, ὃς ἐν πολλαῖς ἰδέαις Ὁμήρῳ πεποίηται, θαυμασιώτερον ξυγκείμενος τοῦ ἐλεφαντίνου, τὸν μὲν γὰρ ἐν γῇ φαίνεσθαι, τὸν δὲ ἐς πάντα ἐν τῷ οὐρανῷ ὑπονοεῖσθαι. Siquidem Phidiæ Jouem ſedere eo pacto quo artifici placuit; Homines autem omnia luſtrantes haudquaquam diſſimiles eſſe Homerici Jouis, qui ab Homero varijs formis expreſſus eſt, longè admirabilius quàm ſi ex ebore conſtaret: Hic enim in terra duntaxat videtur, alius in cœlo intelligitur.



Digitized by Google

## XLVII. ΖΕΥΣ ΦΑΛΑΞ

*Auxilium diuinum.*

IOVI cuſtodi Domitianus templum ingens, ſeque in ſinu Dei ſacrauit, quod ipſum in ſeditione Vitelliana à furore hoſtium conſeruaſſet. *Suetonius Domitiano.*

APODOSIS.

Omnes quotquot ſunt mortales, ſed maximè reges, in ſinu Dei parentis iacent, cuius prouidentia ſeruantur Ecphantes de regno ἐν μὲν τᾷ γᾷ καὶ παρ' ἁμῖν ἄριστον φύσει ἄνθρωπος, θειότερον δὲ ὁ βασιλεὺς, ἐν τᾷ κοινᾷ φύσει πλεονεκτῶν τῶ κρείσσονι, ὃ μὲν σκᾶνος τοῖς λοιποῖς ὅμοιος, οἷα γεγονὼς ἐκ τᾶς αὐτᾶς ὕλας, ὑπὸ τεχνίτα δὲ εἰργασμένος λώστω, ὃς ἐτεχνίτευσεν αὐτὸν ἀρχετύπῳ χρώμενος ἑαυτῷ. In terra optimum ſanè ingenium præ cæteris animantibus homini datum eſt. Diuinior autem inter homines rex eſt, vt qui multum ſupra communem naturam emineat. Corpore reliquis non diſſimilis, vtpotè natus ex eadem materia; ſed ab optimo artifice factus, qui *fabricauit ipſum Archetypo ex ſeſe ſumpto.* Idcirco peculiari cura reges quaſi patres populi protegit. *Ecphantis dictum præclarum de Rege.*

## XLVIII. IVSTITIÆ NVMMVS.

IN antiquo nummo cernitur Iuſtitiæ effigies, amictu quidem toto in exporrectam retro dextram appenſo, claua ſupra leonis caput poſtremis pedibus reſidentis iniecta, ex antiquo num.

APODOSIS.

Feroces domat Iuſtitia.

Αἰεὶ θραύεις γὰρ ἅπαντας,
ὅσοι μὴ τὸ σὸν ἦλθον ὑπὸ ζυγόν.
*Semper frangis enim omnes*
*Quicumque tuum non ſubierunt iugum.*
Orpheus in hymno Iuſtitiæ.



Digitized by Google

## L. LAMIÆ OCVLI.

*Peccata aliena curioſè obſeruare, ſua negligere.*

LAmia, quod aiunt, cùm foras iret, ficticios oculos habebat, quibus omnia curioſiſſimè luſtraret, eoſdem domum rediens appendebat ad fores, vel in vaſculo reponebat. Plutarch. de curioſitate. τὴν Λαμίαν λέγουσιν οἴκοι μὲν ἄδειν τυφλὴν, ἐν ἀγγείῳ τινὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχουσαν ἀποκειμένους, ἔξω δὲ προϊοῦσαν ἐπιτίθεσθαι καὶ βλέπειν.

APODOSIS.

Eſt illud hominum ingenium, vt alienos errores quanta poſſint curioſitate odorentur, domi nullos oculos habeant, & in proprijs peccatis omnino cæcutiant.

*Aſpice quid portet mantica poſterior.*

Lucianus verarum hiſtor. libr. i. vbi ait de orbe lunari, & homnibus eum incolentibus. τοὺς ὀφθαλμοὺς, inquit, περιαιρέτους ἔχουσι, καὶ ὁ βουλόμενος ἐξελὼν τοὺς αὐτοῦ φυλάττει. Oculos habent præter communem modum portatiles,, & quiſquis vult ablatos ſeruat.

## LI. LATONA DELIACA.

*Spes fruſtrata.*

PArmenicus Metapontinus (vt ſcribit Senius lib. 5. Deliadis) primarius tum genere, tum opibus, cū in antrum Trophonij deſcendiſſet, reuerſus poſtea nunquam ridere potuit. Ea de re ſciſcitanti oraculum, ſic Pythia reſpondit,

Εἴρῃ μ' ἀμφὶ γέλωτος ἀμείλιχε μειλιχίοιο·
Δώσει σοι μήτηρ οἴκῳ, τὴν ἔξοχα τίε.

Sperans igitur poſt reditum ſe riſurum, cum id non contigiſſet, deceptum ſe ab oraculo putans, fortè Delon appulit, vbi quicquid viſebatur in inſula, cum admi-

admiraretur, Latonæ fanum ingreſſus, & matris Apollinis inſignem ſtatum ſpectaturum ſe confidens, ligneam & deformem conſpicatus, præter opinionem, in riſum effuſus eſt. Athen. libr. 14. pag. 614. A. B.

APODOSIS.

Spes fruſtrata, vbi expectabatur aliquid ingens, at exiguum, contemptumque præter opinionem accidit, vt cum mus, aut felis pro leone oſtenditur. *Phædrus.*

*Mons parturibat gemitus immanes ciens,*
*Eratque in terris maxima expectatio,*
*Quod ille pareret: At ille murem peperit.*

---

## LII. LYCI DÆMONIS CLIENTES.

*Calumniatores.*

Athenis in foro vbi agebantur cauſſæ Lycus quidam Genius ſculptus ſtabat lupina ſpecie. Apud hanc ſtatuam Sycophantæ pecunia corrupti verſari conſueuerant, velut apud Deum quempiam ſui quæſtus præſidem, eique indies ſingulos triobolus ſecabatur. Zenobius cent. 5. Prouerb. 2. λύκου ἥρως πρὸς τοῖς ἐν Ἀθηναίοις δικαστηρίοις ἵδρυτο τοῦ θηρίου τὴν μορφὴν ἔχων, ἔνθα οἱ δωροδοκοῦντες· καὶ συκοφάνται κατὰ δέκα γενόμενοι συνεστρέφοντο.

APODOSIS.

Merito in Lyci Dæmonis clientela ſunt calumniatores, fœdiſſimum genus hominum, lupi infeſta rabie integerrimorum virorum famam ſemper aſ-ſectantium. *Hoc præſide gaudent.*



Digitized by Google

## *LIII.* MERCVRIVS VIALIS.

*Mutuum auxilium.*

Conſuetum fuit antiquis Mercurio, quem viarum præſidem credebant, lapides ſacros in aceruum conijcere: tum vt Deo ἐνοδίῳ honorem haberent, tum vt iis qui idem terrerent iter, commonſtrarent viam. Hoc prouerb. 26. indicatur his verbis: *Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij: Ita qui tribuit inſipienti honorem.* Hebræi commentarij hunc aceruum lapidum vocant *Marcolis*, vbi Elias Theſbites ait, *Marcolis nomen eſt idoli cui tales erat cultus. Alij dicunt nomen eſſe Dei cuiuſdam, quem Romæ colebant, qui alio nomine Mercurius vocatur. qua de re eum ſciſcitatus fuerim, reſponderunt nequaquam talem Mercurij cultum fuiſſe.* Exiſtimabat quippe vir candidi ingenij, Mercurij ſtatuam lapidibus ab eis cultoribus impeti: ſed hoc de aggeſto lapidum cumulo in Mercurij Vialis honorem intelligendum, quod declarat Heſychius his verbis in voce Ἑρμαῖος, λόφος τοὺς σωροὺς τῶν λίθων Ἑρμᾶς τοὺς ἐν ταῖς ὁδοῖς γινομένους, εἰς τιμὴν τοῦ Θεοῦ, ἐνόδιος γάρ. Vnde recte Petauius noſter vir politiſſimi iudicij, ad Themiſtij oration. 23. pro ἐρωδιὸν Ἑρμῆν, legit τὸν ἐνόδιον. Ex ijs lapidibus aggeſtis tumuli in altum plerumque culmen erigebantur, vnde Liuius li. 26. *Mercurius Teutates tumulus in Hiſpania.* Hunc Teutatem Galli ſub nomine Mercurij coluerunt:

*Marcolis quid apud Hebræos.*

*Lucanus.*

*Et quibus immitis placatur ſanguine diro*
*Teutates.*

### APODOSIS.

Lapides ab vnoquoque prætereunte in aceruum Mercurij coniecti ad viam demonſtrandam, ſignificant in ſocietatis humanæ mutuum adiumentum ſuum quemque ſymbolum afferre oportere: eamque artium inuentarum noua ſubinde acceſſione locupletari.

LIV.

## LIV. METHE PAVSIÆ.

*Ebrietas comes impudicitiæ.*

PAuſias pictor celeberrimus in tholo Æſculapij Cupidinem pinxit Citharœdum, & Methen, ſeu ebrietatem, quæ ex vitrea phiala bibebat, ita vt per eius perſpicuitatem muliebre os oſtenderet. Pauſan. in Corinth. p 69. Μέθη ἐξ ὑαλίνης φιάλης πίνουσα.

APODOSIS.

Ebrietas ſæpè impuri amoris comes, οἶνος καὶ Ἀφροδίτης γάλα, vinũ enim lac Veneris dicitur, cuius, vt ait Clemens Alexand. Pædag. lib. II. ca. I. ἀναθυμιάσεις θολώδεις ἐπὶ τὰ σῶμα ἐπινεμόμεναι τῇ ψυχῇ: *Vapor turbulentus mentem obnubilat, & plerumq́, cæcitate confundit*, Prouerb. 20. *Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas: omnisqui cum his miſcetur non erit ſapiens*. Hieron. in c. 5. ad Galatas. *Semper ebrietati iuncta luxuria eſt.*

## LIII. MINERVA ANEMOTIS.

*Auxilium ab alto.*

FVIT apud Meſſenios Anemotidis Mineruæ ſignum, quod Diomedes ob ſedatam ventorum rabiem qui intempeſtiuis flatibus regionem vaſtabant, cõnſecrauit. *Pauſan. in Meſſen.*

APODOSIS.

Rectè παροιμιακῷ ſchemate dicetur in egregiam fœminam quæ tempeſtates aliquas malorum ſedarit, & turbulentis calamitatibus auram lucis ſalutarem attulerit. Talis beata Virgo extitit, quæ cum antea fœdi miſeriarum turbines totam pænè terram laceraſſent, prima ſerenitatem mundo attulit, & aduerſis ventorum flatibus diſſipatis, Zephyrorum lenitatem Christi auſpicijs emiſit in terras; vnde re- *Beata Virgo.*

ita appellari poteſt, *Miſeris ſidus implorabile nautis*.

## LVI. MINERVA PHIDIÆ.

*Homo ad Dei imaginem creatus.*

PHidias ille præſtanti vir ingenio, cùm ſimulachrũ Mineruæ, veluto mnium operum caput in ipſa Athenienſium arce ſingulari induſtria à ſe expolitũ collocaret, in Deæ clypeo ſuam impreſſit imaginẽ tanto artificio, vt nemo delere poſſet; aut diuellere, qui totam ſtatuam non imminueret. Ariſt. in veteri codice περὶ τῶν θαυμασίων.

### APODOSIS.

Deus rerum omnium creator, & opifex non cœlo, aut terris, non equis, aut vlli animantium, ſed homini, vt omnium operum capiti, & ornamento, ſuam impreſſit imaginem; ita penitus inhærentem, vt nemo poſſit delere qui ſibi vim non afferat, & funditus perniciem moliatur Theodotus in Epitome, ὁ πιςὸς ἐπὶ γραφὴν μὲν ἔχει διὰ Χριςοῦ τὸ ὄνομα, τοῦ θεοῦ δὲ τὸ πνεῦμα ὡς εἰκόνα.

## *LVII.* MINERVA SAITANA.

Ἡ ἐν Σάει Ἀθηνᾶ.

*Sapientia Cœleſtis.*

SAi Mineruæ, ſiue Iſidis fanum erat, in quo hæc inſcriptio: ΕΓΩ ΕΙΜΙ ΠΑΝ ΤΟ ΓΕΓΟΝΟΣ, ΚΑΙ ΟΝ, ΚΑΙ ΕΣΟΜΕΝΟΝ, ΚΑΙ ΤΟΝ ΕΜΟΝ ΠΕΠΛΟΝ ΟΥΔΕΙΣ ΤΩΝ ΘΝΗΤΩΝ ΑΠΕΚΑΛΥΨΕΝ. Plutar. in Iſid. & Oſirid. *Ego ſum omne quod fuit, eſt & erit & meum peplum adhuc nullus mortalium euoluit*: addit ſupra Plu-

Plutarchum Proclus: Ὃν ἔτικον καρπὸν Ἥλιος ἐγένετο. Quem peperit fructum. Sol eſt.

## APODOSIS.

Caduntomnia in Deum, quem σοφίαν κοσμοτεχνῖτιδα Syneſ. nominat: pars tamen vltima de qualibet obſcura ſcientia dici poteſt: vt de Theologia, cuius nullus adhuc velum plenè retexerit: tanta eſt inter rerum diuinarũ congitione difficultas. Saitanæ porò Mineruæ meminit Plato de Republica. οὗς μεγίστη πόλις ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ὅι τῆς πόλεως θεὸς ἀρχηγὸς ἐστίν, Αἰγυπτιστὶ μὲν τοὔνομα Νηΐθ. ἑλληνιστὶ δὲ ὡς ἐκείνων λόγος, Ἀθηνᾶ.

---

## *LVIII.* MOMVS.

*Critici cenſores.*

PRoducta eſt Venus in Deorum concilium omnibus Veneribus affluens, etiam comptis, & tortis cincinnis, madentibuſque comarum fimbrijs, & omni mundo muliebri ornata. Placuit cœleſtibus diuina ſpecies, & omnium oculos inflexit admiratione ſuſpenſos. Aderat tum Momus Deus amentiſſimæ dicacitatis: rogatus quid de Venere ſentiret, Sandalium, inquit, habet nimis ſtridulum, & argutum. *Vide Budæi Philogium.*

## APODOSIS.

Critici ſæpè, & correctores opera cedro digna, quæ omnes admirantur, ſoli reprehendunt, & cum eloquentiæ decora exilis pectoris anguſtijs capere non poſſint, minutias quaſdam, vt calceoli ſtrepitum exagitant, voces nonnullas vellicantes. Itaque rectè ab Antiphane vocantur, εὐφώνων λαθροδάκνας Κόρεις, Eloquentium clandeſtinè mordentes cimices.



Digitized by Google

## LVIII. MOMI TAVRVS.

*Potentia moderata.*

MOmus vt reprehenſionis aculeos in omnes deos mordacius exerebat, Tauri artificem Deum carpebat, quod cornua non ſuffixiſſet oculis: quo illorum vis immoderata his veluti ducibus regeretur. *Lucianus in Nigrino.*

ΑΠΟΔΟΣΙΣ.

Ex eo oculus vigil Tauri cornu inſidens, ſymbolum erit ferocis potentiæ rationis beneficio reſtrictæ, ne quocumq; tempeſtas rapuerit, erumpat. Alioqui ſumma potentia lumine prudentiæ, & moderationis deſtituta, in quas pernicies non eſt eruptura?

*Papinius.*

*—Nec qua iubet alta poteſtas*
*Ire, ſed armatas multum ſibi demere vires.*

## LIX. MORPHO, Η ΜΟΡΦΩ.

*Coniugalis amoris firmitas.*

COgnomen eſt Veneris apud Lacedæm. cuius effigies vincta erat compedibus. *Pauſan. Lacon.*

ΑΠΟΔΟΣΙΣ.

Idem interpretatur de firmitate, & conſtantia amoris coniugalis. Alij cenſent hoc vinculo notatas fuiſſe Laconum vxores περιδρόμους, vagas, & ſequaculeias, quibus opus eſſet compedibus. Plutarchus refert apud ſuos Bœotios concremari pro foribus axem vehiculi quo ſponſa in domum viri deuecta eſt: quo ſymbolo oſtendunt, liminis cuſtodiam religioſè commendari mulieribus. *Bœoticarum rituu.* *Roman. qu. 29.*

## LX. LEX, MORS.

MULIER dentes habens nihilo feris placidiores, & aduncos manuum ungues: ὀδόντας ἔχουσα οὐδὲν ἡμερωτέρους θηρίου· καὶ οἱ κατὰ τῶν χειρῶν εἰσιν ἐπικαμπεῖς οἱ ὄνυχες. *Pauſan. in Eliac. lib. priore.*

### APODOSIS.

Mortis rapacitas ea ſignificabatur Icone, quæ in univerſum genus hominum ungues exerit, nec ſe quiſquam ab ejus legibus vindicare poteſt: *Seneca in Theb.*

*Eripere vitam nemo non homini poteſt,*
*At nemo mortem.*

## LXI. MULIER FORMOSA ALTERAM FOEDAM TRAHENS.

*Juſtitia.*

FORMOSA mulier (apud Pauſan. in Eliacis lib. I.) alteram fœda facie, obtorto collo; trahens ſiniſtra, dextera fuſte cædens, Juſtitiam ſignificat, quæ injuriam malè mutat.

### APODOSIS.

Videtur pictor reſpexiſſe illud Orphei in hymno Juſtitiæ. *Orpheus de Juſtitia.*

Κλῦθι θεὰ κακίην θνητῶν θραύουσα δικαίως.
*Audi Dea malitiam mortalium frangens juſtè.*

## LXII. MISERICORDIAE ARA INTER GLADIATORUM SPECTACULA.

*Simulatio virtutis.*

ATHENIENSES, ut urbanis moribus compoſiti, & ad omnem lenitatem propenſi, Miſericordiæ aram in ſua civitate collocarunt: Mox vitiis cæterarum gentium depravati, gladiatorios ludos, hoc eſt, fœdiſſimam mortalium lanienam, quæ tot millibus capitum ſingulis annis Europæ ſtetit, in ſuam

urbem introduxerunt. At verò, antequam hujuſ crudelitatis uſum admitterent, fertur Demonax dixiſſe, Quæſo Athenienſes, ſi gladiatores Athenas inducere decreviſtis, ſaltem aram miſericordiæ diruite. *Plutarch.*

### APODOSIS.

Eo ſunt ingenio præditi mortales, ut inter fœdiſſimas libidines, Lucretiarum imagines, inter inſanos conviviorum furores, exempla ſobriorum ſine ullo uſu vaniſſimè oſtentent. πολλοὶ μὲν ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι. *Plato.*

---

## LXIII. MVSARVM ARA ET SOMNI.

*Somnus utilis ſtudioſis.*

*Pauſ. in Corinth.*

TROEZENI (oppidum eſt Peloponneſi) cella fuit Muſarum, quã Ardalus Vulcani filius fecerat. Nec longe ara, in quas Muſis ſimul, & ſomno ſacra faciebant, Muſis deorum omnium amicum Somnum arbitrati.

### APODOSIS.

Modico ſomno ſtudioſis opus eſt, ut defeſſum continua agitatione animum novis viribus recreent.

*Orpheus de ſomno.*

Λυσιμέριμνε κόπων ἡδεῖαν ἔχων ἀνάπαυσιν,
Κὰν πάσης λύπης ἱερὸν παραμύθιον ἔρδων.

*Seneca in Hercule furente.*

*Tuq́; ô domitor ſomne malorum,*
*Requies animi, pars humanæ*
*Melior vitæ*

Atque inde mos fluxit, ut cubitum diſcedentes Mercurio libarent, victimarumque linguas immolarent. Vide *Apollon. Schol.* in hunc locum.

--Τέως ἐπί τε γλώσσῃσι χέοντο
Αἰθομένῃς ὕπνου δὲ διὰ κνέφας ἐμνώοντο.

*Aliud Symbolum.*

LXIV.

## LXIV. NEMESIS MARATHONIA.

Ἡ ἐν Μαραθῶνι Νέμεσις.

*Superbia punita.*

NON longè à Marathone, ubi Perſæ ab Athenienſibus inſigni clade deleti ſunt, templum erat, & ſignum Rhamnuſiæ deæ, quod Phidias ex ipſis marmoribus fecerat, quæ Perſæ Athenienſium copias faſtidientes advexerant, ut ſibi trophæa ſtatuerent, ὡς τροπαῖον ποιήσειν. *Pauſan in Atticis p. 32. initio,* Nemeſis porrò ſimulachrum coronam habebat, cervis & victoriolis inſignitam: læva κλάδον μελίας, fraxini ramum: dextra phialam tenens. *Vide Ammian. Marcell. lib. 14. ſub finem.*

APODOSIS.

Perſæ Thraſones ſunt, & ſuperbi, qui præter metum & expectationem celeri turbine feriuntur: Nemeſis ſignum, ultionis divinæ monumentum: Athenienſes victores populos ſignificant: Corona, Nemeſis potentiam: Cervi, velocitatem in ulciſcendo: victoriolæ, fortitudinem: fraxinus, celſitatem: phiala, effuſionem ſanguinis. De hac autem Nemeſi extat Auſonii epigram. quod è Græco Anthologiæ tranſtulit:

*Me lapidem quondam Perſæ advexere, trophæum*
*Ut fierem bello, nunc ego ſum Nemeſis.*
*At ſicut Græcis Victoribus aſto trophæum,*
*Punio ſic Perſas vaniloquos Nemeſis.* *Auſonius de Nemeſi.*
Ἀμφοτέροις δ' ἔστηκα, καὶ Ἕλλησι τρόπαιον
Νίκας, ἢ πέρσαις τῦ πολέμυ Νέμεσις.
*Memoremq; time Rhamnuſidis iram.*

## LXV. NICE ATHENIENSIVM INVOLUCRIS.

Ἡ ἄπτερος Νίκη.

*Victoria immobilis*

ATHENIS ſimulachrum fuit Victoriæ ſine alis,

ut ea immobilem apud eos ſui domicilii ſedem conſtituiſſe crederetur. Similiter apud Lacedæmonios ſignum fuit Martis Ἐνυαλίς, in compedibus.

APODOSIS.

In conſtantem igitur victoriam conveniet, Νίκη ἄπτερος. In id argumentum diſertè luſit Pompeius Poëta, cum Romæ alæ in ſtatua Victoriæ tactæ de cælo conflagraſſent *Anthol.* 4. εἰς νίκης ἄγαλμα κτ. κα.

Ῥώμη παμβασίλεια τεὸν κλέος οὔποτ' ὀλεῖται.
Νίκη γάρ σε φυγεῖν ἄπτερος οὐ δύναται.

## LXVI. OROMAZÆ OVUM.

*Bonum ſyncerum.*

MAGORUM fabula eſt de ovo Oromazæ, in quo 24. Deos eoſque bonos & propitios incluſerat: quod cum totidem dii ab Arimanio peſſimo genio conditi perforaſſent, bona ſunt malis admixta.

*Plutarch. in Iſid. & Oſirid.*

APODOSIS.

Ovum Oromazæ ſynceram partem aurei generis demonſtrat, quæ ſua ſponte æquo bonoque addicta, nullum habuit cum pravitate commercium. At poſtquam flagitiorum lues irrepſit in terras, ita penitus adhæſit omnibus, ut vix ullum bonum omni ex parte ſyncerum liceat invenire, in quo non ſit φθονερῆς μοίρης, de qua *Syneſ.* in Hymnis:

*Syncera bonorum pars nulli conceſſa viro.*
*Satin' parva res eſt voluptatum in vita*
*Atque in ætate agunda.*
*Præ quam quod moleſtu eſt, ita quoque comparatum*
*Eſt in ætate hominum*
*Ita Dis placitum, voluptati ut mœror comes conſequatur:*
*Quin incommodi plus maliq; illico adſit, boni ſi obtigit quid.*

Plautus in Amphitruone.

*Sunt bona, ſunt quædam mediocria, ſunt mala plura,*
*Quæ legis: hic aliter non fit Avite liber.*

*Martial. lib. 1.*

LXVII.

## LXVII. OSIRIDIS CVLTORES.

*Beneficientia, & Charitas.*

OSIRIDIS cultores maximè cavent, ne arborem hortenſem perdant, aut fontem obturent. *Plutarch. in Iſid. & Oſirid.*

APODOSIS.

Dei Optimi Max. cultui addictos cavere vehementer oportet, non modo ne teneris plantis noceant: ſed ne iiſdem benignitatis rivulos claudant, Veſpaſiani illud dictum aureum ſequuti: Ἀξῦτε ὡς ἐκ Νείλου, haurite, inquit Ægyptiis, haurite ex me tanquam ex veſtro Nilo.

## LXVIII. OSIRIS EFFIGIES.

*Regum vigilantia, & potentia.*

ÆGYPTII Oſirim Regem, & dominum ſuum, oculi ſceptrive effigie exprimunt. *Plutarch. in Iſid. & Oſirid.*

APODOSIS.

Regum vigilantia, & moderatio ſignificatur: oculo vident, ſceptro regunt, quæ præviderunt: & cũ ſint veluti Θεοὶ ἐξ ἀνθρώπων, quod ait Plato, popularibus rectè proſpicere debent, ut omnium ſomnos ſua vigilantia tueantur. Rex vigila.

*Tu civem patremq́ geras, tu conſule cunctis,*
*Nec tibi, nec tua te moveant, ſed publica vota.*

*Theodoſius ad Honoriũ apud Claudianum.*

## LXIX. OSIRIDIS IMAGO.

*Vir bonus.*

OSIRIDIS boni Dei Imago apud Ægyptios erat accipiter. Nam & acie oculorum, & volatus pollet celeritate, idemque alimentum citò digerit, & mortuorum oculis inhumatis terram ingerit ſupervolans: & cum ad Nilum bibiturus venit, pennam rectam figit, quam deinde inclinat, ſignificans ſe Crocodilum evitaſſe: quod ſi abripiat, manet tamen recta penna ſicut eam ſtatuerat. *Plutar. in Iſid. & Oſir.*

APODOSIS.

Acies oculorum, perſpicacitas eſt bonorum: celeritas alarum, prompta mens: iniectio terræ mortuis, Miſericordia: penna recta, monumentum ſui quod poſteris ad fœlicem & æternam memoriam relinquit, Τὸν βιὸν τ. ἀριτῆς μνημείῳ σφραγίζων.

## LXX. PAVPERTATIS ET INDVSTRIÆ ARA COMMVNIS.

*Paupertatis comes induſtria.*

*Philoſtratus l. b. 5. cap. 1.*

APVD Gaditanos πενίας καὶ τέχνης βωμοὶ fuerunt.

APODOSIS.

*Apuleius de paupertate.*
*Seneca.*
*M. Manilius.*

Paupertas artes omnes excitat, & vt ait Luc. Apuleius, *Priſca apud ſecula omnium ciuitatum conditrix, omnium artium temperatrix* Senec. ep. 15. *Noua artificia fames ducit.* Quod diſertè quoque perſequutus eſt Marcus Manilius Aſtronomicon l. 1. Cum enim (inquit) abundarent homines,

*Tum quiſque ſatis ſe noſſe putabat.*
*Sed cum longa dies acuit mortalia corda.*
*Et labor ingenium miſeris dedit: & ſua quemque*
*Aduigilare ſibi iuſſit fortuna premendo,*
*Seducta in varias certarunt pectora curas,*
*Et quacunque ſagax tentando repperit vſus*
*In commune bonum commentum læta dedere.*

*Labor dat ingenium.*

## LXXI. PLVTVS IN IRENES GREMIO.

*Pax omnium bonorum mater.*

*Pauſan. in Bœot. pag. 294.*

CEPHISODOTVS in pacis gremio Plutum puerum effinxit.

APODOSIS.

Ex pace efflorescit opulentia.

*Bacchylid.*

Τίκτει δὲ θνατοῖσιν εἰρήνα μεγάλα
Πλοῦτον, καὶ μελιγλώσσων ἀοιδῶν ἄνθεα.

Audi-

Digitized by Google

Δαιδαλέων τ' ἐπὶ βωμῶν θεοῖσι αἴθεσθαι βοῶν
Ξανθᾷ φλογὶ μηρία τῶν ἐυτρίχων τε μήλων,
Γυμνασίων τε νέοις αὐλῶν τε καὶ κώμων μέλειν.
Ἐν δὲ σιδαροδέτοισιν πόρπαξιν αἰθᾶν ἀραχνᾶν
Ἱστοὶ πέλονται, ἔγχεά τε λογχωτὰ,
Ξίφεά τ' ἀμφακία εὐρὼς δάμναται Χαλκέων
Οὐκέτι σαλπίγγων κτύπος. οὐδὲ συλᾶται μελίφρων
ὕπνος,
Ἀπὸ βλεφάρων ἀμὸς ὃς θάλπει κέαρ.
Συμποσίων δ' ἐρατῶν βρίθοντ' ἀγυιαὶ,
Παιδικοὶ θ' ὕμνοι φλέγονται.

*Parit mortalibus autem pax magna*
*Divitias, & melleorum carminum flores.*
*Affabre factisq; ſuper aris diis uruntur boum*
*Fulva flamma femora, villoſarumq; ovium.*
*Iuvenibus gymnaſia, tibiæ, & comeſſationes curæ ſunt,*
*At in ferro revinctis clypeis nigrarum aranearum*
*Telæ ſunt, haſtasq; cuſpidibus munitas.*
*Et gladios ancipites ærugo conficit, ænearum*
*Non amplius tubarum clangor, neq; ſurripitur melleus*
*ſomnus*
*A palpebris, noſtrum qui fovet cor.*
*Convivüs autem amabilibus pleni ſunt vici,*
*Et puellares hymni calent.*

## LXXII. PRAXIDICÆ.

*Vltio.*

EST apud Haliartios ſub dio dearum ædes, quas vocant πραξιδίκας (vindices) ad quarum aram *Pauſanias* juſiurandum concipiunt indigenæ. Praxidicen verò *in Bœoticis* Deam quandam appellabant gentes (ut Heſychius *pag.* 307. tradit) quæ non modo iis quæ dicantur, ſed & quæ agantur finem imponat. Δαίμονά τινά φασιν τὴν ὥσπερ τέλος ἐπιτιθεῖσαν αὐτοῖς τε λεγομένοις, καὶ πραττομένοις.

ἈΠΟΔΟΣΙΣ.

Vindici oculo Dei parent omnia.

ὄμμα Διὸς καθορῶν, πάντα τὰ γινόμενα. Suidas Praxidicæ Deæ ſolum caput conſtitui ſolitum memorat, quod voluit Heſychius, cum dixit, Διὸ καὶ τὰ ἀγάλματα κεφαλὰς γινῶσ; καὶ τὰ θαύματα, quaſi tota caput eſſet, & oculus, ad deprehendenda mortalium flagitia.

## LXXIII. ANTIOCHI NVMMVS.

*Sapientia fortiſſima rerum.*

*Ex antiquo nummo.*

IN Antiochi nummo ſculptus erat humi procumbens Leo, eumque ſupervolans noctua.

### APODOSIS.

*Epiſt. 59.*

Vires cedunt Sapientiæ, rectè ſapiens à Seneca cum exercitu fortiſſimo comparatur. *Etenim ad omnem incurſum munitus & intentus, non ſi paupertas, non ſi luctus, non ſi ignominia, non ſi dolor impetum faciat, pedem refert interritus: & contra illa ibit, & inter illa.*

## LXXIV. SATURNI SACRIFICIVM.

*Bacchanalia, & Choreæ.*

*Plut. de ſuperſtitione.*

CARTHAGINENSES Saturno filios immolabant, & qui nullos habebant, à pauperibus miſerabiles victimas emere cogebantur. Aſtabat autem in ipſo ſacrificio mater rigida. & abſq; gemitu: ſi enim ingemuiſſet jacturam faciebat, & honoris, & filii. Interim ante ſtatuam *omnia tibiarum cantu, & tympanorum pulſu perſonabant*, ne quis clamor exaudiretur.

### APODOSIS.

*Apollonius Bacchanalia exagitat.*

Dæmon animas inter cantandum, & ſaltandum devorat in præclaris illis Bacchanalibus, quæ Chriſtiani magno noſtræ religionis rubore è paganis eruunt ceremoniis. Juvat de iisdem Apollonium Ethnicum hominem, & magnum audire, qui ſic Athenienſium Bacchanalia perſtringit: ὑμεῖς δὲ ἀβρότεροι τῆς Ξέρξου γυναικῶν ἐπ' αὐτοὺς ςέλλεσθε, οἱ γέροντες,

τες,

φορεῖτε, οἱ νέοι τὸ περσικόν, οἱ πάλαι μὲν ὀμνύντες ἀγρεύλην φαιτῆτου ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθανεῖσθαι, καὶ ὅπλα στήσεσθαι· νῦν δὲ ἴσως ὀμοῦνται ὑπὲρ τῆς πατρίδος βακχεύσειν, καὶ θύρσον λήψεσθαι. Vos autem molliores eſtis quàm Xerxis fœminæ, eoſdem geritis ornatus ſenes, pariter ac juvenes, quos Perſarum impuberes geſtare ſolent. Quondam tamen in agro pugnaturi juraſtis pro patria potius eſſe morituros, & arma laturos, nunc autem ut puto juratis pro patria vos bacchaturos, & thyrſum ſumpturos.

---

## LXXV. SERAPIS TRICEPS.

*Rex bonus.*

SERAPIDIS idolum, ut ex antiquis numiſmatis conſtat, triceps erat, in medio Leonis caput vaſtū admodum, dextera parte canis applaudibundi, blandientiſque, læva lupi, ſuperne calathus inſidet, quæ ſpecies univerſa anguis habitu complexa eſt. *Macrob. Satur. lib. 1. cap. 20.*

APODOSIS.

Ad ſolem referunt mythologi: ſed exiliter Leonis capite monſtratur præſens tempus, inquit Macrobius, quia conditio ejus inter præteritum, futurumque actu præſenti valida, ferven ſque eſt: ſed & præteritum tempus lupi capite ſignatur, quod memoria rerum tranſactarum rapitur, & auſertur. Item canis blandientis effigies futuri temporis deſignat eventum: de quo nobis ſpes licet incerta blanditur. Vertex inſignitus calatho & altitudinem ſideris monſtrat, & potentiam capacitatis oſtentat. An potius tria illa capita conditiones oſtentant Principis? Leo regiam dominationem, Lupus, qui Marti dicatus eſt, unde ὁ πλίτης λύκος, Mars nominatur à Lycophrone, bellandi peritiam. Canis fidelem populariam cuſtodiam. *Lycophron. de Marte.*

## LXXVI. SIRENES SPOLIATÆ

*Literæ humaniores ſacris deſeruiunt.*

*Pauſan. in Bœot. pag. 308.*

MVSAE victis Sirenibus, ex earundem pennis alarum euulſis coronas ſibi texuerunt.

APODOSIS.

Literæ ſacræ ex humanioribus ſpolia capiunt, & iiſdem plerumque venuſtantur. Nam, vt ait D. Baſilius *in oratione de vtilitate ex Græcorum ſcriptis percipienda*, Τοῖς ἔξω δὴ τούτοις προομιλήσαντες τὰ ἅγια ἐπάγουσιν. Adoleſcentes his manſuetioribus litteris initiati, reliquis ſtudijs vegetum quendam florem induunt, & pulchritudinem, quam Syneſius in Dione *fibulam animæ*, πόρπην τῆς ψυχῆς nominat. Verum quo temperamento ſit iſtud præſtandum, oſtendo fuſius in libris de triplici eloquentia.

*Pulchritudo animæ fibula.*

## LXXVII. SVADA ET VIOLENTIA THEMISTOCLIS.

*Seueritas mixta ſuauitati.*

*Plut. Themiſt.*

THEMISTOCLEM ferunt, cum legatus ad Andrios veniſſet, pro concione dixiſſe, ſe duobus potentiſſimis Numinibus comitatum, ad vrbem acceſſiſſe, Suada & Violentia.

APODOSIS.

Seueritatem cum manſuetudine ita temperare oportet, vt qui naturæ benignitatem contempſerint, ſentiant aculeos authoritatis. Fronto ſenator deſiderabat hanc mixturam in Nerua Imperatore cum diceret, Κακὸν μὲν εἶναι αὐτοκράτορα ἔχειν, ἐφ' οὗ μηδενὶ μηδὲν ἔξεστι ποιεῖν χεῖρον δ' ἐφ' οὗ πᾶσι πάντα. Malum eſſe imperatorem habere ſub quo nihil cuiquam liceat: Deterius verò, eum habere ſub quo omnia omnibus liceant.

*Frontonis dictum de Nerua.*

LXXVIII.

# LXXVIII. TROPHONII ORACULUM.

*Literarum ſtudia.*

TRophonii oraculum aditurus, primum manebat in ædicula bono genio & bonæ fortunæ ſacra, in qua expiabatur, & calidis aquis abſtinens, Hercyna fluvio lotus, victimarum, quas immolabat, carnibus victitabat. Ad ſummum admitti à Deo putabatur ad conſulendum, cùm ariete litatum eſſet: deducebatur tunc à ſacrificulis conſultò noctu, ad Hercynam fluvium: ibi oleo perungebatur, & à pueris tredecim annorum abſtergebatur, quos Hermas nuncupabant. Bibendum deinde erat ex fontibus oblivionis & memoriæ, ut præterita obliviſceretur, attentus maximè ad præſentia. Mox linea toga amictus, per ſcalas pedibus anterioribus in antrum deſcendebat, melleas placentas geſtans: Ibique modo viſu, modo auditu tantum futurorum cognitionem accipiebat. Reverſum eodm modo, quo deſcenderat, & adhuc attonitum ſacrificij in memoriæ ſolio collocabant, vt viſa vel audita exponeret. Hæc *Pauſanias in Bæoticis pag.* 313. qui ſe adiuiſſe antrum & conſuluiſſe teſtatur.

APODOSIS.

Antrum Trophonii, Philoſophia: Expiatio, purgatio mentis: lotio, purificatio: ſacrificia, preces: fons obliuionis, prauæ conſuetudines dediſcendæ: memoriæ bonæ retinendæ: linea toga innocentia: melleæ placentæ, lenitas morum: ingreſſus pedibus anterioribus, difficultas: auditus, opinio: viſus, ſcientia.

LXXIX.

Digitized by Google

## LXXIX. TYPHONIS IMAGO.

*Improbitas.*

*Plutar. in Iſid. & Oſirid.*

TYPHONIS imago apud Ægyptios per fluvialem equum, cui accipiter inſiſtebat, depingebatur.

APODOSIS.

Typhon improbos ſignificat, immanitatem hippopotamus, accipiter rapacitatem, ex iis totus conflatus eſt improbus ἐγίνετο δὲ οὔτε θεῷ γίνεσθαι τὴν φύσιν, οὐδ' ὅλως ἀνθρώπων τινί. ἀλλὰ παντοδαπόν τι κακὸν, νωθὴς, καὶ ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης. Τοσαῦτα ἀφ' ὕπνου γινόμενος ὅσα γαστρίζεται, καὶ ἄλλα ἐναποτίθεται τῷ καδίσκῳ ἐφόδια. Hæc Syneſius de Typh. *lib. de providentia.*

## LXXX. VENVS AVERRVNCA.

Ἀφροδίτη ἡ Ἀποστροφαία.

*Adulterii deteſtatio.*

*Pauſan. in Bœot.*

HARMONIA Thebis cum Venere Vrania, & Pandemo Apoſtrophiam dedicavit, ad avertendos illegitimos concubitus, quibus omnis creatur pernicies.

APODOSIS.

*Antiſthenes contra Venerem.*

Apoſtrophiam Venerem colunt, qui exleges copulas deteſtantur. Bene exclamat Antiſthenes apud Theodoretum oratione tertia, Ἀφροδίτην κατατοξεύσαιμι εἰ λάβοιμι. ὅτι πολλὰς ἡμῶν καλὰς, καὶ ἀγαθὰς γυναῖκας διέφθειρεν. *Venerem ego ſagittis confoderem, ſi deprehenderem, quando ex noſtris permultas honeſtas, & morum bonitate inſignes fœminas corrupit.* Idem Amorem appellabat κακίαν τῆς φύσεως, cui cum ſubditi ſunt miſeri mortales, *fœdum morbum in Deum tranſcribunt.*

LXXXI.

## LXXXI VENUS CALVA.

*Salus charior forma.*

VENVS Calua à Populo Romano culta eſt tali euentu: urbs eſt à Gallis occupata obſeſſi in Capitolio Romani, cum ex mulierum capillis tormenta feciſſent, ædem Veneris Calvæ conſecrarunt.

APODOSIS.

Icon Veneris Calvæ monebat ſalutem pulchritudini anteponendam. Cæterum alii non impenſos Reip. ſaluti capillos, ſed ob pruriginem abraſos volunt. Qua in ſententia eſt Georgius Codinus Conſtantinopol. hiſtoriæ auctor Græcus, ubi agit de ſimulachro Veneris pectinem ferente. τῆς Ἀφροδίτης, inquit, τὸ ἄγαλμα κτένα φέρει, ἐπειδὴ συνέβη ποτὲ ταῖς τῶν Ῥωμαίων γυναιξὶ κνῆφην λοιμώδη γενέσθαι, καὶ ξυρουμένων πασῶν γεγόνασιν αὐταῖς αἱ κτένες ἄχρειοι.

*Lact. lib. 1. c. 20. Veget. lib. 4.*

*Venus cum pectine.*

## LXXXII. Η ΕΝ ΚΝΙΔΩ ΑΦΡΟΔΙΤΗ.

*Vana gloria.*

SIMULACHRUM celebratur Cnidiæ Veneris, cujus amore captus ſtultiſſimus adoleſcens, iſtud pro germana Venere habuit, umbram pro corpore complectatus.

*Philoſt. in vita Apollonii.*

APODOSIS.

Simulachrum gloriæ multi amplectuntur ſolidam gloriam rati, πᾶσιν ἀνθρώποις ἔρως τοῦ μέλλοντος ἐνίδρυται: inquit Philo. *Multi totum iter ignorant veræ gloriæ, faſcibus enim & purpuris gloriari vanus error hominis, & inanis cultus dignitatis; fulgere purpura, mente ſordeſcere.*

*Minutius Felix in Octavio.*



Digitized by Google

*demonſtrans, alto quodam loco condidit, & in ſinus ſuis bono aleæ tabulam geſtans, ut quaſi ipſe luſor, & ad-inventor hujus malitiæ appareret.* (addit) *aliud crimen adinvenit, quo ſe ab imitatoribus ſuis colendum, & ſibi ſacrificandum inſtituit, ita ut qui vellet ſtudio ejus adhærere, non ante manum in tabulam ejus porrigeret, niſi authori hujus prius ſacrificaſſet.*

## Apodosis.

Improbi non modo vitiorum fomites nefariâ quærunt ſolertia, ſed in iis inventis exultant, & triumphant, vel certè rectè torquebitur in aleatores, *Zabulo ſacrificant.*

PARA-

# PARABOLARVM HISTORICARVM

## LIBER TERTIVS.

### HOMINIS BONA.

HOc, & altero libro, varias ab historia perſonarum ductas parabolas complectemur. Atque vt ab ipſa hominis natura ordiar: certè maximum omnium atque illuſtriſſimum ſymbolum eſt, cùm μέτρον ἁπάντων: & vt loquitur D. Gregorius Nazianzenus, πολυτροπώτατος καὶ ποικιλώτατος. Nam ſi ſecundum naturam illam cœleſtem ſpectetur, quid eſt aliud, quam vt ait idem Auctor, *Deus terrenus*: οὐράνιος καὶ χθόνιος, ſi ex aduerſa parte cōſideretur, quid eſt aliud quam quod ait Ariſtoteles. Τύχης παίγνιον, μεταπτώσεως εἰκών, καιροῦ λάφυρον, φθόνου καὶ συμφορᾶς πλάστιγξ, τὸ δὲ λοιπὸν φλέγμα καὶ χολή; Vnde latus exiſtit de hoc argumento dicendi campus. Ordiemur à duabus iconibus quibus Hominis miſeriæ ſuis coloribus exprimuntur. In vna infans matris vterum repetit: in altera alius in ipſo matris vtero clauſus, gemitus orditur. Non ſunt in malis numerandæ miſeriæ, quæ bonorum patrimonia nominantur, & vt ait Epictetus homines, θεοῦ Ὀλυμπινίκας conſtituunt.



Digitized by Google

## I. INFANS MATRIS VTERVM REPETENS.

*Vitæ miſeriæ ſalutares.*

*Plinius.*

Et inter exempla, in vterum protinus reuerſus infans Sagunti, quo anno ab Hānibale deleta eſt,

APD. In vterum credo reuerterentur omnes infantes, ſi miſerias vitæ præuiderent, ὁ βίος ἀληθῶς οὐ βίος ἀλλὰ ξυμφορά. Aurea ſunt illa *Pliny l. 7. c. 50. Incertum, ac fragile nimirum eſt hoc munus naturæ, quidquid datur nobis: malignum vero, & breue in ijs etiam quibus largiſſimè contigit, vniuerſum vtique æui tempus intuentibus. Quid, quod æſtimatione nocturnæ quietis dimidio quiſq; ſpatio vitæ ſuæ viuit? Pars æqua morti ſimilis exigitur, aut pœnæ, niſi contingit quies. Nec reputantur infantiæ anni, qui ſenſu carent: nec ſenectæ in pœnam viuacis, tot periculorũ genera, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties inuocata morte, vt nullum frequentius ſit votum. Natura vero nihil hominibus breuitate vitæ præſtitit melius, hebeſcunt ſenſus, membra torquentur, præmoritur viſus, auditus, inceſſus, dentes etiam, ac ciborum inſtrumenta: & tamen vitæ hoc tempus annumeratur.* Ex ijs miſerijs ſalutare moderationis conſilium exiſtit, vt diſcant homines non alta ſapere, ſed erecto animo omnia perferre incommoda, è quorum tolerantia ſuam gloriam decerpant, γενναιότερον ἐκ τῶν κακῶν τὸ φιλόσοφον, ὥσπερ τῷ ψυχρῷ σίδηρος τοῖς κινδύνοις στομούμενον. Hominis Philoſophia ex miſeriarum tolerantia fit generoſior, & vt ferrum infuſa frigida, ſic periculis acuitur.

*Hominis miſeria.*

*Nazianz. orat. 23.*

## II. INFANS RASCATINVS IN VTERO PLORANS.

*Vitæ miſeriæ.*

*Dies Canicul. coll. 4.*

Infans natus in Raſcato duobus cornibus monſtroſus, cuius ploratus 14 diebus auditus antequam naſceretur.

APO-

APO. Cadit in humanæ vitæ miſerias, & acerbitates ſignificandas, quæ tantæ ſunt, vt non immerito homo animal φιλόδακρυ, καὶ φύσει ἐλεεινὸν dicatur: Hoc voluit Palladas cum dixit:

Δακρυχέων γενόμην, καὶ δακρύσας ἀποθνήσκω,
Δάκρυσι δ' ἐν πολλοῖς τὸν βίον εὗρον ὅλον.
ὦ γένος ἀνθρώπων πολυδάκρυτον, ἀσθενές, οἰκτρόν.

*Sum natus lacrymans, lacrymansque moriorque, peregi*
*In lacrymis vitæ tempora longa meæ.*
*O genus humanum miſerum & lacrymabile!*

Quapropter edulcare conuenit vitam, Curaſue acerbis ſenſibus gubernare. Sed optimum miſeriarum condimentum eſt Patientia. *Cneus Matius in Mimiambis.*

## III. HOMINIS COR.

*Sapientia.*

CORdis effigies hieroglyphicum ſapientiæ, & fortitudinis eſt, vt Varro tradit hominis anniculi cor duarum drachmarum, quinquagenarij conſtare drachmis 100, ab eo tempore annis ſingulis totidem imminuitur drachmis, quot excreuerat: creditumque inde ex defectu humani cordis non vltra centeſimum annum poſſe homines viuere.

APODOSIS.

Cor Sapientiæ ſedes, & typus. Vaſculum quidem paruum, vt ait Macarius *Homil* 43. ſed in quo recipiantur omnia. Ibi Deus, ibi Angeli, ibi vita & regnum: ibi cœleſtes vrbes, ibi theſauri Gratiæ. At ſi paruum fuerit, ibi Dracones, ibi Leones, ibi beſtiæ venenoſæ, ibi aſperæ & ſalebroſæ viæ, ibi præcipitia, ibi theſauri vitiorum. *Hæc ille.* *Cor vaſculum paruũ omnium capax.*

## IV. COR.

*Symbolum vitæ.*

AEGYPTII regionem ſuam per cor figurabant



Digitized by Google

Αἰγύπτιον δὲ γράφοντες θυμιατήριον καιόμενον ζωγραφοῦσι καὶ ἐπάνω καρδίαν. *Orus li.* 1. *Hierogly. li.* 1. 22: & 21. cum corde comparat.

AP. Vtrique principatus, vitæ, & ſalutis fons, copia, & vbertas bonorum adſcribebatur Nonnulli per vitæ arborem in paradiſo cor ſignificari putant. Philo in allegoriis legis, οἱ δὲ λέγουσι τὴν καρδίαν ξύλον εἶναι τῆς ζωῆς, ἐπειδὴ αἰτία τοῦ ζῆν ἐστι, καὶ τὴν μέσιν τοῦ σώματος χώραν ἔλαχεν. Inueniuntur aliqui, dæmone ita inſtigante, cor exectum combuſtum, in cineresque redactum, vino temper tum ſibi ipſis inuicem propinaſſe, quod de Iudæis narrat Michaël Neander *in Erotematicis linguæ ſanctæ*.

# V. COR IN ANCHORALI FVNE.

*Cupiditatum moderatio.*

EXhibeatur cor æſtuans anchorali fune reuinctum, quod ſignificat his verbis Syneſius in encomio Caluitii, ἀκούων οὖν ἀνάσχου τοῦ λόγου, καὶ τήρησον ἐν πείσῃ, φασί, τὴν καρδίαν, ὥσπερ Ὀδυσσεὺς πρὸς τὴν ἀναγωγίαν τῶν γυναικῶν ἀνέκπληκτος ἔμεινε. Patere igitur orationem, & retine, quod aiunt, cor anchorali fune, quemadmodum Vlyſſes ad pellacium mulierum improbitatem imperturbatus remanſit. *Verſicul Homericus.* Ὀδυσσ. υ.

Τῷ δὲ μάλ' ἐν πείσῃ κραδίη μένε τετληυῖα;

Vbi Scholi. explicat πείσην, & πεῖσμα, ἀγκυραῖα σχοινία, vt annotat Leopardus emendat. *lib* 1. *cap.* 18. & Iunij lapſum exagitat, ac cæteros, qui ad Piſam Olympiorum referunt.

*De Pelicano quod remittebatur ad hunc locum vide libro de auibus*

AP. Cor ſapientiæ ſedes, non fune, ſed diuinæ legis vinculis coërcendum: ne, ſi in intemperantes motus efferueſcat, tota hominis interioris œconomia diſturbetur.

*Medium tenuere beati.*

VI.

## VI. HOMINIS MANVS DEO DICATA.

*Operum efficacitas.*

LVſitani veteres abſciſſam captiuorum manum dextram dijs immolabant. *Strab. lib. 3. pag. 106. num. 10.*

AP. Manus rerum gerendarum artifex, Deo maximè, vel grata, vel inuiſa eſſe poteſt. Grata, ſi honeſta: inuiſa, ſi patrare turpia nitatur.

Σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χεῖρα κίνει.

Quid enim prodeſt ignaua opera, philoſopha ſententia? Tantum ſcis, quantum operaris: quod rectè dixit vir ſanctus: Manum igitur Deo redde. *Accius in Aſtyanacte.*

*Non credo auguribus qui aures verbis ditant.*

## VII. SALIVA HOMINIS IEIVNI SALVTIFERA.

*Ieiunium.*

SErpens ieiuni hominis ſaliua necatur, vt eſt apud Plinium *lib. 38. cap 4.*

AP. Venereæ voluptates ardorque libidinis, cibi & potus abſtinentia reſtinguitur. *Ieiunijs vitiorum ſentina ſiccatur, petulantiæ marcet, concupiſcentiæ languent, fugitiuæ abeunt voluptates, extinguitur ardentis Aetnæ incendium, & flammiuomi fornax Vulcani extincta intrinſecus, montes conterminos non adurit.* Ieiunium ſi diſcretione regatur, omnem carnis rebellionem edomat, & tyrannidem gulæ ſpoliat, & exarmat. Ieiunium extraordinarios motus in cippo claudit, arctat, & appetitus vagos diſtringit & ligat. *D. Cypr. de Ieiunio, & tentationibus Christi.*

## VIII. AETNAEI FRATRES.

*Pietas in parentes.*

ANapias, & Amphinomus ex Aetnæi ignis irruptione cæteris aurum, & argentum aſportantibus

tibus, parentes ſenes extulerunt. Tantæ pietati ceſſit clementior natura, & voraces flammæ in omnium excidium armatæ, ſe, vt viam pijs fratribus darent, in duas partes diuiſerunt. Quin & locus omnis eorum paſſibus peragratus circumquaque inſtar amœnæ inſulæ effloruit, cum omnia, aut flammis obſeſſa, aut fuligine deturpata tenerentur. In tantæ rei memoriam agrum Hierum Siculi conſecrarunt.

*Photius Pauſan. in Phocicis. Strab. li. 6.*

AP. Pietatis in parentes typus erit, cum hoc lemmate,

*Pietati cedite flammæ.*

Ad idem ſymboli genus pertinet *Lapis pietatis* in Mæandro, quem vbi Pij filij inuenere, in templo matris Deorum recondunt, vt in parentes æternam ſeruent pietatem, ὃν τῷ τεμένει τῆς μητρὸς τῶν θεῶν τιθέασιν, καὶ οὐδέποτε χάριν ἀσεβείας ἁμαρτάνουσιν.

*Plutarch. iunior in Mæandro.*

## IX. AGASICLIS TRIPVS.

*Gloria Deo tribuenda.*

*Herodo. l. 1.*

AGaſiclis ab Halicarnaſſeis extorris factus eſt: quod tripodem, quem ipſe ludis obtinuerat, non dedicaſſet Deo, ſed domum retuliſſet.

AP. Rectè factorum omnis gloria à Deo eſt, & ſoli Deo tribuenda.

*Dijs te minorem quod geris, imperas.*
*Huc omne principium, huc refer exitum.*
*Omnibus in rebus geminum eſt opus omnipotentis,*
*Totum iuſtitia eſt quod gerit, aut pietas:*
*Quæ ſimul in terris deſcendunt lucis ab arce,*
*Ne cuiquam parti deſit vtrumque bonum.*

*Horat. Od. 6. lib. 3. S. Proſper. epigr. 28.*

## X. ALEXANDER LYSIPPI.

*Laus apta.*

LYſippus Appellem arguit, quod Alexandrum pinxit fulminantem, quod nec fecerat, nec

vnquam facturus eſſet. Ipſe verò haſtam tenentem finxerat, veram, & Alexandri propriam, cuius gloria nunquam eſſet intermoritura. Plutarch. in Iſi. & Oſirid.

AP. Melius laudant, qui proprijs laudibus clariſſimos viros afficiunt, quã qui fingunt alienas: hæ enim vanæ ſunt, & breui tempore pereunt: illæ ſolidæ & immortales.

Τὰ σῦκα, σῦκα, τὴν σκάφην, σκάφην λέγειν.

---

## XI. ALEXANDRI THVS.

*Pietas erga Deum liberalis.*

ALexandro Magno in pueritia ſine parſimonia thura ingerenti aris, pædagogus Leonides dixerat, vt illo modo cum deuiciſſet thuriferas gentes ſupplicaret. At ille Arabia potitus thure onuſtam nauim miſit, exoratus, vt largè Deos adoraret. Plinius lib. 12. cap. 14.

APODOSIS.

Nunquam tenacem erga ſummum numen eſſe oportet.

*Hæc mihi non vani, nec erat cur fallere vellent,*
*Narrauere ſenes. Equidem pendentia vidi*
*Serta ſuper ramos, ponenſque recentia dixi:*
*Cura Deûm. Dij ſunt, & qui coluere, coluntur.*

---

## XII. ANACHORETÆ PRVDENS FACTVM.

*Ambitio optimorum ſacerdotum periculoſa.*

SEnex quidam, inquit D. Hieronym. eremi cultor & Spiritu Sancto plenus, nepotem ſuum quærentem, vtrum Epiſc. electus accipere deberet, ſuper diſco ſatis à terra erecto fecit volutari, cumque ille ſe poſtremo caſum timere dixiſſet, iuſſit vt deſcenderet atque ibidem ſuper latam mollioris ſoli planitiē ſeſe agitaret: ex multa volutatione ſudãti, ac defeſſo,

ſurge, inquit, & iam facere perge, quod tibi tutius putas: Itaq; edoctus de præeminentiæ periculo, iuuenis electioni renunciauit, iuuenem vita defunctum ſeni apparuiſſe ferunt, & poſtquam gratias egiſſet, dixiſſe: Scio quia nunc eſſem de numero damnatorum, ſi fuiſſem de numero Epiſcoporum.

*Marul. li. 1. cap. 5.*

AP. Periculoſa res eſt ampliorum dignitatum cupiditas. *Fortunam velut tunicam magis continuam proba, quam longam.*

## XIII. ANTIOCHI ΥΓΕΙΑ.

### *Salus in Cruce.*

ANtiochum ferunt cognomento Soterem antiquum illum, à quo reliqui Syriæ reges Antiochi mox dicti, cum aduerſus Galatas acie decertaturus eſſet, per nocturnam imaginem videre viſum adſtitiſſe ſibi Alexandrum, qui mandaret, vt militibus teſſerã daret, ὑγίεια; ſeu ὑγιαίνειν, cuius dicto hieroglyphicum olim iam adinuentum erat: triplex triangulus inter ſe complicitus, ex quinq; paribus lineis ſeſe inuicem in puncto contigentibus. Quo nõ cunctanter à ſe facto, pentagrammatoq; huiuſmodi, tùm in vexillis, tum in reliquis militaribus indumẽtis oppoſito, admirabilem contra hoſtes victoriam eſt conſequutus.

*Vide Cœliũ li. 7. ca. 24.*

AP. Quam magnificentius crucis ſignum, & quinque Crucifixi vulnera, atq; illud Conſtantini ἐν τούτῳ νίκα. D. Ambroſ. *ſermone* 43. *Nonne cum adhuc gentilis eſſes, ſolebas ſigna perquirere? Quæ ſigna quibus rebus eſſent proſpera, magna inquiſitione colligere? Iam nunc nolo erres in numero: ſcito, quia in vno ſigno Chriſti omnium rerum eſt tuta proſperitas.*

## XIV. APELLIS VENVSTAS.

### *Gratia & lepôris efficacia.*

PRæcipua in arte Apellis venuſtas fuit, cum eadem

Digitized by Google

dem ætate maximi pictores eſſent, quorum opera cũ admiraretur, collaudatis omnibus, deeſſe ijs vnam illam Venerem dicebat, quam Græci Charita vocant, cætera omnia contigiſſe: ſed hac ſibi neminem parem. *Pl. nat. hiſt. l. 35. ca. 10*

A P. Dici non poteſt quantum addat venuſtas magnis operibus: quæ ſi fuerint deſtituta, placere nõ poſſunt, quamquam moroſa diligentia expolita. Pulchritudo ipſa ſine lepôre, vt ait Euſtatius, δέλεάρ ἐστιν ἄνευ ἀγκίστρου νηχόμενον, *Eſt eſca ſine hamo fluctuans, quæ neminem capiet.*

*Caput artis* (quod aiebat Roſcius) *eſt decere.*

---

## XV. ARRACHION.

*Gloria poſt fatum.*

Arrachionis cadaueri victoriam & coronam iudicum ſententia conceſſit, cum ille in victoria efflaſſet animam. *Pauſan. in Arcad. Philoſtrat. in Arrachione.*

στεφανοῦται δὲ αὐτῷ Ἀῤῥαχίων ἐναποθανὼν τῇ νίκῃ καὶ στεφανοῖ αὐτὸν οὑτοσὶ Ἑλλανοδίκης.

A P. Arrachion viri ſtrenui imago *ſuo ſepulti triumpho.*

*At mihi quod viuo detraxerat inuida turba,*
*Poſt obitum duplici fœnore reddet Honos.* *Prop. li. 3.*

---

## XVI. ASCLEPIADES.

*Doctores* ἀμύμονες.

Aſclepiades Pruſienſis Medicus præſtitit cæteris, relato in funere homine, & ſeruato. Sed maximè ſponſione facta cum fortuna, ne medicus crederetur, ſi vnquam inualidus vllo modo fuiſſet ipſe, & victor in ſuprema ſenecta lapſu ſcalarum exanimatus eſt. *Plin. li. 7. cap. 37.*

A P. Carere oportet vitio, qui alienam vitam reprehendit, vt ſecundum illud Iuuen. *Loripedem re-* *Iuuenal.*

 ctus

## LXXXIII. VENUS CORINTHIORUM.

*Luxuria.*

APUD Corinthios Venus erat ex auro & ebore ſcitiſſime elaborata, altera manu papaver, altera malum geſtans: cui femora animalium in ſacrificiis adurebant iuniperi quidem lignis, quibus & pæderotis folia addebantur.

APODOSIS.

Venus aurea libido eſt blanda ſpecie: malum, illecebra luxuriæ: papaver, ſopor & veternus mentis: femora animalium, impura corpora: flammæ, incendia libidinum: pæderos, obſcœni amoris faſcinationes. felix qui ejus illecebris abſtinet, nec cogitur cum Circes porcis exclamare:

*Ovidius Met. 15.*

*——— Accipimus ſacra data pocula dextra*
*Quæ ſimul arenti ſitientes hauſimus ore,*
*Et tetigit virga ſummos Dea dira capillos,*
*Et pudet, & referam, ſetis horreſcere cœpi,*
*Nec iam poſſe queri, pro verbis edere raucum*
*Murmur, & in terram toto procumbere vultu.*

## LXXXIV. VENUS NIGELLA.

Ἀφροδίτη ἡ Μελαινίς.

*Amor pudore & verecundia plenus.*

*Pauſan. in Arcad.*

MANTINEA ſimulachrum fuit Veneris Nigellæ.

APODOSIS.

Significat Veneri amoris conſuetudinem, ut rem pudoris plenam, nocte & tenebris libenter circumvallari:

*Euripides.*

Κλέπτειν μὲν ἡ νὺξ, τῆς δὲ ἀληθείας τὸ φῶς.

LXXXV.

## LXXXV. VENVS PHIDIÆ.

*Mulier caſta.*

VENUS Phidiæ Vrania apud Eleos ex auro & ebore conflata, altero pede teſtudinem premebat τῷ δὲ ἑτέρῳ ποδὶ ἐπὶ χελώνης βέβηκε. *Pauſan. in Eliacis lib. poſt. p. 203.*

APODOSIS.

Mulier egregia ſpecie, & honeſtate parietibus privatis contineri, domi curam gerere, nec temerè foris vagari debet. Hoc enim per teſtudinem domiportam ſignificatur. τῷ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς τὸν δράκοντα παρέθηκε, τῷ δὲ τῆς Ἀφροδίτης ἐν Ἤλιδι τὴν χελώνην, ὡς τὰς μὲν παρθένους φυλακῆς δεομένας, ταῖς δὲ γαμεταῖς οἰκουρίαν καὶ σιωπὴν πρέπουσαν. *Plutarch. in Iſid. & Oſirid.*

## LXXXVI. VENVS SCOPÆ.

*Mulier impudica.*

FUIT apud Eleos non longè à Venere Phidiæ Veneris πανδήμου, ſeu vulgivagæ effigies, capro fœdiſſimo animali inſidens. *Pauſan. in Eliacis l. II*

APODOSIS.

Mulier vaga & περίδρομος hac Icone ſignificabatur, quæ capri fœtorem & turpitudinem refert. D. Hieronymus: *Fornicatio & voluptas pervertit ſenſum, & de rationabili homine brutum efficit animal.* *cap. 4 Oſeæ.*

## LXXXVII. ZABULVS.

*Gloria de peccatis.*

ZABULUS qui primus aleam fertur inveniſſe, non modo ſe inſigni ſtatua conſecravit, cujus in gremio tabula luſoria cernebatur: ſed ſibi quoque ſacrificari ab aleatoribus voluit antequam ludum aggrederentur. Et ne quis hoc dictum ſine teſtimonio putet, legat D. Cyprianum libello ſingulari de aleatoribus, qui ſic ait: *Sic ergo ſe in imagine ſpecioſa demon-* *Aleatores: vide quæ alibi dicta de Palamede.* *D. Cypr. de aleatoribus.*

*demonſtrans, alto quodam loco condidit, & in ſinus ſuis bene aleæ tabulam geſtans, ut quaſi ipſe luſor, & adinuentor huius malitiæ appareret.* (addit) *aliud crimen adinuenit, quo ſe ab imitatoribus ſuis colendum, & ſibi ſacrificandum inſtituit, ita ut qui vellet ſtudio ejus adhærere, non ante manum in tabulam eius porrigeret; niſi authori huius prius ſacrificaſſet.*

## APODOSIS.

Improbi non modo vitiorum fomites nefariâ quærunt ſolertia, ſed in iis inventis exultant, & triumphant, vel certè rectè torquebitur in aleatores, *Zabulo ſacrificant.*

PARA-

# PARABOLARVM HISTORICARVM

## LIBER TERTIVS.

### *HOMINIS BONA.*

HOc, & altero libro, varias ab historia perſonarum ductas parabolas complectemur. Atque vt ab ipſa hominis natura ordiar: certè maximum omnium atque illuſtriſſimum ſymbolum eſt, cùm μέτρον ἁπάντων: & vt loquitur D. Gregorius Nazianzenus; πολυτροπώτατος καὶ ποικιλώτατος. Nam ſi ſecundum naturam illam cœleſtem ſpectetur, quid eſt aliud, quam vt ait idem Auctor; *Deus terrenus*: οὐρανίδης χθόνιος, ſi ex aduerſa parte cõſideretur, quid eſt aliud quam quod ait Ariſtoteles. Τύχης παίγνιον, μεταπτώσεως εἰκών, καιροῦ λάφυρον, φθόνου καὶ συμφορᾶς πλάστιγξ, τὸ δὲ λοιπὸν φλέγμα καὶ χολή; Vnde latus exiſtit de hoc argumento dicendi campus. Ordiemur à duabus iconibus quibus Hominis miſeriæ ſuis coloribus exprimuntur. In vna infans matris vterum repetit: in altera alius in ipſo matris vtero clauſus, gemitus orditur. Non ſunt in malis numerandæ miſeriæ, quæ bonorum patrimonia nominantur, & vt ait Epictetus homines, ἐκ ὀλυμπινίκας conſtituunt.



Digitized by Google

## I. INFANS MATRIS VTERVM REPETENS.

*Vitæ miſeriæ ſalutares.*

*Plinius.* EST inter exempla, in vterum protinus reuerſus infans Sagunti, quo anno ab Hãnibale deleta eſt.

A P D. In vterum credo reuerterentur omnes infantes, ſi miſerias vitæ præuiderent, ὁ βίος ἀληθῶς οὐ βίος ἀλλὰ ξυμφορά. Aurea ſunt illa *Plinij l. 7. c. 50. Incertum, ac fragile nimirum eſt hoc munus naturæ, quidquid datur nobis: malignum vero, & breue in ijs* *Hominis miſeria.* *etiam quibus largiſſimè contigit, vniuerſum vtique æui tempus intuentibus. Quid, quod æſtimatione nocturnæ quietis dimidio quiſq; ſpatio vitæ ſuæ viuit? Pars æqua morti ſimilis exigitur, aut pœnæ, niſi contingit quies. Nec reputantur infantiæ anni, qui ſenſu carent: nec ſenecta in pœnam viuacis, tot periculorũ genera, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties inuocata morte, vt nullum frequentius ſit votum. Natura vero nihil hominibus breuitate vitæ præſtitit melius, hebeſcunt ſenſus, membra torquentur, præmoritur viſus, auditus, inceſſus. dentes etiam, ac ciborum inſtrumenta: & tamen vitæ hoc tempus annumeratur.* Ex ijs miſerijs ſalutare moderationis conſilium exiſtit, vt diſcant homines non alta ſapere, ſed erecto animo omnia perferre in- *Nazianz. orat. 23.* commoda, è quorum tolerantia ſuam gloriam decerpant, γενναιότερον ἐκ τῶν παθῶν τὸ φιλόσοφον, ὥσπερ ψυχρῷ σίδηρος τοῖς κινδύνοις στομούμενον. Hominis Philoſophia ex miſeriarum tolerantia fit generoſior, & vt ferrum infuſa frigida, ſic periculis acuitur.

## II. INFANS RASCATINVS IN VTERO PLORANS.

*Vitæ miſeriæ.*

*Dies Canicul. coll. 4.* INfans natus in Raſcato duobus cornibus monſtroſus, cuius ploratus 14 diebus auditus antequam naſceretur.

Apo-

Apo. Cadit in humanæ vitæ miſerias, & acerbitates ſignificandas, quæ tantæ ſunt, vt non immerito homo animal φιλόδακρυ, καὶ φύσει ἐλεεινὸν dicatur: Hoc voluit Palladas cum dixit:

Δακρυχέων γενόμην, καὶ δακρύσας ἀποθνήσκω,
Δάκρυσι δ' ἐν πολλοῖς τὸν βίον εὗρον ὅλον.
ὦ γένος ἀνθρώπων πολυδάκρυτον, ἀσθενὲς, οἰκτρόν.

*Sum natus lacrymans, lacrymans morierque, peregi*
*In lacrymis vitæ tempora longa meæ.*
*O genus humanum miſerum & lacrymabile!*

Quapropter edulcare conuenit vitam, Curaſue acerbis ſenſibus gubernare. Sed optimum miſeriarum condimentum eſt Patientia, *Cneus Matius in Mimiambis.*

## III. HOMINIS COR.

*Sapientia.*

COrdis effigies hieroglyphicum ſapientiæ, & fortitudinis eſt, vt Varro tradit hominis anniculi cor duarum drachmarum, quinquagenarij conſtare drachmis 100, ab eo tempore annis ſingulis totidem imminuitur drachmis, quot excreuerat: creditumque inde ex defectu humani cordis non vltra centeſimum annum poſſe homines viuere.

APODOSIS.

*Cor vaſculum paruũ omnium capax.* Cor Sapientiæ ſedes, & typus. Vaſculum quidem paruum, vt ait Macarius *Homil* 43. ſed in quo recipiantur omnia. Ibi Deus, ibi Angeli, ibi vita & regnum: ibi cœleſtes vrbes, ibi theſauri Gratiæ. At ſi paruum fuerit, ibi Dracones, ibi Leones, ibi beſtiæ venenoſæ, ibi aſperæ & ſalebroſæ viæ, ibi præcipitia, ibi theſauri vitiorum. *Hæc ille.*

## IV. COR.

*Symbolum vitæ.*

AEGYPTII regionem ſuam per cor figurabant

Αἰγύπτιον δὲ γράφοντες θυμιατήριον καιόμενον ζω- γραφοῦσι καὶ ἐπάνω καρδίαν. *Orus li.* 1. *Hierogly. li.* 1. 22: & 21. cum corde comparat.

AP. Vtrique principatus, vitæ, & ſalutis fons, copia, & vbertas bonorum adſcribebatur. Nonnulli per vitæ arborem in paradiſo cor ſignificari putant. Philo in allegoriis legis, οἱ δὲ λέγουσι τὴν καρδίαν ξύλον εἶναι τῆς ζωῆς, ἐπειδὴ αἰτία τοῦ ζῆν ἐστι, καὶ τὴν μέσην τοῦ σώματος χώραν εἴληχεν. Inueniuntur aliqui, dæmone ita inſtigante, cor exectum combuſtum, in cineresque redactum, vino temper. tum ſibi ipſis inuicem propinaſſe, quod de Iudæis narrat Michaël Neander *in Erotematicis linguæ ſanctæ.*

## V. COR IN ANCHORALI FVNE.

*Cupiditatum moderatio.*

EXhibeatur cor æſtuans anchorali fune reuinctum, quod ſignificat his verbis Syneſius in encomio Caluitii, ἀκούων ἀνέχου τοῦ λόγου, καὶ τήρησον ἐν πείσῃ, φασί, τὴν καρδίαν, ὥσπερ Ὀδυσσεὺς πρὸς τὴν ἀναγωγίαν τῶν γυναικῶν ἀνέκπληκτος ἦν. Patere igitur orationem, & retine, quod aiunt, cor anchorali fune, quemadmodum Vlyſſes ad pellacium mulierum improbitatem imperturbatus remanſit. *Verſicul Homericus.* Ὀδυσσ. υ.

Τῷ δὲ μάλ' ἐν πείσῃ κραδίη μένε τετληυῖα·

Vbi Scholi. explicat πείσην, & πεῖσμα, ἀγκυραῖα σχοινία, vt annotat Leopardus emendat. *lib.* 1. *cap.* 18. & Iunij lapſum exagitat, ac cæteros, qui ad Piſam Olympiorum referunt.

*De Pelicano quod remittebatur ad hunc locum vide libro de auibus*

AP. Cor ſapientiæ ſedes, non fune, ſed diuinæ legis vinculis coërcendum: ne, ſi in intemperantes motus efferueſcat, tota hominis interioris œconomia diſturbetur.

*Medium tenuere beati.*

VI.

## VI. HOMINIS MANVS DEO DICATA.

*Operum efficacitas.*

LVſitani veteres abſciſſam captiuorum manum dextram dijs immolabant. *Strab. lib. 3.*

A P. Manus rerum gerendarum artifex, Deo maximè, vel grata, vel inuiſa eſſe poteſt. Grata, ſi honeſtâ: inuiſa, ſi patrare turpia nitatur. *pag. 106. num. 10.*

Σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χεῖρα κίνει.

Quid enim prodeſt ignaua opera, philoſopha ſententia? Tantum ſcis, quantum operaris: quod rectè dixit vir ſanctus: Manum igitur Deo redde.

*Non credo auguribus qui aures verbis ditant.* *Accius in Aſtyanacte.*

## VII. SALIVA HOMINIS IEIVNI SALVTIFERA.

*Ieiunium.*

SErpens ieiuni hominis ſaliua necatur, vt eſt apud Plinium *lib. 28. cap 4.*

A P. Venereæ voluptates ardorque libidinis, cibi & potus abſtinentia reſtinguitur. *Ieiunijs vitiorum ſentina ſiccatur, petulantiæ marcet, concupiſcentiæ languent, fugitiuæ abeunt voluptates, extinguitur ardentis Aetnæ incendium, & flammiuomi fornax Vulcani extincta intrinſecus, montes conterminos non adurit.* Ieiunium ſi diſcretione regatur, omnem carnis rebellionem edomat, & tyrannidem gulæ ſpoliat, & exarmat. Ieiunium extraordinarios motus in cippo claudit, arctat, & appetitus vagos diſtringit & ligat. *D. Cypr. de Ieiunio, & tentationibus Chriſti.*

## VIII. AETNAEI FRATRES.

*Pietas in parentes.*

ANapias, & Amphinomus ex Aetnæi ignis irruptione cæteris aurum, & argentum aſportantibus

tibus, parentes ſenes extulerunt. Tantæ pietati ceſſit clementior natura, & voraces flammæ in omnium excidium armatæ, ſe, vt viam pijs fratribus darent, in duas partes diuiſerunt. Quin & locus omnis eorum paſſibus peragratus circumquaque inſtar amœnæ inſulæ effloruit, cum omnia, aut flammis obſeſſa, aut fuligine deturpata tenerentur. In tantæ rei memoriam agrum Hierum Siculi conſecrarunt.

*Photius. Pauſan. in Phocicis. Strab. li. 6.*

AP. Pietatis in parentes typus erit, cum hoc lemmate,

*Pietati cedite flammæ.*

Ad idem ſymboli genus pertinet *Lapis pietatis* in Mæandro, quem vbi Pij filij inuenere, in templo matris Deorum recondunt, vt in parentes æternam ſeruent pietatem, ὃν τῷ τεμένει τῆς μητρὸς τῶν θεῶν τιθέασιν, καὶ οὐδέποτε χάριν ἀσεβείας ἁμαρτάνουσιν.

*Plutarch. iunior in Mæandro.*

## IX. AGASICLIS TRIPVS.

*Gloria Deo tribuenda.*

*Herodo. l. 1.*

AGaſiclis ab Halicarnaſſeis extorris factus eſt: quod tripodem, quem ipſe ludis obtinuerat, non dedicaſſet Deo, ſed domum retuliſſet.

AP. Rectè factorum omnis gloria à Deo eſt, & ſoli Deo tribuenda.

*Horat. Od. 6. lib. 3. S. Proſper. epigr. 28.*

*Dijs te minorem quod geris, imperas.*  
*Huc omne principium, huc refer exitum.*  
*Omnibus in rebus geminum eſt opus omnipotentis,*  
*Totum iuſtitia eſt quod gerit, aut pietas:*  
*Quæ ſimul in terris deſcendunt lucis ab arce,*  
*Ne cuiquam parti deſit vtrumq; bonum.*

## X. ALEXANDER LYSIPPI.

*Laus apta.*

LYſippus Appellem arguit, quod Alexandrum pinxit fulminantem, quod nec fecerat, nec

vn

vnquam facturus eſſet. Ipſe verò haſtam tenentem ſinexerat, veram, & Alexandri propriam, cuius gloria nunquam eſſet intermoritura. *Plutarch. in Iſid. & Oſirid.*

AP. Melius laudant, qui proprijs laudibus clariſſimos viros afficiunt, quàm qui fingunt alienas: hæ enim vanæ ſunt, & breui tempore pereunt: illæ ſolidæ & immortales.

Τὰ σῦκα, σῦκα, τὴν σκάφην, σκάφην λέγειν.

---

## XI. ALEXANDRI THVS.

*Pietas erga Deum liberalis.*

ALexandro Magno in pueritia ſine parſimonia thura ingerenti aris, pædagogus Leonides dixerat, vt illo modo cum deuiciſſet thuriferas gentes ſupplicaret. At ille Arabia potitus thure onuſtam nauim miſit, exoratus, vt largè Deos adoraret. *Plinius lib. 12. cap. 14.*

APODOSIS.

Nunquam tenacem erga ſummum numen eſſe oportet.

*Hæc mihi non vani, nec erat cur fallere vellent,*
*Narrauere ſenes. Equidem pendentia vidi*
*Serta ſuper ramos, ponenſque recentia dixi:*
*Cura Deûm. Dij ſunt, & qui coluere, coluntur.*

---

## XII. ANACHORETÆ PRVDENS FACTVM.

*Ambitio optimorum ſacerdotum periculoſa.*

SEnex quidam, inquit D. Hieronym. eremi cultor & Spiritu Sancto plenus, nepotem ſuum quærentem, vtrum Epiſc. electus accipere deberet, ſuper diſco ſatis à terra erecto fecit volutari, cumque ille ſe poſtremo caſum timere dixiſſet, iuſſit vt deſcenderet atque ibidem ſuper latam mollioris ſoli planitiẽ ſeſe agitaret: ex multa volutatione ſudâti, ac defeſſo,

ſurge, inquit, & iam facere perge, quod tibi tutius putas: Itaq; edoctus de præeminentiæ periculo, iuuenis electioni renunciauit, iuuenem vita defunctum ſeni apparuiſſe ferunt, & poſtquam gratias egiſſet, dixiſſe: Scio quia nunc eſſem de numero damnatorum, ſi fuiſſem de numero Epiſcoporum.

*Marul. li. 1. cap. 5.*

A P. Periculoſa res eſt ampliorum dignitatum cupiditas. *Fortunam velut tunicam magis continuam proba, quam longam.*

## *XIII.* ANTIOCHI YΓEIA.

*Salus in Cruce.*

ANtiochum ferunt cognomento Soterem antiquum illum, à quo reliqui Syriæ reges Antiochi mox dicti, cum aduerſus Galatas acie decertaturus eſſet, per nocturnam imaginem videre viſum adſtitiſſe ſibi Alexandrum, qui mandaret, vt militibus teſſerā daret, ὑγίεια, ſeu ὑγιαίνειν, cuius dicto hieroglyphicum olim iam adinuentum erat: triplex triangulus inter ſe complicitus, ex quinq; paribus lineis ſeſe inuicem in puncto contigentibus. Quo nō cunctanter à ſe facto, pentagrammatoq; huiuſmodi, tùm in vexillis, tum in reliquis militaribus indumentis oppoſito, admirabilem contra hoſtes victoriam eſt conſequutus.

*Vide Cælii li. 7. ca. 24.*

A P. Quam magnificentius crucis ſignum, & quinque Crucifixi vulnera, atq; illud Conſtantini ἐν τούτῳ νίκα, D. Ambroſ. *ſermone* 43. *Nonne cum adhuc gentilis eſſes, ſolebas ſigna perquirere? Quæ ſigna quibus rebus eſſent proſpera, magna inquiſitione colligere? Iam nunc nolo erres in numero: ſcito, quia in vno ſigno Chriſti omnium rerum eſt tuta proſperitas.*

## *XIV.* APELLIS VENVSTAS.

*Gratia & lepôris efficacia.*

PRæcipua in arte Apellis venuſtas fuit, cum eadem

dem ætate maximi pictores eſſent, quorum opera cũ admiraretur, collaudatis omnibus, deeſſe ijs vnam illam Venerem dicebat, quam Græci Charita vocant, cætera omnia contigiſſe: ſed hac ſibi neminem parem. *Pl. nat. hiſt. li. 35. ca. 10*

A P. Dici non poteſt quantum addat venuſtas magnis operibus: qua ſi fuerint deſtituta, placere nõ poſſunt, quamquam moroſa diligentia expolita. Pulchritudo ipſa ſine lepôre, vt ait Euſtatius, δέλεαρ ἐστὶν ἄνευ ἀγκίστρου νηχόμενον, *Eſt eſca ſine hamo fluctuans, quæ neminem capiet.*

*Caput artis* (quod aiebat Roſcius) *eſt decere.*

## XV. ARRACHION.

*Gloria poſt fatum.*

ARrachionis cadaueri victoriam & coronam iudicum ſententia conceſſit, cum ille in victoria efflaſſet animam. *Pauſan. in Arcad. Philoſtrat. in Arrachione.*

στεφανοῦται δὲ αὐτῷ Ἀρραχίων ἐναποθανὼν τῇ νίκῃ, καὶ στεφανοῖ αὐτὸν οὑτοσὶ Ἑλλανοδίκης.

A P. Arrachion viri ſtrenui imago *ſuo ſepulti triumpho.*

*At mihi quod viuo detraxerat inuida turba,* *Prop. li. 3.*
*Poſt obitum duplici fœnore reddet Honos.*

## XVI. ASCLEPIADES.

*Doctores* ἀμύμονες.

ASclepiades Pruſienſis Medicus præſtitit cæteris, relato in funere homine, & ſeruato. Sed maximè ſponſione facta cum fortuna, ne medicus crederetur, ſi vnquam inualidus vllo modo fuiſſet ipſe, & victor in ſuprema ſenecta lapſu ſcalarum exanimatus eſt. *Plin. li. 7. cap. 37.*

A P. Carere oportet vitio, qui alienam vitam reprehendit, vt ſecundum illud Iuuen. *Loripedem re-* *Iuuenal.*



Digitized by Google

*ius derideat, Aethiopem albus.* Celebratur illud Leonis Byzantini, qui cum maledicus arreptis de triuio dicteriis vitium oculorum exprobraſſet, ipſe gibbo deformatus: *humanum,* inquit, *conuicium in me iecisti, cum ipſe Nemeſim in dorſo portes,*

## XVII. ASOPODORI CENSVRA.

*Vulgus argumentum peſſimi.*

ASopodorus Phliaſius tibicine magno plauſu laudato in hypoſcemo adhuc moratus: Quidnam hoc eſt? inquit, magnum oportet aliquod malum accidiſſe, alioqui tam multis non probaretur. Athen. lib. 14. Arbuſcula, verò pſaltria, *Sibilet turba,* aiebat, *dum mihi plaudat eques.*

APODOSIS.

Argumentum peſſimi turba eſt, quæramus quod optimè factum ſit, non quod vſitatiſſimum, & quod nos in poſſeſſionem felicitatis æternæ conſtituat, non quod vulgo veritatis peſſimo interpreti probatum ſit. Vulgus autem tam chlamydatos, quam coronatos voca.

*Seneca de vita beata ad Gallionem.*

## XVIII. ATHLETA.

*Iuſtorum merita.* ex Clem. Alexand.

CHriſtianum militem iuſtum ex meritis ius habere ad gloriam declarat hac parabola. Athleta quidam non ignobilis, nec puſilli animi apud veteres, cum longo tempore corpuſculum exercuiſſet ad fortitudinem, petens Olympia, cum Piſæi Iouis aſpexiſſet ſtatuam: Εἰ πάντα εἶπεν ὦ Ζεῦ δεόντως μοι τὰ πρὸς τὸν ἀγῶνα παρεσκευάσθη, ἀπόδος φέρων δικαίως τὴν νίκην ἐμοί. Si omnia (inquit) ô Iupiter mihi rectè parata ſunt ad certamen, meritò mihi redde victoriam.

AP. Sic, cum Chriſtianus citra reprehenſionem,

& cum

& eum bonâ conſcientiâ, quod ad ſe attinent omnia impleuerit, & ad doctrinam, & ad bonorum operum exercitationem, perfectam conſequitur ſalutem.

*—ſit laurea iuſtis* *Aru. Dict. con. lib. 2. in Allo.*
*Ex pretio quod terror agit, manſuraq; virtus*
*Creſcit in aduerſis, quæ teſtibus vſa periclis,*
*Ad meritum diſcrimen habet.*

---

## XIX. AVGVSTVS LVDENS CVM AQVILIS.

*Puer generoſus.*

AVguſto Cæſari Aquilæ tam familiariter aſſueuerant, vt panem manu abreptum quam altiſſimè deferrent, rurſuſque ex improuiſo delapſæ leniter redderent. *Senec. in Auguſt. 94.*

A P O D O S I S.

Ludunt cum aquilis pueri, qui à tenera ætate blanditias, & nugas faſtidiunt, toti in generoſis cogitationibus:

*Ante annos curamque gerunt, animumq; virilem.*

---

## XX. AVGVSTVS PVER RANIS SILENTIVM IMPONENS.

*Calumniatores repreſſi*

OCtauius infans, vt eſt apud Suetonium, obſtrepentes inſanis clamoribus ranas compeſcuit; *Cumprimum (inquit) fari cepiſſet in auito ſuburbano obſtrepentes fortè ranas ſilere iuſſit: atq; ex eo negantur ranæ ibi coaxare.* *Sueton. in Auguſto cap. 94.*

AP. Rectè cadit in Regum & Principum filios, qui à prima adoleſcentia ſunt improbis terrori. Hoc in morte Henrici magni Gallia experta eſt, cũ noſter Auguſtus Borbonides, quaſi clementiſſimum ſidus affulſit, aureæ tranquillitatis ſerenitatem paterna ſapien-

Digitized by Google

Sapientia inuectam ſtabiliuit, & importunas calumniatorum linguas ſua authoritate repreſſit: Memini me hoc argumento olim aliquid luſiſſe in Porticus Lodoiceæ Iconibus.

*Elidit geminos annis ſurgentibus angues,*
*Alcides maior viribus ipſe ſuis.*
*Increpat Auguſtus ranas, impuraq́ ſtagna,*
*Rana pauet iuſſus, ſtagna repente ſilent.*
*Tu quoq́, tu ſæua vibrantia fulmina linguæ,*
*Tu turpes ranas comprimis ore puer.*
*Quod fuerat Diuis olim commune duobus,*
*Hoc totum Princeps incipit eſſe tuum.*

## XXI. BOCCHYRIS.

*Iudicandum ex æquo.*

IN hac tabula Bocchyris ſedet iudex ſeueriſſimus: cuius capiti circumuoluta aſpis ſuperne hominem inumbrat. Erat is rex Ægyptiorum adeo notæ & incorruptæ in diiudicandis litibus æquitatis, vt ſi quem omnibus iuſtitiæ partibus abſolutum ſignificare vellent, Bocchyrim quaſi Minoem & Rhadamantum dicerent: Ad hæc cum eſſet natura grauis & auſterus, Iſis illi aſpidem immittere ſolebat, quæ capiti inſidens hominem conſtantis in iure dicendo ſeueritatis admoneret.

*Plutar. in comment. de vitioſa taciturnitate.*

AP. Aſpis capiti circumfuſa vindictam clamat in iudices nummarios, qui fidem lucello mancipant & non arguunt pro manſuetis terræ: quod ait Petrus Bleſenſis, *Odit Deus lucroſam, & ſanguinolentam iniuſtitiam.*

## XXII CALANVS.

*Mortis contemptus.*

*Similis exitus.*

CALANVS Indus, cum longum vale dixiſſet Alexandro, Macedonibus, & vitæ, quando ſe ipſum

ſum à corporis vinculis liberare volebat, extructa, & apparata pyra in pulcherrimo Babylonis ſuburbio ex lignis fragrantibus, Cedro puta, Thyo, Cupreſſo, Myrtho, & Lauro: ille ſolitam curſus exercitationem cum obiuiſſet, in media ſtrue conſtitit coronatus foliis arundinum, affulgente ſibi Sole quem ipſe adorabat. Atque hoc dederat ſignum Macedonibus, vt pyram incenderent: Quod cum feciſſent, ille circumdatus flammis immotus conſtitit, neque ante collapſus eſt, quam expiraſſet.

*Nimachetis in India vide Maffeium lib. 5. pag. 150. edit. Antuerp.*

*Aelian. lib. 5. cap. 6.*

AP. Calanus homo vaniſſimus in mortis cauſſa felix, vt putabatur in morte valere cætera iubeatur, ſi ex ipſa mortis ſpecie typum pij viri exprimamus, qui magno mortis contemptu in eximiarum virtutum fragrantia æternum iuſtitiæ Solem intuens feliciter ex hac vita diſcedit.

*Nam ſponte crematur*

*Vt redeat, gaudetq; moriſeſtinus in ortum.*

## XXIII. CALANI CORIVM.

*Imperij optima gubernatio, medium ne deſerat orbem.*

CAlanum Gymnoſophiſtam ferunt exemplũ Imperij Alexandro Magno ob oculos poſuiſſe: corium in medium coniecit ſiccũ, & retorridum; cuius oram calcauit: id vno loco preſſum cæteris partibus extulit ſe: idem luſtrans vndique & pedibus ſtringens in quaq; parte oſtendit euenire, quod medium occupauit, tunc omnes partes quieuere.

AP. Ea imagine ſignificauit media regni maximè premenda, neque procul ab ijs vagandum. Rectè quoque idipſum cordis, quod eſt veluti in homine medium, cuſtodiæ accõmodaretur: quod meminiſſe me ab eximiæ ſapientiæ viro audiuiſſe. Nam & cum mundo cor ſæpè comparatur, tum propter iugem motum, tum propter conſilij ſedem, quæ mentis

*Plutarch. in Alexandro.*

Lib. 12. mentis illius diuinæ, qua vniuerſum regitur, eſt ſymbolum, alluſit Auſonius cum dixit:

*Palpitat irrequies, vegetum, teres, acre, calens cor,*
*Vnde vigent ſenſus, dominatrix quo vegetat mens.*

## XXIV. CHARETIS STRATAGEMA.

*Diuites ad fortia meticuloſi.*

CHares in Thracia, cum vehementiſſima tempeſtas ingruiſſet, conſpicatus milites veſtimentis parcere, & ſegniter imperata facere, mandauit vt veſtes inuicem commutarent: hoc facto, cum ſinguli alienarum veſtium nullam rationem haberent, promptius id quod imperatum fuerat, exequebantur.

Polyænus lib. 2.

### Apodosis.

Opulenti ad pericula, labores, & ſtudia ipſa literarum minus expediti. *Sed rure paterno*
*Eſt tibi far modicum, purum & ſine labe ſalinum,*
*Quid metuas? cultrixque foci ſecura patella:*
*Hoc ſatis? an liceat pulmonem rumpere ventis?*

Perſius Satyr. 3.

## XXV. CIPPI CORNVA.

*Charitas in patriam.*

CIppus (vt aiunt) Taurorum pugnam auidè ſpectarat, & in hac cogitatione accerrimè defixus decubuerat. Ex quo ſpecies hominem vexauit, recurſans in ſomnijs, tantamque vim habuit, vt is mane ſurgeret enatis cornibus, & portentoſo capite; neſcio an magis horribilis, àn ridiculus. Aliter narrát Val. Max. Genucio Cyppo (inquit) prætori paludato portam egredienti noui & inauditi generis prodigium incidit: Namque in capite eius ſubito veluti cornua emerſerunt, reſponſumque eſt, cùm regem fore, ſi in vrbem reuertiſſet. Quod ne accideret, voluntarium ſibimet ac perpetuum indixit exilium.

lib. 5. cap. 6.

A r. Magna vis φαντασίας: ex quo monemur ad honeſta animum applicare, ne turpitudo cogitationis irrepens (mentem) conſenſu maculet, & eam prius forma, atque innocentia ſpectabilem, peccati fœditate deformet. Quod ſi lubet ad Valerij ſenſum accommodare, Cippus erit (opinor) typus eximiæ in patriam charitatis, in quam idem auctor exclamat: *Dignam pietatem, quæ, quod ad ſolidam gloriam attinet, ſeptem regibus præferatur.* Cuius rei teſtandæ gratia, capitis effigies ærea, qua excelſſerat, portæ incluſa eſt, dictaque Raudusculana, quod olim æra raudera dicebantur. Cornua autem ſymbola eſſe imperij teſtatur, & Seleuci ſtatua cornigera apud Georgium Codinum: quæ affertur ratio, leuis eſt, quod Taurum cornibus apprehenſum de fuga retraxiſſet. Accedit, quod oleum regiæ vnctionis in cornu ſeruabatur. Rupertus de operib. Trinitatis lib. 1. Cornu ex quo vnctus eſt Dauid, exiſtimat fuiſſe vas ſolidum æterni ſymbolum principatus: Quin ex auro, vel argento fuiſſe hæc cornua conijcit Nicolaus de Lyra.

## XXVI. COMATES.

### *Muſarum gratia.*

Comates in Sicilia heri diuitis pecora paſcens, conſueuerat nonnūquam Muſis aliquid de gregibus domini offerre: id cum reſciuiſſet Herus duriter ſeruulum increpat: orat Comates ne ſuccenſeat, fore enim, vt Muſarum beneficio omnia cumulatè reddantur. At Dominus, age (inquit) experiamur, an Muſæ ſint te nutricaturæ: & ſeruum in arborem excauatam incluſit, atque ab eo receſſit, relicto vt fame moreretur. Exacto anno cum ad eum locum redijſſet, Comatem viuum, atque incolumem inuenit, & multum fauorum in arbore vnde victitauerat; Apes enim in eam arborem per rimas penetrantes ſuauiter ipſum aluerant. *Ex Theocr. ſchol. Bill. Cagn. lib. 1. narrat.*

A r.

AP. Non perit quod Muſis, & Viris literatis impenditur. *Contermina morti*

*Nec virtus ſuprema feſellit.*

## XXVII. CYRI AGER.

*Laborante otium.*

CYRVS vt ad bellum contra Aſtyagem Perſas incitaret, conuocat omnes, iubetque primo die agrum viginti ſtadiorum expurgare, altero generaliter epulari: tum demum quærit vtram mallent viuendi rationem, qui cum ſe poſteriorem amplecti omnes dixiſſent, hanc quidem promiſit, ſed iuſto bello quærendam.

AP. Otij & voluptatis omnes pene ſtudioſi ſunt, labores tamen quibus ea paritur, refugiunt, vt meminerint, *Non cineris cauſa vnquam euaſit vapor*; (inquit) Accius.

Auianus. Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι.

*Is dedit exoſa poſtquam monumenta quieti,*
*Non ſine ſupremo magna labore peti.*

## XXVIII. CYRI TIBICEN.

*Seueritas vtilis.*

CYRVS Ionibus, qui pacis conditiones prius repudiatas repoſcebant, dixit apologum Tibicinis: qui ad alliciendos piſces tibia cecinerat; ſed cum nihil proficeret, ſagenam immiſit in mare, multoſque pertraxit, quos cum palpitantes intueretur: Temperate: inquit, iam à ſaltationibus; quia me canente noluiſtis ſaltare. *Herod. li. 1.*

APODOSIS.

*Humanitati qui ſe non accommodat,*
*Plerumque pœnas oppetit ſuperbiæ.* *Phædrus.*

Nam

Nam manſuetudo hominis repudiata meritò ſeueritatem irritat: multi autem ita affecti ſunt, vt miti brachio ſecum agi nolint, & ſerius lenitatem requirant poſtquam armarunt ipſi iuſtitiam. Adhibere oportet in regendo duo Themiſtoclis numina πειθὼ, ϗ βίαν, vt qui illius ſuauitatem contempſerint, huius ſtimulos ſentiant. Eſt in hoc argumento lepidiſſima Phædri fabula de cicada & noctua *lib.* 3. 55.

*Cicada acerbum noctuæ conuicium*
*Faciebat, ſolitæ victum in tenebris quærere,*
*Cauoq; ramo ſomnum capere interdiu.*
*Rogata eſt vt taceret, multo validius*
*Clamare cœpit; rurſus admota prece.*
*Accenſa magis eſt. Noctua vt vidit ſibi*
*Nullum eſſe auxilium, & verba contemni ſua,*
*Hæc eſt aggreſſa garrulam fallacia:*
*Dormire quia me non ſinunt cantus tui,*
*Sonare cithara quos putes Apollinis,*
*Potare eſt animus nectar quod Pallas mihi*
*Nuper donauit, ſi non faſtidis, veni,*
*Vnà bibamus. Illa quæ ardebat ſiti,*
*Simul cognouit vocem laudari ſuam,*
*Cupidè aduolauit. Noctua egreſſa è cauo*
*Trepidantem conſectata eſt, & letho dedit.*
*Sic viua quod negarat, tribuit mortua.*

## XXI.X. DEMADIS ATHENÆ.

*Beatitudinis vmbra in rebus creatis.*

DEMADES Orator cùm fortè ad Philippum regem legatus ab Athenienſibus miſſus eſſet, rogatus ab eodem, an Macedone præſtantiores eſſent Athenæ: vrbem continuo deſcripſit in menſâ; cuius opinor, cupiditate tantoperè Philippus eſt inflammatus. *Hermogenes. 1. de inuent.*

AP. Athenarum vmbra quædam & futilis imago Philippum mouit, quòd pulchritudinem ex eâ

vrbis

vrbis coniiceret; ſic & in his terris quæ in rebus creatis videmus, ſparſa dignitatis, aut voluptatis vmbracula, animum cœleſtis vitę amore debent incendere.

*Iuuat ire periclis ad decus.*

## XXX. DIRADIS SACERDOS.

*Caſtitatis illuſtratio.*

*Pauſan in Corinth.*

IN Dirade Apollinis templum, cuius ſacerdos fœmina viri conſuetudine abſtinens, agno ſingulis menſibus per noctem immolato, diuino furore afflari credebatur.

APODOSIS.

Ad lumen mentis mirum in modum confert caſtitas corporis: vt enim Sol in puriſſimum cryſtallum radios eiaculans vberiore luce ſuffundit: ſic in caſtam mentem Deus influens plenius illuſtrat, ſcientia enim Dei ſingulare donum eſt.

*Manil. Aſtron. lib. 1.*

*Quem primum infernis licuit cognoſcere terris*
*Munera cœleſtum? quis enim condentibus illis*
*Clepſiſſet furto mundum, quo cuncta reguntur?*
*Quis foret humano conatus pectore tantum*
*Inuitis vt Dijs cuperet Deus ipſe videri?*

## XXXI. COENA FVNEBRIS DOMITIANI.

*Viue memor lethi.*

DOMITIANVS primoribus Senatorum, & equeſtris ordinis conuiuium in hunc modum fecit. Apparauit ædes omni ex parte nigerrimas: Erant enim atra laquearia, parietes, ac pauimentum, in eoque ſedes nudæ eo modo collocatæ erant. Quibus paratis rebus, eos de nocte introduci iubet, abſque comitibus, ac primum omnium iuxta vnumquemque columnam collocat, factam inſtar ſepulchri, in qua nomen eius ſcriptum erat, pendebatque de ea lychnuchus

nuchus paruus vt aſſolet in monumentis: Tum nudi pueri atramentoque obliti, tanquam ſpectra quædam ingrediuntur, eoſq; horribili ſaltatione circumeunt, eoque facto ante ipſorum pedes conſiſtunt: ad extremum omnia quæ in exſequiis mortuorum adhiberi ſolent in vaſis eodem modo eis appoſita fuerunt. Cœna interim peragabatur magno omnium ſilentio, vt qui timore pœnæ exanimati eſſent, Domitiano inſuper ſermonem, de iis, quæ ad mortes, & funera pertinerent, ſuper menſam ingerente. *Xiphilinus in Domitiano.*

APODOSIS.

In hac cœna expreſſa fuit delicatis hominibus mortis imago, & memoria, longè accuratius, quàm per ſceleton Ægyptiorum argenteum, qui in conuiuiis præferri ſolebat, pueris interim hos verſus accinentibus.

*Eheu nos miſeros quàm totus homuncio nil eſt:*
*Sic erimus cuncti poſtquam nos auferet orcus.*

Salutare ſibi, & ſenatoribus documentum parauerat Domitianus, niſi riſum potius quàm ſapientiam captaſſet.

## XXXII. ENALLI EMERSIO.

*Author ego inuentorque ſalutis.*

ENALLVM ducem ferunt, vt ſubmerſam virginem ſeruaret, in mare deſiluiſſe: ſed ambos fluctibus obrutos diu latuiſſe: verum poſt aliquod tempus cum Methinus denuo habitaretur, Enallus illuc peruenit, narrauitque quo pacto emerſiſſet vrinando cum ſympulo vndecim aureis litteris per ambitum ſignato, Διὸς σωτῆρος, *Iouis ſeruatoris*, quod virginem ſeruaſſet, auro præterea tam excellenti & admirando, vt commune hominum cum eo comparatum videretur nihil ab ære differre. *Athenæus lib. 11.*



Digitized by Google

AP. Fiet in eum qui cum perditus videretur, liberalitate, & beneficentia alicuius principis, redijt cum inſignibus notis collati in ſe beneficij: vel certè Chriſtus Dominus, vt naturam humanam malorum vorticibus immerſam liberaret, ſe in cruoris ſui rubrum mare totum demerſit, & per triduum latuit ex hominum conſpectu abreptus: Mox ex tot vndarum fluctibus, & ipſius mortis faucibus emergens corpore integro, & florido, & ſuper mortalitatem noſtram fulgenti, præfert in eo titulum non Διὸς σωτῆρος, ſed Χριστοῦ σωτῆρος, quod naturam à morte ad vitam, à ſeruitute ad libertatem traduxerit:

*Legibus inferni oppreſſis ſuper aſtra meantem*
*Laudant ritè Deum lux, polus, arua, fretum.*

## XXXIII. EVMENIS VENVSTVS.

### APOLOGVS

*Non temere ſe præſidijs exarmandum*

ANTIGONVS bellum gerens contra Eumenem Cardianum, miſit legatos ad Satrapas, & ad Macedones, poſtulans, vt Eumenem desererent, cum magnificis promiſſis: At cum Macedones legatis minarentur, Eumenes ſuperueniens laudauit ipſos, & fabulam retulit antiquam: leonem amantem virginis, contuliſſe cum patre puellæ de nuptijs: Patrem dicere quemadmodum paratus ſit quidem eam ipſi concedere, formidare autem vngues, & dentes, ne quando contractis nuptijs, propter aliquam cauſam exacerbatus, ſeſe gereret belluinè cum virgine. Cum leo abiecisſet vngues, & dentes, pater conſpicatus arma eum abieciſſe, per quæ erat formidabilis, baculo feriens, facilè interfecit. Non abſimile facere Antigonum: eò vſque promiſſiones extendere, donec exercitu potiatur, atque ita de ducibus pœnas ſumat. *Diodor. l. 19*

### APODOSIS

Non facilè hoſtibus credendum.

*Quicquid id eſt timeo Danaos & dona ferentes.*

XXXIV.

## XXXIV. EVPOMPI DICTVM.

*Imitatio recta.*

EVPOMPVS pictor interrogatus, quem ſequeretur antecedentium, dixit, naturam ipſam imitandam, non artificem. *Plin. lib. 34 cap. 8.*

APODOSIS.

*Nullius addictus iurare in verba magiſtri.* Horat.

## XXXV. GLAVCVS VICTOR AB ARATRO.

*Victoria inſperata vel honor ab humili loco.*

GLAVCVS puer Bœotius cum agriculturæ operam daret cum patre, & dilapſum vomerem manu pro malleo vſus reſtituiſſet, coniecit parens ex eo fortem fore, & duxit in Olympia in quibus certauit: cúmque ab aduerſario, vt certaminis imperitus, grauiter vrgeretur, exclamauit è multitudine pater: Ω παῖ τὴν ἀπὸ ἀρότρου, *O puer iſtum ab aratro*, ſcilicet ictum inflige: hac voce inflammatus adoleſcens, ingenti plaga aduerſarium percuſſit, & vicit.

APODOSIS.

Cadit opportunè in eos, qui antea contempti inſperatas palmas obtinent, & cæteris qui ſibi vel omnium maximè laurearum decora polliceri videbantur præripiunt. Sic apud Auianum mus paruus, & contemptus vulnus infligit boui: *Pauſan. in Eliacis, lib. poſteriore.*

*Ingentem fertur mus quondam paruus oberrans,*
*Auſus ab exiguo lædere dente bouem.*

## XXXVI. HEPHAESTIONIS OS SIGILLATVM.

*Arcanum Regum ſilentio conſtringendum.*

ALEXANDER, cùm Hephæſtion oteſenſim admoto Olympiadis lectitaret arcanas cum Rege literas: non prohibuit quidem hominem, ſed an-

*Plutarch. in Fortun. Alex.*

nulum ſigillarem ori apprimens, Regum arcana ſilentio obſignanda docuit.

APODOSIS.

Θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι.

*Claudite fores profani.*

## XXXVII. HIPPOMACHI VIRGA.

*Vulgo non placere.*

*Ælian. c. 6. lib. 2.*

HIPPOMACHVS pugilum doctor, cum Athleta quidam ex eius diſciplina ſpeciem exhiberet artis, & circumſtans multitudo vniuerſa plauderet, percuſſit eum virga Hippomachus, inquiens: Tu verò perperam f... οὐ γὰρ ἂν ἐπῄνεσαν οὗτοι τεχνικῶς σε δρῶντα.

*Phædrus Fabell. 86.*

AP. Argumentum peſſimi turba eſt. Seneca in hoc argumento, nota ſuis Parmenonis quam deſcribit Phædrus. Hic ſcurra fictitium oris grunnitum edebat, Ruſticus verum.

*Scurra degrunnit prior,*
*Mouetque plauſus, & clamores ſuſcitat.*
*Tunc ſimulat ſeſe veſtimentis Ruſticus*
*Porcellum obtegere, quod faciebat ſcilicet.*
* * * *
*Peruellit aurem vero quem celauerat,*
*Et cum dolore vocem naturæ exprimit.*
*Acclamat populus ſcurram multo ſimilius*
*Imitatum, & cogit Ruſticum trudi foras.*
*At ille profert ipſum porcellum è ſinu,*
*Turpemque aperto pignore errorem probans,*
*En hic declarat quales ſitis iudices.*

## XXXVIII. INDVS PARENTVM CINERIS IN PROPRIO CAPITE SEPELIENS.

*Parentum amans.*

BRACHMANES fabulam de Vpupa, quam Indorum

rum Reges habent in delicijs belliſſimam narrant. Regi Indorum, inquiunt, olim filius fuit minimus natu, quem fratres improbi propter ætatem contempſerunt. Cum verò parentes ſenectute graues contumelioſè ab eis tractarentur, vt improbitatem eorum declinarent, aſſumpto filio minimo diſcedunt, ac fugiunt: & laboribus in itinere conſumpti moriuntur, defunctorum cineres filius in ſui capitis vulnere, quod enſe ſibi inflixerat, ſepelit. Inſignem hanc eius pietatem conſpicatus, admiratuſque Sol, puerum in auem formoſam admodum, & viuacem conuertit, criſta ſupra caput eius erecta, vt glorioſi facinoris monumento. *Alaian lib. 16. cap. 5.*

Parentes in capite ſepeliunt, qui mortuorum memoriam ſanctè retinent, & officijs pietatis frequentant, vnde ſibi magnum decus, & ornamentum apud poſteros comparant. Naſamones, vt habet Tertullianus *cap. 57. de Anima*, propria oracula apud parentum ſepulchra manſitando captabant. Celtæ eadem de cauſa apud virorum fortium ſepulchra abnoctabant.

## XXXIX. IVSTINIANI STRAGVLA FERALIS, IN QVA LVDIT INTER TRIUMPHOS *Mortis imperium*.

IVSTINIANO Imperatori mortuo inſtrata veſtis ſtragula, in qua Phrygio opere textæ victarum vrbium, & Barborum Regum quos ipſe ſuis auſpicijs debellarat, effigies: de qua Corippus,

*Extulit intextam precioſo murice veſtem,*
*Iuſtinianorum ſeries, vbi tota laborum*
*Nexo auro inſignita fuit, gemmiſque coruſca.*
*Illic barbaricas flexa ceruice phalanges,*
*Occiſos Reges, ſubiectaſque ordine gentes,*
*Pictor acu tenui multa formauerat arte,*
*Fecerat, & fuluum diſtare coloribus aurum,*

*Baron. ad annum Iuſtin. 39*

I 4 Omnis

*Omnis vt aſpiciens ceu corpora vera putaret.*
*Effigies auro, ſanguis depingitur oſtro.*
*Ipſum autem in media victorem pinxerat aula*
*Effera Wandalici calcantem colla Tyranni,*
*Addidit antiquam tendentem brachia Romam,*
*Exerto, & nudo geſtantem pectore mammam*
*Altricem imperij, libertatiſque parentem.*

APODOSIS.

Ecce tibi inter pugnas, triumphos, victorias, mortis effigies. Ludit certè mors in imperijs, *& æquo pulſat pede pauperum tabernas regumque turres.* Paulò aliter hoc expreſſit Martinus V. antea Otto Columna dictus, qui Tiaram Pontificiam, Galerum Cardinalium, infulas Epiſcoporũ, diademata Imperatorum, coronas Regum, Ducum nudum enſem, omnia habet in emblemate pyræ ardenti iniecta cum lemmate, *Sic omnis mundi gloria.*

*Martini V. Sybolum*

---

## XL. LACHARIS FVGA.

*Perde vt ſerues.*

*Suidas.*

LACHARES captis Athenis à Demetrio veſtem ſeruilem, & ruſticam indutus, atramento faciem tingens, calathium ſterquilinio tectum portans, furtim egreſſus per exiguam portulam, conſcenſo equo, Daricos aureos in manibus tenens, fugit. Equites Tarentini ſummo ſtudio peſequentes deluſit, ſigillatim Daricos in viam ſpargens: quos cum illi colligerent, peruenit in Bœotiam.

APODOSIS.

*Iuuen. Satyr. 12.*

*Accidit & noſtro ſimilis fortuna Catullo:*
*Cum plenus fluctu medius foret alueus, & iam*
*Alternum puppis latus euertentibus vndis*
*Arboris incertæ, nullam prudentia cani*
*Rectoris conferret opem, decidere iactu*
*Cœpit cum ventis, imitatus Caſtora, qui ſe*
*Eunuchum ipſe facit cupiens euadere damno.*

Sed

*Sed quis nunc alius, qua mundi parte, quis audet*
*Argento præferre caput, rebuſquè ſalutem?*

## XLI. LVERIVS.

### *Liberalitas.*

POSIDONIVS tradit Luerium Gallum principem per agros curru vehi ſolitum: aurumque, & argentum in turbas Celtarum innumeras eum proſequentes ſpargere: Quin, & ſeptum eundem quadratum ſtadiorum duodecim aliquando cinxiſſe, in quo potione ſumptuoſa & exquiſita pleni lacus eſſent, parataque cibariorum copia, vt compluſculis diebus liceret ijs quibus placeret ingredi, fruique illo apparatu cum aſſiduis miniſtrorum officijs: Idem Bardo Encomiaſtæ ſacculum auri proiecit, quo ſublato fertur Poëta dixiſſe: Currus, quem ducebat impreſſa terræ veſtigia, aurum, & beneficia procreare mortalibus. *Athen. li. 4.*

APODOSIS.

Hic erit munificentiſſimi principis character, qui velut Triptolemus aliquis pernici gloriæ curru ſubuectus, non fruges ſparget, ſed beneficia. Num verò magnificentior Chriſtus Dominus: qui intra Eccleſiæ ſepta ſuas oues cœleſti alimonia iucundiſſimis Angelorum poculis reficit, & recreat. Hoc Euchariſtiæ munus D. Baſilius commodè appellat κοινωνίαν τοῦ ἀγαθοῦ, quod in eadem cumulatiſſimè bonorum omnium genera contineantur. *in epiſtola ad Amphilochium.*

## XLII. METHODII PICTVRA

### *Iudicij diuini terror.*

BOCORIS Bulgarorum Princeps, ſupra modum venationibus delectabatur, quibus cupiens non tantùm cum venatum iret perfrui, ſed etiam in otio, nouam domum ædificauit, & Monachum Methodium Roma oriundum, ac pingendi artificem,

 hiſto-

Digitized by Google

hiſtorijs eam totam exornare iuſſit. Diuinoque inſtinctu factum eſt, vt non diceret nominatim animalia, quæ depingi vellet, ſed pingere ſuo arbitrio, modo terribilis eſſet pictura, iuberet. Monachus ſecundum Chriſti aduentum pinxit, quod nihil eo terribilius ſciret: princeps ab hac parte videns, iuſtorum cœtum expreſſum, ab illa impiorum ſupplicia perpetientium, edoctus à pictore, quid ſibi iſta vellent, illico ſuam eiurauit ſuperſtitionem, & intempeſta nocte baptizatus eſt. Contra eum proceres Bulgarorum inſurrexerunt, eos ille parua ſuorum manu, crucis ſigno prælato, fudit: reique inopinatæ euentu territos ad fidem Chriſti perduxit.

*Cedrenus.*

APODOSIS.

Si tantum vmbra valuit, quid corpus efficiet; & ſi hic terror picturæ, qualis veritatis futurus eſt?

*Quæque latent maiora puta.*

---

## XLIII. MILO.

*Fortitudo.*

ERAT eius ſtatua vittata, ſimul compoſitis pedibus ſtans, ſiniſtra malum punicum tenens, dextræ manus digiti recti, & inſertis ſimiles, οἷον διείροντι.

*Philoſtr. lib. 4. c. 9. in vita Apoll.*

APODOSIS.

Fortitudinis typus eſt Milo: pedes compoſiti immobilitas: Malum punicum firmitas propter compreſſionem granorum in granato. Vittæ, temperantiæ ſymbolum, τὴν ταινίαν δὲ ἣ ἀναδεῖται, σωφροσύνης ἡγεῖται ξύμβολον: hæc affertur enarratio à Philoſtrato.

---

## XLIV. MILO LYCEI COLVMNAM SVSTINENS.

*Literarum protectio, vel Imperij ſuſtentatio.*

MILONEM ferunt columna in contubernio Philoſophorum ruinam minitante, in eius ſubiiſſe

*Strab. lib. 6.*



Digitized by Google

locum: itaque, & reliquos ſeruaſſe omnes, & ſeipſum ſubduxiſſe.

Apodosis.

Imago erit principis, aut moderatoris, qui rem literariam, aut publicam iam labentem ſuo, vel periculo, vel robore, authoritate, vel felicitate, vel liberalitate ſuſtentat. Principes ipſi columnæ mundi appellantur. Vnde Opian. *ad Antoninum Imperatorem l. 1. de venatione initio.*

Σοὶ μάκαρ ἀιῶ γαίης ἐρεισμα.

---

## XLV. MORIONIS PRVDENS DICTVM.

*Exitium Diſcordia rerum.*

NICOLAVS Morio Saxonum Ducis, quem ob miros ſales octoginta talerorum millibus in familia herciſcunda æſtimaſſe dicuntur, cum inter fratres de diuidenda regione ageretur, veſte principali indutus in conceſſum procerum venit, & ecquid placeret Fridericum Ducē interrogauit. Laudante eum Duce, in cubiculum exiuit, & forfice veſtem diſſecuit? Mox alteram partem indutus principi ſe obtulit, & nunquid placeret rogauit. Principes verò factum eius virgis coërcendum minitantur vt libet, exclamauit, modo & te viciſſim virgis cædam, qui diuiſione cum fide inita pulchriorem hac veſtem dilacerare conaris.

Apodosis.

Concordia paruæ res creſcunt: Diſcordia maximæ dilabuntur.

*Boet. lib. 4 Metr. 6.*

*Sic alternos reficit curſus*
*Alternus amor, ſic aſtrigeris*
*Bellum diſcors exulat oris.*
*Hæc concordia temperat æquis*
*Elementa modis, vt pugnantia.*
*Vicibus cedant humida ſiccis,*
*Iunganturque fidem frigora flammis.*

XLVI.

Digitized by Google

## XLVI. MOSIS ABBATIS PRVDENS FACTVM.

*Ignoſce.*

MOSES Abbas in deſerto Scythi, cum accerſeretur, vt ſententiam diceret in fratrem qui peccauerat: venit ſaccum arena plenum in tergo baiulans, & rogatus quid illud eſſet? peccata ſua eſſe dixit, quæ vix ferre poſſet. nedum aliena iudicare: Quod Præpoſiti monaſterij audientes, fratri pœnitenti veniam indulgere, quam pœnam infligere maluerunt, dum conſiderant in ſe quidem ſine peccato eſſe.

Marul. li. 5. cap. 1.

APODOSIS.

Non temere de alijs iudicandum, ne vt ſæpè fit.
*Det veniam Coruis, vexet cenſura Columbas.*

## XLVII. MOGORIS REGIS MAGISTRATVS.

*Humilitas & memoria ſuæ conditionis.*

MOGORIS Regem ferunt plebeios quidem, & tenues homines ad ampliſſimos honores nonnunquam euehere, atque, vt ſuæ priſtinæ conditionis, & regalis beneficij memoriam nuſquam amittant, iubere eoſdem artis, quam antea exercuerunt, ferre inſignia.

APODOSIS.

Inter proſpera meminiſſe oportet ſuæ conditionis. Simile quod Aeneas Syluius memorat de Primiſlao: qui ex Ruſtico ad regni gubernaculum euectus, Sagum ruſticum, dũ inaugurаretur, iuſſit expromi, ideq; ſeruauit vſque ad obitum, quo ſibi memoriã priſtinæ vitæ identidem refricaret. At verò animus ſuperbus,

ἐπιλήθεται οὕνεκα γαῖαν
Ποσσὶν ἐπιστείβει θνητοὶ δ' οἵ εἰσι τοκῆες.

Rianus.

Ad idem argumentum pertinet, quod habet Sabellicus lib. 3. Enn. 10. de Archiduce Corinthiorum: qui

qui in ſua inauguratione, procedit agreſti habitu, pileo tectus, calceos, & paſtoralem baculum gerens, Paſtorem agens magis, quàm principem, aquam quoque pileolo delatam potat, in futuræ ſobrietatis argumentum.

## XLVIII. ONESILI APES.

*Mortuorum honores.*

ONESILI Regis Cyprij caput in ludibrium Amathuſij ſupra portam vrbis ſuſpenderant: in id examen apum mella congeſſit, fauiſq; referſit: hinc loci incolæ oraculo moniti caput honorificè ſepelierunt Oneſiloque quotannis, vt Heroi, ſacra inſtituerunt. *Vide Pieri lib. 26. c. 3.*

Apodosis.

Mortuorum honoribus parentantes Poëtæ ſignificantur, eorum etiam ipſorum quos liuor extinxiſſe putabatur.

*Maius ab exequijs nomen in ora venit.*

## XLIX. ORPHEI SVDOR.

*Gloria fortium.*

ALEXANDRO in Perſas expeditionem parante, Orphei ſtatua in Pieria continuò ſudauit: varia fuit vatum de hoc prodigio ſententia. Ariſtander verò Telmiſſius vates eximius, Alexandrum bono animo eſſe iubet, ſignificari enim cuiuſuis generis Poëtas magnopere laboraturos in Alexandro, eiuſque rebus geſtis deſcribendis ac decantandis. *Arrian. de expeditione Alexand.*

Apodosis.

Parabola congruet in viros gloria & prædicatione ſupra cæteros illuſtres: Quorum laudes in cœlum ſcriptis carminibus ſit elatura poſteritas. Cæterum qualis fuerit hæc Orphei ſtatua, vide in Hypotypoſibus, vbi Philoſtratus iunior, & Calliſtratus ſummo artificio depingunt.

L. PAV-

Digitized by Google

## L. PAVSIÆ ET GLYCERÆ CERTAMEN.

*Eloquentiæ varietas.*

Plin. lib. 21. cap. 1.

FLORVM inuicem odores, coloreſque accendêrè Sicyonij ex ingenio Pauſiæ pictoris, atque Glyceræ coronariæ dilectæ admodum illi, cum opera eius pictura imitaretur, & illa prouocans variaret, eſſetque certamen artis, ac naturæ, quales nunc etiam extant artificis illius tabulæ atque imprimis appellata Stephanoplocos, qua pinxit ipſam.

APODOSIS.

Certamen illud cum vniuerſitate rerũ, & eloquentia videtur conſtitutum: Nihil eſt enim in natura, tam varium tam reconditum, quod vis orationis complecti, imitatione referre, & exprimere non poſſit.

*Seu ſidereas exercet altius artes,*
*Seu voluit monitus quos dat Bargeticus auctor,*
*Seu doctam quatit illa chelyn, ſeu diſſona nectit*
*Carmina ſiue minax vltorem ſtringit iambon.*

## LI. PHALEREI VOMICA.

*Vtilitas ab inimicis.*

Plin. lib. 7. cap. 50.

PHALEREVS deploratus ab inimicis vomicæ morbo, cum mortem in acie quæreret, vulnerato pectore medicinam inuenit ex hoſte.

Cassiod. l. 4. Var. 47.

AP. Ab inimicis ſæpè quam non ſperamus vtilitatem capimus, τὸν νοῦν ἔχοντός δεῖ καὶ ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ὠφελεῖσθαι Plut. ex Xenophonte lib. πῶς ἄν τις ὑπ' ἐχθρ. *Mundanis ſiquidem rebus frequenter naſcitur de aduerſitate proſperitas, & homines cùm lædere cupiunt beneficia frequenter impertiunt.*

## LII PHILIPPI CALIX.

*Aut vino aut ſanguine rores.*

PHILIPPVS Auguſtus Francorum Rex, anno ſalutis 1214. contra Othonem Imperat. pugnaturus

turus in patera aurea buccellas panis vino prægnantes principibus ſuis propinans: bibite ex hoc omnes exclamauit; Commune hoc, aut victoriæ, aut glorioſæ mortis poculum erit, qua voce animati Franci, hoſtes mira alacritate ſuperarunt.

AP. Rectè conueniet in fideliſſimam vitæ, mortis, gloriæ, & periculorum omnium ſocietatem. *Ægidius Corrozetus de dictis & factis memorabilib.*

*Commune periclum.*

*Omnibus, vna ſalus.* Longè nobiliori ratione Christus Dominus cum ad cœleſte contubernium generoſos milites euocaret, communi laborum, & crucis ærumnas, communem cuique pro meritis palmam gloriæ propoſuit, & ſimul ſuo ſanguine prælibauit: vnde poſtea tantum Martyrum ſeminarium emerſit.

*Cruor ille pares ſanctis ſpondebat honores*
*Orturis toto corpore Martyribus*
*Nam cum ſacra ſeges terrarum impleuerit orbem,*
*Omnis ab hoc vno ſemine meſſis erit.*

*S. Proſperi epigr. 9.*

## LIII. PHILIPPI PLACENTA.

*Præſentibus vtendum.*

PHILIPPVM Regem Macedonum quiſpiam inuitarat ad cœnam, cumque veniſſet magno ſanè comitatu, nonnihil conturbatus eſt hoſpes, vt qui nō grandem cœnam inſtruxiſſet. Id ſentiens Philippus, ſubmiſit qui ſingulos amicos admoneret, vt placentæ locum relinquerent. At hi dum verè credunt placentam apponendam, atque expectant, abſtinent ab iis quæ fuerant appoſita: atque ita factum eſt, vt conuiuium omnibus ſufficeret. *Plutar. de tuend. vale.*

APODOSIS.

Permulti præſentia negligunt, ob ſpem inanem futurorum.

*Præſentem mulge, quid fugientem inſequeris?*

Extat in hoc argumento lepidiſſima Auiani fabula:

*Piſca-*

Digitized by Google

Fabula 20 *Piſcator ſolitus prædam ſuſpendere ſeta,*
*Exigui piſcis vile trahebat onus*
*Sedpoſtquam ſuperas captum perduxit ad auras;*
*Atque auido fixum vulnus ab ore tulit:*
*Parce precor, lachrymis ſupplex ita dixit obortis:*
*Nam quanta ex noſtro corpore damna feres?*
*Nunc me ſaxoſis genitrix fœcunda ſub antris*
*Fudit, & in proprijs ludere iuſſit aquis;*
*Tolle minas tenerumque tuis ſine creſcere menſis:*
*Hæc tibi me rurſum littoris ora dabit.*
*Protinus immenſi depaſtus cerula Ponti,*
*Pinguior ad calamum ſponte recurro tuum*
*Ille nefas captum referens abſoluere piſcem:*
*Difficiles queritur caſibus eſſe vices.*
*Nam miſerum eſt* (inquit) *præſente amittere prædam,*
*Stultius & rurſum vota diurna ſequi.*
*Incerta pro ſpe; ne munera certa relinque,*
*Ne rurſus quæras forte nec inuenias.*

## LIV. PHOCENSIVM IVSIVRANDVM.

*Fœdus firmum & ſtabile.*

PHOCENSES de excedendo, & relinquenda vrbe capto iam conſilio, maſſam ferri candentem proijciunt in mare, iurantque ſe prius non redituros, quàm ipſa ſponte emergeret. — *Herod. lib. 1.*

*12. Æneid.* AP. Fœdus æternæ veritatis, quale illud Virg.
*Nulla dies pacem hanc Italis nec fœdera rumpat;*
*Quo res cumq; cadent nec me vis vlla mouentem*
*Auertet, non ſi tellurem effundat in vndas.*
*Diluuio miſcens, cœlumque & tartara ſoluat.*

## LV. PHRYNES ACVMEN.

*Opinio hominum multum facit ad æſtimationem rerum.*

PHRYNE meretrix, quæ incredibili pulchritudinis

dinis

Digitized by Google

nis elegantia floruerat; cùm iam defloruiſſet, à multis procis frequentata; dicebat ſe fecem pluris, quam vinum vendere, propter inueteratam ſuæ formæ opinionem.

Τὴν τρύγα πλείονος πωλεῖν διὰ τὴν δόξαν.

AP. Idem ſæpè contingit doctis viris, qui cùm ingenti eruditionis opinione apud omnes floreant, etiam quæ languеſcente iam ætatis vigore faciunt, propter diuulgatam apud omnes ſapientiæ famam, magno gloriæ pretio diſtrahunt, atque diuendunt.

*Eſt ſeris ſua gratia pomis.*

## LVI. POLYPERCONTIS STRATAGEMA.

*Noſce vt vincas.*

POlypercon Peloponeſijs aditum obſidentibus, ſuos milites ad periculum adeundum confirmauit, pileum impoſuit, & tunicam duplicem indutus, acceptoque baculo dixit ad eos: qui nos in periculũ vocant, ô commilitones, eiuſmodi ſunt homines. poſt his depoſitis, & armatura recepta: qui verò manum cum ijs conſerent, inquit, eiuſmodi vſque in hoc tempus multorum, magnorumque bellorum victores: quo audito milites obſecrabant ne amplius moram aliquam interponeret, ſed recta ad ineundam pugnam duceret. *Polyæni lib. 4.*

APO. Multum iuuat ad victoriam hoſtes noſſe, fit enim plerumque, vt metus & opinio, *Iuuenal. Sat. 3.*

*Longum inualidi collum ceruicibus æquet*
*Herculis Antæum procul à tellure tenentis.*

## LVII. ITEM.

*Brennus.*

BRennus enim rex Gallorum volens ſuis perſuadere, vt expeditionem in Græciam ſuſciperent, con- *Polyæn. lib. 7.*



Digitized by Google

conuocatis in concione viris, & mulieribus, produxit captiuos Græcos viliſſimis corporibus, & infirmiſſimis præditos capitibus, raſos, & ſordibus pallijs amictos: iuxtaque eos maximos Gallorum collocauit & ſpecioſiſſimos, Gallicam armaturam indutos: hoc facto: nos, inquit, tanti ac tales contra homines tam imbelles & paruos belſum geremus: hoc modo Galli contemptis Græcis adducti ſunt, vt proficiſci cum exercitu in Græciam non dubitarent.

## LVIII. RORERTI DVCIS NORMANNIAE STRATAGEMA

*Virtus pudore laceſſita fit acrior.*

IN expeditione Hieroſolymitana, Duce Petro Eremita, poſt occupatam à noſtris Nicæã, cum Solymannus nouo exercitu Chriſtianis occurriſſet, & multitudine infeſtus eſſet: Robertus Dux Normanniæ aureum vexillũ in frequentiſſimos hoſtes iecit; quod dum repetunt Normanni, antequam in poteſtatem hoſtium veniret, impetus furentium factus hoſtes diſſipauit. At duo millia noſtrorum deſiderata, quadraginta hoſtium millia circiter cecidêre.

*Æmilius lib. 4.*

APODOSIS.

Commentum fuit præſtantiſſimi Ducis, qui nouerat Germanam virtutem iactura aliqua, & pudore laceſſitam acrioribus ſtimulis, & facibus incaleſcere,

*Aſſiſtunt ſociæ, virtuſque, dolorq;,*
*Et pudor armatas pilo petit impiger alas.*

*Sidon. in Panegyr. Soceri.*

## LIX. ROMVLI MANIPVLI.

*Vita Humana.*

ROmulus primus populum Romanum in centurias diſtribuit, quarum vnamquamque vir vnus ducebat, qui manipulum fœni, aut herbarum in conto af-

to affixum geſtabat. Vnde militum manipularium omen, ἑκάστης δὲ ἀνὴρ ἀφηγεῖτο, χόρτου καὶ ὕλης ἀγκαλίδα κοντῷ περικειμένην ἀνέχων, μάνιπλα ταῦτα Λατῖνοι καλοῦσιν. *Plut. in Romul. edit. Graec. p. 39.*

APODOSIS.

Hominum fragilitas per fœnum adumbrata. Omnis caro fœnum. Comparatur quoque vita humana cum hortis Adonidis, in quibus flores omnes Adonidem illum referebant, in primo ætatis flore præreptum: nihilque in illis ſerebatur, quod fructũ proferret, ſed illa tantum, quæ oblectationi & delicijs eſſe poſſent.

---

## LX. SCILVRI FASCICVLI.

*Concordia.*

SCilurus Scytharum rex, cum iam moriturus octoginta filios ſuperſtites relinqueret, afferri ſingulis faſciculum iuſſit, vt ſi poſſent frangerẽt: Quod cum ipſi facere ſe poſſe negarent, diſtractis pedetentim ſingulis fuſtibus, totam facilè contriuit molem: ſignificans ſcilicet concordes germanos inuictos fore: contra verò diſcordes facilè, vel à quouis debellari poſſe.

APODOSIS.

Ὁμόνοια μέγιστον ἀγαθόν. *Xenoph lib. 4 de factis, & dictis Socr.* In hoc genere quoque ſymboli ſunt lapedes Philadelphi, quorum meminit Mendeſius *tertio de lapidibus*, & Plutarchus *in Strymone*. Γεννῶνται δὲ ἐν αὐτοῖς λίθοι φιλάδελφοι λεγόμενοι, κόρακες τὴν χρόαν ἀνθρωπόμιμοι, ſibi mutuo adhærent vt fratres. *Plutarch. in regum & Imp. Apophtegmatib.*

---

## LXI. SCORI ACVMEN.

*Fratrum diſcordia concors.*

SCORVS Dacarum Dux, cum diſſidentibus inter ſe Romanis Dacas à bello illis inferendo dehortari



Digitized by Google

tari vellet, in conſilium duos feroces canes adduci iuſſit, qui, vt ſoliti fuerant, ſtatim tanquam inter ſe commiſſi mordicus certare cœperunt. Non multo poſt lupum quoque adduci curauit: quo conſpecto nihil morati canes, omiſſo prælio concordes ambo lupum petierunt ab ea contentione Scorus ſermonem orſus, oſtendit, nihil eſſe, quod facilius Romanorum dirimere contentiones poſſet, quam, ſi ſe Dacarum bello peti ſenſiſſent.

*Fulgoſius li. 8. c. 10.*

## *LXII.* SELEVCI ANCHORA.

*Inexpugnabile rebus præſidium.*

SElcucus anchora ſignatum femur habuit ab ipſa origine, filijque & nepotes eius eodem inſigniti modo. Is cum Babylonem iret vrbem occupaturus, inter gradiēdum pedem lapide offendit, & ex eo cogitur dolore ſubſiſtere. Amicis interim principem demulcentibus annulus apparuit anchorâ ſignatus, atq; impreſſus, quem ibi ipſe antea amiſerat. Ex quo magnam imperij ſpem concepit, nec excidit Appianus Alexandrinus in Syriaca: apud quem & Ptolemæus Lagi filius hoc ſignum feliciter interpretatur, ἀσφαλείας εἶναι ἄγκυραν, οὐ κατοχῆς σύμβολον.

APODOSIS.

Tum demum in ſpem cœleſtis Imperij nos venire oportet, cùm crucem ἱερὰν ἄγκυραν, ſacram anchoram amplexi fuerimus.

*Fortunat.*

*Crux nobis dedit arma ſalutis.*

## *LXIII.* SERAPION.

*Liberalitas conſecrata.*

SErapionem pugilem ſtatua conſecrarunt Elæi, quod in magna annonæ penuria veniens ad ludos, frumentum ſecum vectandum curauerit ad releuandam famem.

*Pauſan. in Eliacis li. 11 pag. 211.*

APODO-

Digitized by Google

APODOSIS.

Nullum magno Principe, immortalitatemque merituro dignius impendij genus, quam quod erogatur in poſteris. *Plini. in Paneg. Traia.*

*Extra fortunam eſt quicquid donatur amicis,*
*Quas dederis ſolas ſemper habebis opes.*

## LXIV. THELESILLÆ PHARMACVM.

*Literæ vtiles.*

TEleſilla honeſto loco nata mulier,ſed ægro corpore,ad oraculum miſit de valetudine ſciſcitata, cui reſponſum eſt, Μούσας θεραπεύειν. Ex quo humanioribus Muſis addicta, non modò Poëtria euaſit, ſed & ægritudini corporis fecit medicinam. *Plutarch. in mul. vir. tut. in Argiu.*

APODOSIS.

Literarum vtilitas tanta eſt,vt non modò morbis animi,ſed & corporis medantur. Certè Theocriti Cyclops eaſdem contra prauos animi effectus, & impuros amores magnam vim habere oſtendit.

Οὐδὲν ποτὸν ἔρωτα πεφύκει φάρμακον ἄλλο,
Νικία, οὔτ' ἔγχριστον ἐμοὶ δοκῶ, οὔτ' ἐπίπαστον. *Idyll. 11.*
Η ταὶ Πιερίδες.

*Nullum contra amorem natum eſt remedium aliud,*
*O Nicia, neq; quod inungi, vel aſpergi poſſit, vt opinor,*
*Quam Muſa.*

## LXV. THEAGENES.

*Honor clariſſimorum virorum & inuidiæ pœna.*

THeagenes nobiliſſimus athleta quadringentis coronis illuſtris ſtatuam habuit, quam liuidus poſt fortis viri fatum ſingulis noctibus flagellis cædere gaudebat, quod cùm ſæpius iteraret, oppreſſus eſt tandem à ſtatua. Mortem parentes vlciſcuntur, & ſecuudum Draconis leges damnatur ſtatua, & pro-



Digitized by Google

Pauſan. in Eliac. lib. Poſteriore.

proiicitur in mare. Ex eo graſſata lues Thaſios malè mulctauit, nec prius ſedata eſt, quàm ſtatuæ ex mari extractæ florentiſſimos honores redderent.

APODOSIS.

Val. Flaccus Argon. lib. 4.

Hoc aduerſus florentiſſimorum hominum famam poteſt inuidia, quod aduerſus Solem nebula: Breuiſſimo tempore nocet, & eadem diſſipata mitiores radios virtus exerit. *Iris nubila contra.*

## LXVI. THEMISTOCLIS APOLOGVS.

*Non eſt ante feſtum poſterus dies. Antiquorum honor.*

Plut. in fort. Rom.

DICTVM perurbanum Themiſtoclis in iuniores Imperatores, qui ſe proſperè rebus geſtis ipſi anteferebant. Poſterus dies olim cum feſto contendit, obſtrepentem illum, ſollicitumque eſſe dictitans; ſe verò pridie apparata fruenda per otium præbere. Verum, inquit feſtus dies, ſed ſi non fuiſſem, vbi nam terrarum eſſes?

AP. Noui antiquis honorem debent, quorum ipſi perfruuntur laboribus: magnum fuit inuenire, facilius inuenta promouere ad ſummum.

*Moribus antiquis res ſtat Romana, viriſque.*

Et quod ait Græcum adagium:

Αἰετου γῆρας κορύδου νεότητος ἄμεινον.

*Aquilæ ſenectus corydi iuuenta melior.*

## LXVII. THEMISTOCLIS HYDROPHORA.

*Scientia non occultanda.*

Plutarch. in Themiſt.

THemiſtocles Hydrophore Nymphæ imaginem dedicauit ex multis eorum, qui aquam deſtinebant, ne in publicam vtilitatem emanaret.

AP. Digni ſunt multi, qui ſcientias, & conceſſa ſibi à Deo bona occultant, & retinent, quibus, ſocie-

tatem

tatem hominum iuuare, & aliqua ornamentorum acceſſione locupletare poſſent. *Deus eſt mortali iuuare mortalem, & hæc ad æternam gloriam via. Magno animo nos non vnius vrbis mœnibus cluſimus, ſed in totius orbis commercium emiſimus.* *Plin. l. 11. c. 7. hiſtor. Natural. Seneca lib. de tranquil.*

## LXVIII. THEMISTOCLIS IVDICIVM.

*Scientia benè vtendum.*

THemiſtocles interpretem Græcum, qui Perſidi miniſtrarat, interfici iuſſit: rem iniquam ratus Græcam linguam in vſum Barbarorum conuertere. *Plut. in Themiſt.*

AP. Quid illis fiet apud ſummum Imperatorem, qui ſcientiam donum Dei ad impuriſſimarum voluptatum contubernia, aut ſcurrilium verborum nugas, aut, quod maius eſt, ad caſtra impietatis traduxerunt? *Penſemus quod lucrum Deo fecimus, nos qui accepto talento ab eo ad negotium miſſi ſumus.* *Greg. Hom. 17. in Euāg.*

## LXIX. TIMOTHEI RETE.

*Fœlicitas Imperatoris.*

TImotheum fortiſſimum Imperatorem, & fœliciſſimum, inimici dormientē pinxerant, & rete geſtantem, in quod ſua ſponte vrbes influerent.

APO. Significat eos, qui ſunt maximè felices, & quibus diuinâ (quod aiunt) virgulâ ſuppeditari videntur omnia. *Plutarch. in Apoph.*

Οἰοῦ ζ̓ ἱερόν ἐστιν εὐτυχεῖν βροτοῖς.

## LXX. VISINVS.

*Diſputator egregius.*

VIſinus eximiæ opinionis gladiator omnem telorum aciem ad hebetudinem ſolo aſpectu redigere ſolebat. *Olaus magnus lib. 3. cap. 16.*

APODOSIS.

Cadit in acerrimum diſputatorem, qui leui nego- tio omnium argumentorum vim imminuat. Ἔγχος ἔχων ςόμα θοῦρον, ἔπος ξίφος, ἀσπίδα φωνήν. Pro haſta habens os promptum, pro ſermone gladium, pro clypeo vocem, vt loquitur Nonnus Dionyſ. lib. 13.

---

## LXXI. DE IGNORANTIA ET EXCVSATIONE VITIORVM.

*Apologus.*

*Gilbert. Cagn. lib. 4. narrat.*

CONduxerat quidam portorium ad amnem, quo pons tanſitum præbebat, hac conditione, vt ſinguli pro ſingulis vitijs perſoluerent nummum. Aduenit quidam ſcabioſus, & ab illo petitur portorium nummi vnius, vt erat conſtitutum, qui cum recuſaret pendere, occurrit portitor, & pignoris loco detrahit viatori pileum: atque ibi apparet in caluitio alterum vitium Alopeciæ. Ergo duos (inquit) iam nummos ſolues, minimè, (inquit viator) & luctari incipit, dumque à valentiore datur & terram, conſpicitur hernia, Tres (inquit) portitor iam nummos peto, quos ille, qui vnum initio noluerat, tum numerare coactus eſt.

APODOSIS.

Hic tot vitijs oppletus, nec fateri poteſt vitium, nec videt. Cur? an quod ait Phædrus:

*Peras impoſuit Iupiter nobis duas.*
*Proprijs repletam vitijs poſt tergum dedit,*
*Alienis ante pectus ſuſpendit grauem.*
*Hac re videre noſtra mala non poſſumus.*
*Alij ſimul delinquunt cenſores ſumus.*

Sed quid lucrantur qui ſibi folia ficus conſuunt, & peccata penè omnibus nota vehementi ſtudio tegunt? *vt improbi pateant magis.*

PARA-

# PARABOLARVM
## HISTORICARVM
### LIBER QVARTVS.

## HOMINIS MALA.

### I. ABYDENVS STVLTVS.

*Opinionis vis, vel felicitas improborum.*

FERVNT in Abydo quendam mente deſtitutum in theatrum progreſſum vacuum, multoſque dies illic diligenter, tanquam in eo eſſent hiſtriones, applauſiſſe, acclamaſſeque admirabundè. Cæterũ mente recepta, dixit ſuauius ſe nunquam atque eo tempore vixiſſe. *Ariſtr. de mirabili auſcult.*

*Ap.* Quàm multi imperitis Oratoribus, & propè nullis, plaudunt opinione decepti, quàm multi inſania ebrij, videntur ſibi pulchri, beati, cum nihil eorum, quæ ſibi animo fingunt, poſſideant, ſed vt Menippeæ Empuſæ bona cuncta euolent, & dilabantur. Num meritò hæc à Græco Comico appellantur ἐικελόνειρα, vmbris ſomnijſque ſimilia: nec malè illud Plautinum hic vſurpari poteſt. *Bona ἐικελόνειρα.*

*Miris modis Dij ludos faciunt Hominibus,*
*Mirisq; exemplis ſomnia in ſomnis dabunt.*

### II. ACESSAEVS.

*Procraſtinator.*

COmperendinatoris Hieroglyphicum eſt Aceſſæus decuſſatis bracchijs cœlum intuens, & ex-

piſcans an luna fluxu luminis orbem ſui ſyderis impleat: hic nauta, vt ſatis ex adagio notũ eſt, ignauiæ velum prætendens, commodi temporis opportunitatem, perfectionem vſq; differebat; Lunas minimè fauentes cauſſatus, quæ tamen, cũ & actu, & labore, & ſenio cœlum vſquequaq; luſtarent, & deſidioſus hic Callipides nuſquam ſoluebat de portu.

*Diogenianus Centuria 1. Adag. 57.*

Ἦν δὲ κυβερνήτης ὃς ῥᾴθυμος ὢν ἔλεγε διὰ παντὸς ἀναμένειν σελήνην, ἵνα ἐν φωτὶ ὁ πλοῖς αὐτῷ γενύται.

### Apodosis

Tales ſunt partim ignaui, partim etiam callidi, & malitioſi comperendinatores, qui cum minimè rem promoueant, in cœlum & ſydera ſuæ negligentiæ cauſſam refundunt.

*Luna quater latuit, toto quater orbe recreuit.*

## III. Alexander ebrius moriens cum Baccho expostulat.

*Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia.*

Ephippus, lib. de Alexandri, & Epheſtionis ſepultura, Proteas (inquit) Macedo bibaciſſimus fuit, robuſtoque corpore vitam traduxit, cum ſe plurimum in bibendo exercuiſſet. Alexander igitur poculum, quod duos congios capiebat, cùm popoſciſſet, Proteæ id præbibit: Ille verò ſumptũ multis laudibus regem proſequutus exhauſit cum plauſu omnium, ac paulo poſt poculum idem poſtulauit, rurſumque Alexandro propinans, id hauſit. Rex autem generosè quidem ebibit, ſed perferre non potuit in puluinar reclinatus, & poculo è manibus dimiſſo, ac iam inde morbo correptus, interijt: Baccho vt fama eſt, irato, quòd Thébas patriam ſuam obſediſſet.

Apo. Stultum eſt ſuorum malorum cauſſam in Deum, aut fatum, non in ſuas libidines & flagitia

reij-

reijcere. *Multos inueni æquos aduerſus homines, aduerſus Deos neminem: obiurgamus quotidie fatum.* Sen. ep. 96.

## IV. ANAXANDER.

### *Adulatorum impudentia.*

SAtytus in vitis, ſcribit Anaxandrum Eudæmonicum Philoſophum, vnum ex aſſentatoribus Alexandri, cum rege iter facientem vt ſtupendo fragore inopinatoque tonuit, omnibus pauore conſternatis: Hoc cine feciſti, ô Alexander Iouis fili? Athen. l. 6.

APO. Meretur is inter tot adulatorum greges, qui non vltimas teneat, & inuerecundæ aſſentationis typus fiat: *alius quidem*, vt ait Seneca natural. quæſt. lib. 4. *adulatione clam vtebatur parcè, alius ex aperto palam, ruſticitate ſimulata quaſi ſimplicitas illa non ars ſit.* Plancus artifex ante Velleium maximus, aiebat, non eſſe occultè, nec ex diſſimulato blandiendum: *Perit*, inquit, *procari, ſi latet.* Hoc Anaxander nouerat, qui tam impudenter aſſentabatur.

## V. ANAXENOR IN IOVIS PVRPVRA.

### *Honor indignus conceſſus.*

ANaxenorum cytharœdum extulerunt quidem theatra, ſed multò magis Antonius, qui eum etiam militibus ſtipatum, tributi exactorem è quatuor vrbibus conſtituit. Patria quoque ipſum haud mediocriter ornauit, ea ipſa purpura induens, quæ Ioui Sosipolidi, hoc eſt, vrbis Seruatori, erat conſecrata. Strabo lib. 14.

APODOSIS.

Hoc ſchemate exprimitur vilis, & tenuis homuncio, ſummis honorib. affectus; qualis Aeſchines fingitur à Demoſthene, qui in nobili oratione περὶ στεφάνου, ἀρουραῖος οἰνόμαος, τραγικὸς πίθηκος, nominatur.

Sic

*Martial. lib. 1.*

*Sic dentata ſibi videtur Ægle,*
*Emptis cornibus, Indicoq; cornio.*
*Sic quæ nigrior eſt cadente moro,*
*Ceruſſata ſibi placet Lycoris.*

---

## VI. ÆNETVS QVINQVERTIO.

*Honoris humani fragilitas.*

IN Olympijs victor declaratus, ſimul atque coronam accepit, exceſſit è vita.

*Pauſan. in Laconic. pag. 100.*

AP. Quis iam illud non inclamabit? εἴδωλα εἰδώλων ἀνθρώπινα πράγματα. Mors certè in coronis & triumphis ludos facit, cum mortales in ipſo honorũ limine, quos infinitis laboribus quæſierunt importuna rapiat. Num rectè Æneto illud Poëtæ congruit,
*Prehenſa vouet expirare corona.*

---

## VII. ANTEAS AD MVSICAM.

*Imperitus & indoctus auditor.*

HIc Scytharum Rex Iſmeniam tibicinem bello captum canere iuſſit inter pocula. Omnibus autem admirantibus, & præ voluptate plaudentibus iureiurando affirmauit, ſuauius ſe interdum equum hinnientem audiſſe.

*Plutarch. de Fortun. Alexand.*

AP. D. Hieronymus ad Marcellam: *Aſino quippe lyra ſuperfluè canit.* ὄνος λύρας ἤκουε, καὶ σάλπιγγος ὗς.

---

## VIII. ANTONII ANTRVM BACCHICVM.

*Gulæ triumphus.*

SOcrates Rhodius Antonium ſcribit Athenis commoratum, conſpicuum vndique ſuper theatro cœnaculum temporarium ædificaſſe, virenti fronte opacatum, antri Bacchici ſpecie, vbi tympanis adaptatis, hinnulorumque pellibus, & reliquis Dionyſiacorum ludorum ornamentis; cum amicis ſtatim à diluculo recubans ad ebrietatem vſque potaret.

AP. Vitia ipſa plerumque authoribus diſplicent, & temperantiam laudant non ſobrij: at vbi ſe libido non contenta domeſticis parietibus effert in publicum, & ſpeciem dignitatis rebus turpibus aſſingit, apparet in ſummam deſperationem res veniſſe, habes de hac Antonij intemperantia in Cicerone & Plutarcho dignum planè triumuiro tabernaculum.

# IX. APICIVS.

*Helluonum typus.*

APicius gurges infamis, Tiberij vixit temporibus, & Minturnis, quæ ciuitas eſt Campaniæ, vt plurimum degẽs locuſtis veſcebatur magno emptis, quæ illic naſcentes, & maximas Smyrnæas, & Aſtacos Alexandrinos amplitudine vincebant: Cùm in Africa vaſtæ, inuſitatæq; magnitudinis audiſſet reperiri, continuò illo naui profectus, multaq; incommoda nauigationis perpeſſus: ſed cùm minores inueniſſent, quam fama diuulgaſſet, illicò ne commoratus quidem in portu, Minturnas regreſſus eſt. *Athen. l. 1.*

APODOSIS.

Hic dementiſſimæ gulæ Catillo typus eſſe poterit omnium, qui ab Eunapio ἀσωτίας πέρας dictus eſt. Deſcribitur à Seneca de vita beata libro ſingulari. *Aſpice Nomentanum & Apicium terrarum ac maris, vt iſti vocant, bona conquirentes, & ſuper menſam recognoſcentes omnium gentium animalia, vide hos eoſdem è lectis ſuis ſpectantes popinam ſuam aures vocum ſono, ſpectaculis oculos, ſaporibus palatum ſuũ delectantes, mollibus lenibuſq; fomentis totum laceſſitur eorum corpus, & ne nares interim ceſſent, odoribus varijs inficitur locus ipſe, in quo luxuriæ parentatur.* *Seneca lib. de beata vita.*

X. ARTE

## X. ARTEMON.

*Improbi meticuloſi.*

ARtemon, qui περιφόρητος dictus fuit, improbæ fuit nequitiæ, vt qui aſſiduo lectica vectaretur,
*Vide Stro- ui.v.1317.* vel potius in lecto portaretur. Is adeò erat meticuloſus, vt etiam domi tranquillè deſidenti, duo famuli ſcutum æreum ſupra caput ſuſtinere cogerentur, ne quid ex alto decideret, aut improuiſo telo feriretur.

Ap. Diffidens malum improbitas, *Omnia tuta timet*, nec ei domus commune omnium perfugium ad quietem data,

*Menander.* Ὁ συνιςορῶν, αὐτῷ τι, κἂν ᾖ θρασύτατος,
Ἡ σύνεσις αὐτὸν δειλότατον εἶναι ποιεῖ.

*Qui aliquid ſibi conſcius, etiã ſi fuerit audaciſſimus,*
*Conſcientia tamẽ facit ipſum timidiſſimum.*

## XI. ASTOMI.

*Cenodoxi.*

*Plin.lib.7. cap.11.* AStomorum gens ſine ore, corpore toto hirta veſtita frondium lanugine, halitu tantum viuens & odore, quem ex naribus trahit.

Ap. Cenodoxi os nullum habent, ad Dei, aut Deo gratiſſimorum hominum laudẽ prædicandam: toti ſunt veri honoris ornamentis deſtituti, & nihil habent præter pilos, & folia; hoc eſt, humanarum rerum quiſquilias, res omnino leues, & nugatorias, halitu tantùm viuunt, ſcilcet vanæ gloriolæ auris quas naribus excipiunt, cùm os non habeant, & ad ſolidæ laudis pabulum excipiendum non egeant:

*Gloria terrerũ vilis.* *Quicunq; ſolam mente præcipiti petit,*
*Summamq; credit gloriam,*
*Latè patentes ætheris cernat plagas,*
*Arctumq; terrarum ſitum,*
*Boet. Metra.7.l.2.* *Breuem replere non valentis ambitum:*
*Pudebit aucti nominis.*

XII

## XII. ATERGATIDIS PISCES.
*Vltio diuina.*

ATergatis regina piſcium ad inſaniam vſque auida, a Mopſo Lydo capta, cum Ichthye filio in lacu Aſcaloni vicino demerſa, & ſuffocata eſt atque ob ſuam inſolentiam, & iniurias, à piſcibus deuorata. *Xanthus Lydius & Athen. l. 8.*

AP. Eadem ſæpè ſunt voluptatijs libidinis, & ſuppliciorum inſtrumenta. *Per quæ quis peccat, per eadem punitur.*

*Et modo quæ fuerat gloria, pœna fuit.*

## XIII. ATHANATOS.
*Diues ſtultus.*

ATHanatos vir robuſtus, prodigioſæ oſtentationis quingenario thorace plumbeo indutus cothurniſque quingentorum pondo calceatus per ſcenam ingreſſus eſt. *Alian. lib. 7. cap. 20.*

AP. Cadit in ſtultos diuites, qui ſe ad cœlum iter affectare dicunt, tot ponderibus præpediti, quibus ſe potius ſcenicè oſtentent quam ſalutis viam expediant. Minut. Fælix in Octauio. *Igitur vt qui viam terit eo felicior quo leuior incedit, ita beatior in hoc itinere viuendi qui paupertate ſe ſubleuat, non ſub diuitiarum pondere ſuſpirat.* Rectè igitur apud Phædrum.

*Cum victi mures muſtelarum exercitus*
*(Hiſtoria quorum in tabernis pingitur)*
*Fugerent, & artos circum trepidarent cauos;*
*Ægrè recepti tamen euaſerunt necem.*
*Duces eorum qui capitibus cornua*
*Suis ligarant, vt conſpicuum in prælio*
*Haberent ſignum quod ſequerentur milites,*
*Hæſere in portis, ſuntq́; capti ab hoſtibus:*
*Quos immolatos victor auidis dentibus*
*Capacis alui merſit tartareo ſpecus.*

*Fabula lepida de muribus cornigeris.*



Digitized by Google

## XIV. Caligulae acervi auri.

*Auaritia.*

*Tranquill. in Caligul. cap. 43.*

IDem nouiſſimè contrectandæ pecuniæ cupidine incenſus, ſæpè ſuper immenſos aureorum aceruos patentiſſimo diffuſos loco, & nudis pedibus ſpatiatus, & toto corpore aliquandiu volutatus eſt.

Apodosis.

Auari aurum intuentes ſibi applaudunt, & in eo animo merguntur, nullum inde fructum, præter vanam oſtentationem, colligentes.

*Horat. Satyr. 1. lib. 1.*

*At qui tantulo eget quanto eſt opus, is neq; limo*
*Turbatam haurit aquam, neque vitam amittit in vndis.*

*Sabellio. lib. 7. Ennead.*

Non omittendus eſt hic Caliphas, qui inter auri & gemmarum aceruos volutatus fame interijt. Occupata ſiquidem Babylone ab Halaone Tartarorum Regis fratre, omnique populo deleto, Caliphas ſacrorum Mahometanorum ſummus magiſter, qui magnum theſaurum congeſſerat, comprehenſus medijs auri gemmarumque aceruis impoſitus eſt, in quibus plures dies aſſeruatus, inediâ vel ſanè pretioſa fame conſumptus eſt.

## XV. Caligula pro Baccho ornatus ivra reddit.

*Iudex diſſolutus.*

*Athen. l. 4. pag. 148.*

CAligula pro Baccho ornatus prodibat in publicum, & cum eadem iura dicebat, de hoc cultu habes in Tranquillo c. 52. *Veſtitu calceatus, & cætero habitu, neque patrio neq; ciuili, ac deniq; humano ſemper vſus eſt.*

Ap. Turpe, & fœdum Principem iura reddentem pro Baccho ornatum ſedere: turpius & fœdius Iudicem in vinum ſe iniurgitare, & ebrium magni

etiam

etiam momenti cauſas tractare. Sapiebat illa mulier, quæ Philippum Regem ſed ſobrium appellabat. Quæ poteſt eſſe in vino digna iudice commentatio, vbi mens, ἐν οἴνου κύμασιν ναυαγεῖ ea de cauſa Græci, cum facerent ſacra Soli, qui, πάντ' ἐφορᾷ, καὶ πάντ' ἐπακούει, πάντα βραβεύει, mel libabant; Quod exiſtimarent Solem rerum omnium moderatorem, à vino & ebrietate alieniſſimum. *Soli mel libatum.* *Philochorus lib. 12.*

## XVI. CALIGVLÆ CAPVT IN IOVIS CORPORE.

*Dux ignauus in florenti Rep.*

DIVINAM Maieſtatem Caligula affectauit, datoq; negotio, vt ſimulachra Numinum religionē, & arte præclara; inter quæ Olympici Iouis apportarentur è Græcia; quibus capite dempto ſuum imponeret. Idem Olympius Iupiter, quem Romam transferri curauerat, tantum cachinnum repentè edidit, vt machinis labefactis, hoſpites diffugerent. *Sueton. in Calig. c. 22.* *Suet. 57.*

APODOSIS.

Corpus erat Iouis Olympici, caput Caligulæ malè ſanum. Sic florentiſſimo plerumque Reip. corpori ignaui duces imponuntur.

*Sed leue pondus erat.*

## XVII. CALIGVLÆ PALMA.

*Victoria turpis.*

MIRMILLONEM è ludo rudibus ſecum batuentem, & ſponte proſtratum confodit ferrea ſica, ac more victorum cum palma diſcurrit. *Suton. cap. 32.*

APODOSIS.

Laurea hæc eſt in muſtaceo, quid fœdius quam Imperatorem gentium de vnius viliſſimi gladiatoris anima triumphare; Similiter faciunt potentes aulici, qui ſe pulchros, ac beatos putant, ſi infeliciſſimum

mum homulum, à quo læſi fuerint, aut ſe læſos putent, ſuæ mactarint iracundiæ.

*Fœda eſt de vili ſanguine palma.*

Num longè generoſior Taurus in fabula apud Gabriam.

*Tauri ſedebat vilis in cornu culex:*
*Volare num ſe vellet, ipſum interrogat.*
*Reſpondet ille: nec ſedentem noueram,*
*Nec euolantem te profectò ſentiam.*

Noluit quippe de ſanguine culicis triumphare, ſed ipſum generosè ſpernere.

## XVIII. CALIGVLÆ TEMPLVM.

*Gulæ improbitas.*

CALIGVLA cum ſe pro Ioue Latiali adorandum exhibuiſſet, templum etiam numini ſuo proprium, & ſacerdotes, & excogitatiſſimas hoſtias inſtituit. In templo ſimulachrum ſtabat aureum Iconicum: amiciebaturque quotidie veſte, quali ipſe vteretur. Magiſteria ſacerdotis ditiſſimus quiſque, & ambitione, & licitatione maxima vicibus comparabat. Hoſtiæ erant Phœnicopterij, Pauones, Tetraones, Numidicæ Meleagrides, Phaſianæ, quæ generatim per ſingulos dies immolarentur.

*Tranquill. in Calig. 22.*

APODOSIS.

Humani Ioues potentes helluones: templum, culina: Sacerdotes, coqui: Hoſtiæ, cupediæ omnis generis. Rectè exclamat Scribani noſtri viri doctiſſimi Philoſophus Chriſtianus: O vbi mens noſtra vix palmari ſtomacho ingentia fumant fumibula, feruent tripedales aheni, Babyloniæ calent fornaces, immanes æſtuant ignes, ſuperſtant fercula ferculis laſſatis menſis: Seruorum, ancillarum, coquorum ſudat exercitus, natant penuaria vino, fatiſcunt horrea frumento. Et ego credam vnum ventrem in quo plurimarum non rarò gentium conducuntur vina?

## XIX. CAMBLES.

*Maritus improbus.*

XANTHVS in Lydiacis narrat, Cambletem Lydorum olim regem edacem & gaſtrimargum fuiſſe noctuque vxorem ſuam in fruſtia diſſectam voraſſe. Deinde craſtino manè reperta coniugis manu quæ ad eius os hæſerat, re cognita & in vulgus ſparſa ſe ipſum iugulaſſe. *Athen. l. 10.*

AP. Voratores coniugum ſunt impij mariti, qui coniugalis concordiæ vinculum rumpunt, & miſerarum vxorum dotes in luſtris ac ganeis decoquunt.

## XX. CANTIBARIVS.

*Gula laſſatur non ſatiatur.*

CLEARCHVS, libro quinto vitarũm ſcribit, Cantibaridi Perſæ cum mandendo eſſent defatigatæ maxillæ, hianti domeſticos cibum inijcere ſolitos, tanquam in vas quoddam inanime. *Athen. l. 10.*

APODOSIS.

Helluones adeò tetræ ſunt, & profundæ gulæ, vt ſabburrati cibis adhuc concupiſcant, doleantque, vt ait Seneca, quòd magna pars eorum fœlicitatis excluſa corporis anguſtijs eſſet, quorum gulá.

*Laſſata cibis, nondum ſatiata receſſit.*

## XXI. CITHAROEDVS IASSIORVM.

*Concionum & orationum neglectus.*

CVM Citharœdus quippiam Iaſſij artem ſuam publicè oſtentaret, tantiſper ab omnibus auditus eſt, dum tintinabulum ſignum venditionis piſcium daret, eo audito vniuerſi ad negotiationem piſcium diſceſſerunt, vno excepto, qui erat ſurdaſter maiorem in modum. Ad hunc acceſſiſſe dicitur Citha-



Digitized by Google

fœdus, maximaſque egiſſe gratias, qui tanto ipſum honore affeciſſet, tantoque ſtudio muſicæ ferueret, cum reliqui, ſimul atque tintinnabulum ſignum dediſſet; diſceſſiſſent. Quid ergo ſignum datum eſt? inquit Surdaſter; tu igitur valeto, & ſtatim è conſpectu ſe proripuit.

*Strab. l.* 14.

Ἀ P. Miſera plerumq; concionatorum conditio, quos omnes priuatarum rerum ſtudijs illecti relinquunt; & ſi quæ occupatio, aut voluptas fuerit oblata malunt audire diſcum, quàm philoſophum, vel certè aliqui audiunt, qui minimè intelligunt. Notatur & vanitas oratorum, qui plerumque ſe multum placuiſſe exſtimant, cùm ab auditoribus oſcitantibus auditi vix fuerunt.

*vanitas ſtulta.*

*Vbi vanis animus aura captus friuola,*
*Abripuit inſolentem ſibi fiduciam;*
*Facilè ad deriſum ſtulta leuitas ducitur.*

## XXII. CLEARCHVS ΚΕΡΑΥΝΟΦΟΡΟΣ.

*Maieſtatis vanus ſimulator.*

CLEARCHVS Heracliæ tyrannus guſtauit fulmen; & filium Tonitrum appellauit.

*Plutar. in Fort Alex. lib.* II.

Simlis in eo Salmoneo fuit.

*Demens qui nimbos & non imitabile fulmen,*
*Ære, & Cornipedum curſu ſimularat equorum.*
*At pater omnipotens denſa inter nubila telum*
*Contorſit (non ille faces, nec fumea tædis*
*Lumina) præcipitemque immani turbine adegit.*

APODOSIS.

Melius amore, quàm terrore regitur humanum genus, parùm cordati ſunt principes, qui grauitate vocis toruitate vultus, ac morum truculentia, fugaq; conſuetudinis humanæ, maieſtatem & authoritatem Imperij ſibi videntur imitari. βαρύτητι φωνῆς, καὶ βλέμματος τραχύτητι, καὶ δυσκολίᾳ, τρόπων, καὶ ἀμιξίᾳ διαίτης, ὄγκον ἡγεμονίας καὶ σεμνότητα μιμεῖσθαι δοκοῦσιν.

*Plutarch.*

XXIII.

## XXIII. CYLICRANES.

*Vinoſi.*

POPVLI ita dicti, quòd poculi effigiem impreſſam humeris ſemper geſtarent. *Athen.l.11.*

Κυλικράνες δὲ λέγονται, ὅτι τοῖς ὤμοις κεχαραγμένην κύλικας ἦσαν Tanti illi poculum fecerunt: & certè Nomadum quorumdam omnis opulentia eſt poculum, gladius, aquale. *Ibid.*

AP. Rectè cum Cylicranibus comparari poterunt vinoſi, qui non modò amphoræ ſpeciem, ſed ipſam amphoram vbique circumferunt, & Horatianum illud ad amphoram nequiſſimè exclamant,

*O nata mecum.* *Od.21.lib.3*

## XXIV. EX DEMETRIO MATVLA.

*Honoris humani lubrica viciſſitudo.*

CASSANDER Athenis in ditionem acceptis vſus eſt humaniter, vrbiq; ciuem præfecit Demetrium Phalereum, Theophraſti diſcipulum, qui inſtaurauit popularis Reip. ſtatum, quantum ferebant tempora. Verùm inuidia, & paucorum inimicitiæ tantum valuerunt, vt Caſſandro mortuo, fugere in Aegyptum ſit coactus, ſtatuaſque eius amplius motu facto aduerſarij deiecerunt, conflaueruntque; addunt quidã conflationem in matulas factam: κατιχώνευσαν ἔνιοι δὲ προσιθέασιν ὅτι καὶ εἰς ἀμίδας. *Strab.lib.9.*

AP. Nihil honoribus rebuſq; humanis incertius. Quid miraris virum trecentis ſtatuis inſignem, & omni honore florentiſſimum conflari in matulam? hos quotidie res humanæ ludos experiuntur:

Οὐδέ τι μοι χρειὼ ποιοῖς ὤκισα ῥεούσης,
Ἀνδρομέης τιμῆς, καὶ κύδεος ὀλλυμένοιο.
*Neque mihi opus aura clerrimè fluente,*
*Humano honore, & decore perituro.* D. Cyprian. epiſt. 2. *Malorum blandientium virus occultum eſt, &*



Digitized by Google

*arridentis nequitiæ facies quidem læta, ſed calamitatis abſtruſæ illecebroſa fallacia.*

## XXV. DEMOCHARIS.

*Verborum obſcœnitas fugienda.*

*Timæus, Hiſtoricus.*

DEMOCHARIS, vt erat ore impuro, apud Athenienſes vetitus eſt ignem Veſtæ ſacrum ſufflare, ne fœdi ſpiritus contagione puriſſimam flammam contaminaret.

*Iſidorus, epiſt. 232. Libri obſcœni in guſtu habent venenum. Paul. in ep. ad Iouium fratrem.*

AP. Indigni ſunt qui Dei verbum, aut leges diuinitus inſtitutas vſurpent, qui prætextatis, atque impuris verbis os, & linguam addixerunt ſuam, τῶν πραγμάτων γὰρ σκιαὶ οἱ λόγοι Habent iſta, vt ait S. Paulinus, in ſpecie lenocinium, in guſtu venenum, quorum vſus in crimine, pretium in morte numeratur.

## XXVI. DEXICREONTIS AQVA.

*Vilia carò vendita.*

*Plutar. in quæſt. Græc. 55.*

DEXICREON nauta, ſuadente Venere, nauim non ſine elegantiorum mercatorum riſu, aqua onerauit, quam deinde cæteris dulci aqua egentibus, tam carò vendidit, vt cæterarum mercium ſuperaret pretium.

APODOSIS.

Quædam primo aſpectu videntur vilia, quorum ſummum precium neceſſitas facit.

*vel maximè deſpecta nunquam deſpice.*

## XXVII. DIOGENES EPICVREVS SACERDOS VIRTVTIS.

*Simulatio, vel hypocriſis.*

DIOGENES Epicureus ab Alexandro rege Syriæ petijt, quod minimè Philoſophum decebat, ſibi vt liceret purpuream tunicam inducere, & auream coronam geſtare cum virtutis imagine in eius medio poſi-

poſita, cuius ſacerdotē appellari ſe cupiebat. Vtrumque rex conceſſit, coronamque, & tuniculam inſuper largitus eſt. Ea Diogenes Lyſiodo fœminæ, quam deperibat, dono dedit, quæ poſtridiè ipſo Diogene cum rege & grauiſſimo comitatu ſedente inter tibicinas introducta, cum eadem corona, & imagine virtutis magno omnium riſu viſa eſt. *Athen. l. 5.*

APODOSIS.

Multi ſpeciem virtutis habent in veſte, quam nunquam habuerunt in pectore. Quid refert an Diogenes Philoſophus, an Lyſiodos tibicina ſigillum habeat virtutis? ſimile eſt illud prouerbio Græcorum iactatum: πολλοὶ ναρθηκοφόροι παῦροι δὲ βάκχοι. *Multi Thyrſigeri, pauci vero Bacchi.* non omnes qui habent citharam ſunt citharœdi, inquit Varro 2. de re ruſtica: *Malunt ſibi omnes perſonam quam faciem.* Talis fuit ille Grylluſ, de quo Curopalates Michaëlis tertij impietatem narrans. Cynædos ille in honore habens & colens, diuinis verò illudens & inſultans, ſacras veſtes auro contextas induit & chlamydes; turpiterque & impurè cogebat res diuinas peragere, caſtiſſimaque myſteria: iſtorum principem Gryllum nomine Patriarcham vocans, & reliquos vndecim Metropolitas, ſe quoque vnum ex ſacerdotibus fieri voluit, qui præſul coloniæ appellabatur: cumque oporteret eos canere, myſteriaq; perficere, cithara cantiunculas abſoluebant, nunc ſenſim quodam modo & leni voce reſonantes, nunc incitata & clara, perinde atque in ſacris ceremonijs ſacerdotes ſacrorum hymnorum voces edere conſueuerunt: habebantque vaſa inaurata & pretioſis lapidibus ornata, quæ aceto & ſinapi implentes, ijs qui ſumerent porrigebant: & ad hunc modum ſacrorum & impolluta myſteria irridentes.

*Gyllus.*

*Io. Curop. in Michael.*
*Baron. ad Mich. 13. 9.*



Digitized by Google

## XXVIII. DIONYSII COLVMBAE.

*Liberalitas ficta.*

*Strab. lib. 6. pag. 149.* DIONYSIVS ſenior cùm tyrannum ageret, Locris formoſas virgines conducere ad conuiuia ſolebat, & columbas integris alis ὁλοπτέροις dimittere, virginibuſque imperare, vt eas nudæ captarent: quibuſdam etiam ſandalia indutis inæqualia, alterum ſublime, alterum humile dedecoris cauſa iuſſit, vt ſic columbas captarent.

*Senec. lib. 2. de beneficijs cap. 13.* AP. Beneficia dare oportet, non nepotari, & per laſciuiam intrudere: præclare in illum Dionyſium & ſimiles eius cadunt hæc verba Senecæ: *O ſuperbia magnæ fortunæ! ò ſtultiſſimum malum! vt à te nihil accipere iuuat! vt omne beneficium in iniuriam conuertis! vt te omnia nimia delectant! vt te omnia dedecent! quoque altius te ſubleuaſti, hoc depreſſior es oſtendiſque te non agnoſcere iſta bona quibus tantum inflaris.*

## XXIX. DIONISII FILIAE.

*Improbitas affectatrix virtutis.*

*Plutar. in Fort. Alexand. lib. 2.* DIONYSII pater matricida bipedum quadripedumque nequiſſimus, filiarum vnam virtutem, alteram temperantiam, tertiam iuſtitiam nominauit.

AP. Nemo adeò improbus eſt qui virtutis nomen non affectet: tam clara, tam illuſtris eſt eius ſpecies vt improbos obiecta cruciet, & cum minimè ſequantur, fingant tamen ſe diligere.

*Perſ. Sat. 3. v. 35.*

*Magne Pater Diuum, ſæuos punire Tyrannos*
*Haud alia ratione velis, cum dira libido*
*Mouerit ingenium feruenti cincta veneno:*
*Virtutem videant intabeſcantque relicta.*

## XXX. DORIONIS VOTVM.

*Votum obliquum.*

ARISTODEMVS lib. 2. facetiarum memorabilium ſcripſit, cùm Dorion Crumatopæus, & lori-

pes,

pes, in conuiuio claudicantis pedis ſoleam amiſiſſet: *Athen. l. 8.*
furi, inquit, nil grauius imprecabor quam vt eius pe- *pag. 308.*
di calceus conueniat. οὐδὲν ἔφη πλέον καταράσομαι τῷ κλέψαντι, ἢ ἁρμόσαι αὐτῷ τὸ σανδάλιον.

Ap. Obliqua mali imprecatio ſub boni ſpecie emiſſa. Dorioni ſimiles ſunt, qui cùm videantur amicis bona exoptare, ambiguis verbis mala imprecantur: vel in eos etiam cadit, qui ea ſibi ardenter cupiunt, vel alijs eripiunt quibus vti non poſſunt.

*Metiri ſe ſuo pede.*

---

## XXXI. EICADASTES PVGNANS IN PLACENTAS.

*Gula lethifera.*

Eicadastes Epicureus allata placenta, quæ nondum feruere deſierat, omnibuſq; abſtinentibus ipſe heroicum illud inclamans ex Homero, quaſi in Chimæram pugnaturus.

Τοῦ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι, καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε.

*Aduerſus illam gradior etſi manus igni ſimiles habeat,* *Athen. l. 7.*
Impetum fecit, & peruſtis faucibus elatus eſt è con- *pag. 298.*
uiuio.

Ap. Dignus hic Eicadaſtæ tumulus, qui omnibus helluonibus in typum miſeræ voracitatis proponatur.

*Non poterat letho nobiliore mori.*

---

## XXXII. CLITI AMORGOS.

*Superbia ſeu vanagloria.*

Clitvs, ad Amorgum, depreſſis tribus, aut ad ſummum, quatuor nauibus, tam impotenti lætitia exultauit, vt tridentem geſtare, Neptunumque dici, & induere non erubeſceret. Plutarch. *de Fort. Alex. lib.* II. Idem fermè habet de Sexto Pompeio Appianus *l. 5. de bellis ciuilib.* Ille enim ſe Neptuni & Salatiæ filium, in decus naualis victoriæ lubenter appellari audiuit.



Digitized by Google

APODOSIS.

Vani homines propter leues gloriolas ingentes habent ſpiritus, & agunt tragicas ſimias non tam ridiculè, quam turpiter, *Deforme eſt enim ea de ſeipſo prædicare, falſa præſertim, & cum irriſione audientium imitari Militem glorioſum*

Cic. 1. offic.

## XXXIII. EVTHYDEMVS.

*Malum neceſſarium.*

MYLASA vrbs eſt Cariæ, in qua floruit nobilis orator Euthydemus, nimiæ quidem potentiæ, ſed tamen vtiliſſimæ ciuitati, in quem perorans Hybreas dixit, Euthydemus *malum eſt ciuitati neceſſarium*: nam neque tecum viuere poſſumus, neque ſine te.

Strab. lib. 14. pag. 454. num. 10.

APODOSIS.

In eos qui nocent quidem, ſed mala bonis compenſant, talis erat Aterius, de quo Seneca: *Redimebat Aterius vitia virtutibus, & plus habebat quod laudares, quàm quod ignoſceres.*

4. contra Proœm.

## XXXIV. ERICI VENTOSVS PILEVS.

*Potentes & gratioſi.*

ERICVS Rex Suetiæ in arte magica nulli ſuo tempore ſecundus habebatur, tamque familiaris erat malis dæmonijs, quorum cultui ſummopere vacabat, vt quocumque verteret pileum ſuum, confeſtim inde optatus ventus aſpiraret.

Olaus magnus lib. 3. cap. 13.

APODOSIS.

Potentes & gratioſi homines ea ſunt authoritate præditi, vt quamcumque in partem vel leuiter inclinarint, in eam incredibilis mentium animorumque conſpiret fauor.

*Omnes hoc ſidere currunt.*

XXXV.

## XXXV. EVENIVS.

*Paſtorum vigilantia.*

SVNT in Apollonia oues Soli ſacræ, quas noctu viri fortuna ſplendidi cuſtodiebant. Euenius aliquis ſuas pro more vices agens in pecoris cuſtodia, lupum ingredi in ouile, & ſexaginta oues ſua incuria deuorari patitur; ex quo, iudicio ciuitatis damnatus, oculis orbatur. *Herod. l. 9.*

AP. Commendat hæc tabula Paſtoribus Eccleſiæ vigilantiam, qui non Solis oues, ſed ſempiterni Dei cuſtodiunt. Non modò lupos arcere, & oues alere debent, ſed etiam ſenis Paſtoris apud Aurelium Nemeſianum præceptum audire. *Paſtorũ vigilantia.*

*Te quoque non pudeat cum ſerus ouilia viſes,*
*Si qua iacebit ouis partu reſoluta recenti,*
*Hanc humeris portare tuis, natoſque tepenti*
*Ferre ſinu tremulos & nondum ſtare probatos.* *Ecloga 5.*

## XXXVI. FLVVIVS ARGENTARIVS.

*Lætitia intempeſtiua.*

FLVVIVS Argentarius bello Punico ſecundo, cũ corona roſacea interdiu è pergula ſua in forum proſpexiſſe dictus, ex authoritate Senatus in carcerem adductus, non ante finem belli emiſſus eſt. *Plin. lib. 21. cap. 3.*

APODOSIS.

Hæc parabola eos perſtringit, qui inter ſacroſanctę paſſionis tempora, & ſpinas Domini, deliciarum roſas vſurpant, quam indigna res in coronæ Chriſti contumeliam, floribus, auro & gemmis coronari! Clem. Alex pæd. II. cap. 8. ἀλόγισον ἀκηκοότας ἡμᾶς τὸν κύριον ἀκάνθαις ἐστεμμένον. αὐτοὺς ἐντρυφῶντας τῷ σεμνῷ κυρίου πάθει, ἀναδεῖσθαι τοῖς ἄνθεσιν. Inſanum eſt nos qui Chriſtum ſpinis coronatum audiuimus, quaſi venerandis Domini cruciatibus illuderemus, redimiri floribus. *Clemens de coronis Chriſti.*

XXXVII.

## XXXVII. FABRICIANI VENVS.

*Vitia nocent authoribus.*

*Doſitheus tertio Italic.*

FABIVS Fabricianus Maximus, diripiens Tuxum, principem Samnitium vrbem, Venerem, quæ apud illos colebatur Romam miſit, idemque ab vxore adultera paulò poſt interfectus eſt.

*Heſiodus. Attalus apud Senec. epiſt. 82.*

APOD. Qui recipiunt vitia in publicum, cum debeant, & poſſint emendare, ſentiunt ſe illicò domeſticis malis opprimi.

Ἡ δ' κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

*Malitia ipſa maximam partem veneni ſui bibit.*

## XXXVIII. HARPASTE SENECAE.

*Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere.*

HARPASTE Senecæ cùm cæca eſſet, non de amiſſione oculorum, ſed de domicilij obſcuritate querebatur. Sic ille *ep. 50. ad Lucilium.* Harpaſtem vxoris meæ fatuam ſcis hæreditarium onus in domo mea remanſiſſe. Ipſe enim auerſiſſimus ab iſtis prodigijs ſum. Si quando fatuo delectari volo, non eſt mihi longè quærendus, me rideo. Hæc fatua ſubitò deſijt viuere. Incredibilem tibi narro rem, neſcit ſe eſſe cæcam. Subinde prædagogum ſuum rogat vt migret, ait domum tenebroſam eſſe.

AP. Apodoſim ſic reddit Seneca, hoc quod in illa ridemus, omnibus nobis accidere, liqueat tibi. Nemo ſe auarum eſſe intelligit, nemo cupidum.

## XXXIX. HELINGABALI CONVIVIVM.

*Felicitas vmbratilis.*

PARASITIS in ſecunda menſa ſæpe ceream cœnam, ſæpè ligneam, ſæpè eburneam, aliquando fictilem, nonnunquam vel marmoream etiam, vel lapideam exhibuit: ita vt omnia illis exhiberentur viden-

videnda de diuerſa materia, quæ ipſe cœnabat, cùm tantum biberent, per ſingula fercula, & manus, quaſi comediſſent, lauarent, nonnunquam pictas ciborum tabulas idem exhibebat, inter quas conuiuæ fame macerarentur. *Ælius Lãpridius in Heliogabalo.*

## APODOSIS.

Tales ſunt rès opeſque humanæ, vmbræ bonorum & ſimulacra potius, quam vera bona, imò, vt ait Theophylactus, εἰδώλων εἴδωλα.

---

## XL. IVPITER MENECRATES.

*Simulatio diuinitatis inepta.*

MENECRATES medicus eos, quos à morbo ſacro curaſſet, cauere, & ſcripto polliceri cogebat, futuros ſibi obtemperantes ſeruos ac comites vbi conualuiſſent. Ex illis vnus Nicoſtratus Argiuus comitiali morbo liberatus Herculis veſtitu incedebat: alius Apollinis, Mercurij alius; alius denique Æſculapij. *Athen. l. 7. pag. 289.*

APO. Deum non facit veſtis aut comitatus, ſed conſcientia, & virtutis integritas Deo ſimiles reddit mortales: multi Iouis ſceptrum, & fulmina ſibi arrogarunt, ſanctitatem diuinam pauci expreſſerunt. *Euodos.*

*Πολλοὶ θριοβόλοι, παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες.*

---

## XLI. IXIONII AMICI HELIOGABALI.

*Aulicæ vitæ lubrica conditio.*

PARASITOS ad rotam aquariam ligabat, & cũ vertigine ſub aquas mittebat, rurſuſq; in ſummum reuoluebat, eoſque Ixionios amicos vocauit. *Ælius Lãpridius in Heliogab.*

## APODOSIS

Præclarus in hac rota typus inconſtantiæ fauoris aulici. Palladas. ϗ τοὺς μὲν κατάγουσα πάλιν σφαιρηδὸν αἴρει. Τοὺς δὲ ἀπὸ τῶν νεφελῶν εἰς ἅιδην κατάγει.

Fortuna aulica alios in orbem euehit, alios ex nubibus

bibus ad inferos deprimit. Idcircò Orontes rectè aulicos cum digitis Arithmeticorum comparabat, qui nunc decem millia, nunc vnum ſignificant. καὶ ϑάτερ τῶν ἀριθμητικῶν δάκτυλοι, νῦν μὲν μυριάδας, νῦν δὲ μονάδα τιθέναι δύνανται.

## XLII. LYSIMACHVS HASTA COELVM FERIENS.

*Superbia.*

*Plutar. in Fo- Alexand. lib. 2.*

LYSIMACHVS, cum loca ad Thraciam vergentia obtinuiſſet, eò vſque dementiæ euaſit, vt diceret: Nunc demùm Byzantij ad me veniunt, poſtquam lancea cœlum attigi. Ibi Paſides Byzantius, qui tum fortè aderat: Recedamus, inquit, ne ille lanceæ mucrone cœlum perforet.

AP. Typus hic erit Thraſonis, ſiue hominis dementis iactantiæ, qui iam non feriat, quod ait ille, ſublimi ſydera vertice, ſed cœlum ipſum haſta configere nitatur. Reſtat vt & illud immurmuret:

Δυσμενέων δέ τε παῖδες ἐμῷ μένει ἀντιόωσιν.

## XLIII. MARCELLI STATVA.

*Solem Orientem adorare.*

ACCVSATVS eſt Marcellus apud Tiberium, quod cùm antea Auguſti Cæſaris ſtatuam conſecraſſet, mox Tiberio poſt mortem Auguſti ad Imperij gubernacula euecto in eadem ſtatua, amputato Auguſti Cæſaris capite, Tiberij faciem indidiſſet. Actam rem in Senatu refert Tranquillus, & quia ambigebatur, per tormenta quæſitam, damnato tandem reo, hoc genus calumniæ eo proceſſit, vt hæc quoque capitalia eſſent, &c. Vide Cornel. Tacit. *lib.* 1. Tranquil. *in Tiberio* 58.

AP. Eo fermè ingenio ſunt omnes aulici adulatores, vt Principum, dùm viuunt, nomen, & titulos colant, mortuorum non modò memoriam obliterari

sibi

ſibi patiantur, ſed penitùs eradant; pectore aliarum ſibi amicitiarum ſpeciem deturbatis prioribus vltrò ingerentes.

## XLIV. MARCVS ANTONIVS SALOMON DICTVS.

*Esto quod audis.*

NVLLA vnquam, opinor, vanæ oſtentationis vel præpoſteræ adulationis erga principes clarior imago viſa eſt, quàm in M. Antonij monumento: qui cùm eſſet ad omnem propè flagitioſi animi dementiam peſſundatus, ſe nomine ſapientiſſimi Regis inſigniri, & quaſi religioſum æditurum ſanctiſſimi templi coſtodiæ affigi per impudentiam aliquorum (vt credibile eſt) adulatorum paſſus eſt. Refert enim Villalpandus noſter ſe nummum vidiſſe perucetuſtum in cuius facie alterâ eſſet M. Antonij imago cum hac inſcriptione, *Rex Salomon*. Altera facies templum exprimebat Hebraicis characteribus inſignita, quibus illud eſſe Salomonis templum indicaretur.

*Villalpand. tomo 2. in epiſt. nuncupat. ad Phil. tertiũ Regem Catholicum*

APODOSIS.

Quàm multi in ſpecioſis titulis ſuas oſtentant ineptias, & ea geſtant inſignia, quæ non magis illis conueniunt, quàm *Calonibus Sambucæ*, quibus illud Laberij dictum ſanè argutum rectè congruit:

*Sepulchris ſimilis, nil niſi nomen retineo.*

## XLV. MENIPPI AMASIA.

*Voluptas hominum deceptrix.*

HAEC Menippum ſpe coniugij demulcebat, omnibuſque obſequijs deuincire ſtudebat, vt ſe tandem eius carnibus ſaturaret, diſertè narratur à Philoſtr. *cap. 8. libro quarto in vita Apollonij*, & à Budæo *in Philolog.* Menippo, inquit, ſoli aliquando in via iter facienti, qua Cenchreas ferebat, phantaſmá

occur-

Digitized by Google

occurrit ſpecie muliebri: apprehenſaque manu eius mulier iam diu amore eius captam ſe eſſe dixit. Phœniſſam autem ſeſe origine eſſe aiebat, ſed in ſuburbio Corinthi habitare, quoddam ſuburbiorum nuncupans. Quo, Menippe, inquit illa, ſi venire conſtitueris cantilenam me cantitante mirè oblectabere: vinunque illic bibes quale ante hunc diem nunquam; Nec verò ibidem tibi ab æmulo metus erit: tecum enim vno victura ſum formoſa cum formoſo. Quibus verbis iuuenis pellectus, ad mulierem ſe contulit ſub veſperam, deinde cum ea modo conſueuit, vt ſolent qui amant. Apollonius autem cum eo veniſſet, in morem ſtatuarij intuens in Menippum, hominem velut pictor oculis perluſtrabat, deinde vbi percognitum hominem iam habuit. Heus tu, ô formoſe, inquit, quem fœminæ decoræ captant, ſcito te ſerpentem ſinu fouere, viciſſimque foueri à ſerpente. Hæc & alia cum in illo nuptiarum eleganti conuiuio diſſeruiſſet Apollonius, apertè rem prodens, Iſthæc bona ſponſa Empuſarum, inquit, eſt vna, quas quidam lamias eſſe, quidam laruas arbitrantur. Amant autem Empuſcæ ac rebus venereis gaudent, tum carnibus præcipuè humanis delectantur, & quos homines comeſſe ſtatuerunt, eos ante ſollicitant motibus venereis. Tùm Apollonij dicta noua ſponſa refellente, & comiter, vt fit, in Philoſophos cauillante aurea pocula, argenteaque ſuppellex, vt quidem videbantur, inania & euanida interim abierunt. Serui etiam vinum miſcentes, & concinnatores obſoniorum, atque omne illud famulitium, repentè non comparuerunt, cum præſtigias confutaſſet Appollonius.

APODOSIS.

*O quantum eſt in rebus inane!*

XLVI. MINYAS.

*Diues* θησαυρίζων.

MINIAS primus ærarium ad pecuniam aſſeruan-

uandam feciſſe dicitur.

Ap. Dicitur ergo prouerbiali charactere in diuites Διαφιζωται, qui Plutum illum miſerum in arcis flagellant; vel potius ſtrangulant; nec vſque liberè ſpirare patiuntur. *Pauſan, in Bœoticis. pag. 310.*

*Nullus argento colore eſt auaris* *Horat. Od. 2. li. 2.*
*Abdito terris, inimice lamnæ*
*Criſpe Salluſti; niſi temperato*
*Splendeat vſu.*

*Abiturus illuc quo priores abierunt.* *Phædrus Fabul. 47.*
*Quid mente cæca miſerum torques ſpiritum?*

---

## XLVII. MITHRIDATES INTER BELLVARVM SATELLITIVM DORMIENS.

*Improborum diffidentia & miſeria.*

Mithridates Ponticus cum ſomnum caperet, ſui corporis cuſtodiam non modò armis & ſatellibus excubitoribus committebat: ſed magis etiam tauro, & equo, & ceruo, quos manſuefactos habebat. Ij enim ad cuſtodiam eius dormientis aduigilantes, ſi quis accederet, illius ſenſum ex ipſa reſpiratione quē mox percipiebant, atque ille mugitu, alter hinnitu, alius ſua propria voce, eum à ſomno excitabant. *Æl. lib. 7. cap. 46.*

Apodosis.

Ex eo apparet quàm miſera tyrannorum conditio, qui cùm neminem habeant in tot aulicis fidelem, corporis ſui cuſtodiam belluis committere coguntur. Quantò melior noſtrorum Regum conditio, qui amore & clementia animos ſibi omnium deuinctos tenent. *Iſtud eſt ſanè vinculum per quod reſpublica cohæret, ille ſpiritus vitalis, quem hæc tot millia trahit, nihil ipſa per ſe futura, niſi cinis & præda, ſi mens illa imperij ſubtrahat.* *Seneca de Clementia.*



Digitized by Google

## XLVIII. MYCERINI NOCTES.

*Voluptuaria vita.*

Herod. l. 2. MYcerinus rex, cùm accepiſſet ſe intra annum ſeptimum periturum, lucernarum magnam copiâ ſibi fieri curauit, vbique epulis, & ludo noctes coniungens cum diebus, vt ita annos quatuordecim ex ſeptenis efficeret.

### APODOSIS.

Hac illuſtri Herodoti parabola ſignificantur homines voluptuarij nocturnis bacchationibus & intempeſtiuis conuiuijs aſſiduis, qui vt Mycerinus noctem vertunt in diem, & illud Martialis lib. 10. impudenter occinunt.

Ep. 19.
*Seras tutior ibis ad lucernas,*
*Hæc hora eſt tua cum furit Lyæus,*
*Cum regnat roſa, cum madent capilli.*

## XLIX. NERONIS CALIX.

*Multa cadunt inter calicem, ſupremaque labra.*

ACcubanti in conuiuio Neroni decidens fulgur calicem quem in manibus tenebat excuſſit. *Philoſt. lib. 4. c. 14.* σιτουμένου γὰρ τοῦ Νέρωνος ἐμπεσὼν τῇ τραπέζῃ σκηπτὸς διήλασε τῆς κύλικος ἐν χεροῖν οὔσης, καὶ οὐ πολὺ ἀπεχούσης τοῦ στόματος.

Hor. Car. 2. Od. 13. APO. Repentini ſunt mortalium caſus, *& quod quiſque vitat nunquam homini ſatis cautum eſt in horas.*

## L. NERONIS COPAE.

*Voluptates.*

QVoties Nero Tiberij Oſtiam deflueret, aut Raianum ſinum præternauigaret, diſpoſitæ per littora & ripas diuerſoriæ tabernæ parabantur, inſignes

Ganeæ

Ganeæ & matronarum inſtitorio Copas imitantium, atque hortantium hinc inde vt appelleret. Suet. *in Neron.* 27. Tacitus lupanaria vocat, lib. 15. Crepidinibus ſtagni lupanaria aſtabant illuſtribus fœminis completa.

### APODOSIS.

Baianus ſinus vita eſt: Copæ voluptates: Nerones, verò miſeri voluptuarij. Stat igitur in littore voluptas mellita ſirenula, & his verſibus amaſium compellat. *Silius Ita.*

*Tu ſi me comitare puer, non limite duro*
*Iam tibi decurret conceſſi temporis ætas,*
*Haud vnquam trepidos abrumpet buccina ſomnos,*
*Non glaciem Arctoam, non experiere furentis*
*Ardorem Cancri.*
*Sed current albique dies, horæque ſerenæ,*
*Et molli dabitur victu ſperare ſenectam.*
*Quantas ipſe Deus latos generauit in vſus*
*Res homini plenaque dedit bona gaudia dextra*
Verum, *latet anguis in Herba.*

## LI. NERONIS ICARVS.

### *Ambitio.*

NOn eſt iam fabula Icarus Poëtarum, ſub Nerone inuentus eſt qui volandi aleam ſuſciperet: audi Tranquillum. Exhibuit & Naumachiam marina aqua innantibus belluis; Item Pyrrichas quaſdam è numero Ephœborum, quibus poſt editam operam diplomata ciuitatis Romanæ ſingulis obtulit. Inter Pyrricharum argumenta Taurus Paſiphaen ligneo iuuencæ ſimulachro abditam iniuit, vt multi crediderunt: Icarus primo ſtatim conatu iuxta cubiculum eius decidit, ipſumque cruore reſperſit. *Tranq. in Nerone* 12.

APO. Typus ambitioſi. Hoc idem fermè ipſum contigiſſe narrat Nicetas ſub Manuele Commeno. Agarenus quippe præſtigiator ſpectaculis Circenſibus eo tempore quo Manuel Sultanum hoſpitio *Icarus Agarenus.*

 exce-

exceperat, ſua ſponte hippodromi turri conſcenſa, ampla & promiſſa veſte, multiſque ſinubus vndante, poſtquam populum varijs geſticulationibus eluſiſſet, aëri ſe commiſit, mox decidens, magno omnium riſu mortuus eſt.

*Quæ fuerat fabula pœna fuit.*

Non diſſimili facto Teſtudo apud Auianum dum cupit ab Aquila deferri in ſublime,

*Et malè mercatis dum quærit ſidera pennis.*
*Occidit infœlix alitis vngue feræ.*
*Tum quoque ſublimes cum iam moreretur in auras,*
*Ingemuit votis hæc licuiſſe ſuis.*
*Nam dedit exoſæ poſt hæc documenta quieti,*
*Non ſine ſupremo magna labore peti.*

## LII. NERONIS PISCATIO.

*Commodum maiori damno comparatum:* vel *Ingenio bene vtendum.*

PIſcatus eſt reti aureo purpura coccoque funibus nexis.

**Suet. in Neron. c. 30.**

APO. Piſcantur reti aureo qui exigua commoda magnis impenſis conſectantur. Et, vt ait Abſalon Abbas, *qui ingenium ſuum ad Poëtas & Philoſophos conuertit, quaſi aureum hamum mittit in lutoſam aquam, quia pro re vili in profundo detinetur: nec poteſt iactura lucro piſcis comparari.*

***Abſolonis Abbatis dictum. Serm. 5. de Chriſti aduentu.***

## LIII. NICESIAS ALEXANDRI.

*Adulatorum ineptia.*

HEgeſander refert Niceſiam Alexandri aſſentatorem, cùm Alexander à muſca ſe punctum quereretur, ideoque muſcas gnauiter abigeret, dixiſſe, Alijs profectò muſcis, inquit, hæ quæ tuum ſanguinem deguſtarunt, multo futuræ ſunt præſtantiores. Athë. lib. 6. de adulatoribus.

AP. Adulator nullum in laudando tenere poteſt modum

modum, ſed frigida etiam & inepta perſæpè commi-niſcitur, quæ quiſque ſani pectoris abhorreat. Verum principes hoc veneno infecti cupiunt omnes titulari & non vident, *Peſſimum inimicorum genus eſſe laudantes.* *Cornel. Tacitus.*

## LIV. PACVVII FVNERATIO.

*Moriendum quotidie.*

PAcuuius, qui Syriam vſu ſuam fecit, cùm vino, & illis funereis epulis ſe ſepeliſſet quaſi ſibi parentaret ſic in cubiculum ferebatur à cœna, vt inter plauſus exoletorum hoc ad ſymphoniam caneretur: βεβίωκε, βεβίωκε.

*Nullo non ſe die extulit.*

APODOSIS.

Hoc quod ille ex malâ conſcientiâ faciebat, nos ex bonâ faciamus, & in ſomnum ituri læti, hilareſque dicamus,

*Vixi, & quem dederat curſum fortuna peregi.* *Senec. ep. 12*

*Itaque ſic ordinandus dies eſt omnis, tanquam cogat agmen & conſumat, atque expleat vitam.*

## LV. PHILIPPI ASTER.

*Vltio diuina inſperata.*

PHilippus, cùm noctu ſagittis ſtellas inceſſere puer ſoleret, à ſtella ſeu aſtere milite altero oculo orbatus eſt. *Ex Ptolomæo Hephæſtione lib. 3.*

APODOSIS.

Non ſunt temerè potentes irritanti: quod qui faciunt videntur in Solem ſpuere, & ſtellas ſagittis inceſſere, inde cum minimè putant, Nemeſis flagello, veluti cœleſti plaga percutiuntur:

Μηδ' ἄντ' ἠελίοιο τετραμμένος ὀρθὸς ὀμιχεῖν.

Aduerſus ſolem ne meito.



Digitized by Google

## LVI. PHILIPPI VENATIO.

*Generoſitas.*

Ptol. Heph. Phot. bib. PHilippus puer de nocte ſolebat deſilientes ſtellas ſagittis inceſſere, quo agnito, Diognetus vates Dominatorem multorum fore adoleſcentem prædixit.

### APODOSIS.

Venantur ſtellas magnamini & ad egregiarum rerum ſpem erecti: qui non terræ regionibus ſpes definiunt ſuas, ſed Beatarum mentium Domicilium noctes dieſque cogitant, atq; in id omnes cogitationis impetus deſigunt.

*Pauci quos æquus amauit*
*Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus.*

## LVII. PHILOXENVS.

*Helluo diſſolutus.*

PHiloxenus hic depingitur gracileſcente in gruis ſpeciem collo, typus edacitatis inuerecundæ. Is accuſans naturam, vt diutius frueretur cibi ac potus voluptate, collum ſibi gruis optabat: ηὔξατό ποτε τὸν γεράνου αὐχένα σχεῖν De hoc dici poteſt quod Seneca: *Mœret quod magna pars ſuæ felicitatis excluſa corporis* Epiſt. 114. *anguſtiis ceſſat.* Idem nullum in Dioniſij Tyranni cœna ſibi appoſitum auri admouit, veluti ſciſcitās aliquid eorum, quæ apud Nereum fiunt, de Galatea Ath. l. 1. p. 6 ſcripturus. ſed piſcem iuniorem eſſe, & nimis paruum dixit, ideo nihil ſcire, inhiabat enim Dioniſij mullo qui maior erat.

### APODOSIS.

Clara eſt ex Icone: torquetur enim in [h]elluones, qui omnia voluptate metiuntur.

*Et quibus in ſolo viuendi cauſa palato eſt:* hos Ariſtophanes νέκυας μισαύχενας, *cadauera collo tenus* appel- Iuuenal. Satyr. 11. lat, quibus offerto præ ingluuie corporis pigris, & iuxta Poëtam, vino ſepultis, neque pes, neque mens officium facit, Plotinus eoſdem dicit ἀποδενδρωθῆναι, quod

quod inſtar plantarum alimoniam tantùm attrahant, cætera ſine ſenſu eſſe videantur.

## *LVIII.* PHRYNE DELPHICA.

*Voluptas conſecrata.*

CRates auream Phrynes ſtatuam Delphis poſitam cum vidiſſet, exclamauit, Græcorum id petulantiæ trophæum eſſe erectum. *Plut. in fort Alex. li. 2.*

APODOSIS.

Improbi non modo amant vitia, ſed monumentis etiam conſecrant, ad quodlibet audendum & audiendum proiecti. *Malorum vltimum eſt mala ſua amare, vbi turpia non ſolum delectant: ſed etiam placent.* *Senec. ep. 39*

## LIX POLYDAMAS SAXI RVINAM EXCIPIENS.

*Temeritas.*

POlydamas clariſſimus athleta, qui Herculis gloria ſtimulatus leonem oppreſſit, apprehenſum poſteriorum pedum altero taurum conſtrictum diu tenuit, vt vix dilapſis vngulis euaderet. Tandem nimia viriũ fiducia labenti ſaxo ſe obiecit, & debitas temeritati pœnas dedit. *Pauſ. in Eliac. lib. poſter.*

APODOSIS.

Temeritatis typus, τὸ μηδὲν ἄγαν. Non malè exprimit hæc tabula dementem ambitioſum, qui vel ipſo vitæ periculo marceſcentem humanæ gloriolæ lauream nundinetur, & dicat. *Stob. ſer. 3. cap. 33.*

*Ruina cadere generoſa iuuat.*

## LX. PROCRVSTES.

*Hæreticus deprauator.*

PROCRVSTES qui memoratur à Plutarcho in Theſeo, latro fuit omni diritate teterrimus, qui viatores ſuo lectulo applicare ſolebat, & ſiquidem proceriores eſſent, amputatione pedum decurtare,

*Plut. in Theſeo.*

ſi contra breuiores, neruorum extenſione lacerato.

APO. Tales omnino ſunt hæretici, qui vt ad modulum prauæ mentis ſacras literas fingant, nunc demunt, nunc addunt de ſuo ſenſu, & hanc carnificinã ſe Spiritu Sancto authore facere dictitant.

*Parce ſepultis.*

## LXI. PROTOGENIS MOROSA OPERA

*Diligentia nimia vel prolixitas*

*Plin. lib. 35. cap. 10.*

APelles, cùm Protogenis opus immenſi laboris ac curæ ſupra modum anxiè miraretur, dixit omnia ſibi cum illo paria eſſe, aut illi meliora. Sed vno ſe præſtare quod manum ille de tabula neſciret tollere.

*Alphaus.*

APO. Nocet ſæpè nimia diligentia:

Τὸ μηδὲν γὰρ ἄγαν ἄγαν με τέρπει.

*Lucerna Callimachi*

*Plin. li. 34. cap. 9.*

In eodem argumento eſt Callimachus, qui auream Mineruæ lucernam fecit toto anno ardentem, quamuis nihil olei affunderetur. Is enim ob moroſam in expoliendis operib. induſtriam Κακιζότεχνος dictus eſt Pauſ. *in Atticis* Apollodorus quoque fictor, iniquiſſimus ſui iudex crebro perfecta ſigna frangebat, dum artis cupiditatem ſatiare non poſſet.

## LXII. PSAPHON, SIVE ANNON.

*Vana gloria.*

ANNON Carthaginenſis ſupra mortalitatem noſtram faſtu elatus, præſtantiorem de ſe famam euulgare ſtatuit, quam natura pateretur. Itaque plurimas aues humani ſermonis dociles coëmit, & in tenebris domeſticorum parietum aluit, vnam cantilenam edocens, Θεός ἐστιν Αννων. Quæ cum ſatis eruditæ viderentur, in diuerſas plagas dimiſit, arbitratus hoc auium carmen de ſe vulgatum iri. At ille ſemel

alis

alijs ſolutæ, libertatemque adeptæ, & ad conſuetum ſibi victum reuerſæ, naturalem cantum ediderunt, & auium modulationes recoluerunt, longo vale Annoni doctrinæque, qua in ſeruitute fuerant imbutæ, dicto. Eundem Apſephan nominat Dionis Scholiaſtes, ὅπνιον ἱστορεῖται περὶ τῶν Λιβύων βασιλέως Ἀψεφᾶ, διὰ τῶν ψιττάκων μεμηχανῆσθαι, καὶ κελαδούντων Ἀψεφᾶς θεός ἐστι. *Ælian. l. 14. cap. 30.* *In orat. 2. de Regno.*

APODOSIS.

*Nec te quæſiueris extra.*

---

## LXIII. PTOLEMAEI CAMELVS NIGER.

*Nouitas ingrata.*

PTolemæus Lagi filius, cum aliquando duas res nouas in Ægyptum adduxiſſet, Camelum videlicet Bactrianam totam nigram, & hominem bicolorem, cuius altera pars planè nigra, altera autem eximiè candida erat, per totum corpus æqualiter diſtincta atque diuiſa: congregatis in theatrum Aegyptijs exhibuit illis cum alia multa ſpectacula, tum inter poſtrema hæc quoq; Camelum videlicet, & ſemialbum hominem, putauitque ſe magnam admirationem iſto ſpectaculo concitaturum eſſe. At illi ad Cameli quidem conſpectum, perterriti ſunt: & parũ abfuit quin exilientes profugerent: quanquam ea tota auro culta atque purpura inſtrata erat: frænum autem etiam gemmis comparatum habebat, ex Darij alicuius aut Cambyſis, aut etiam ipſius Cyri theſauris depromptum. Ad hominis autem intuitum plerique ridebant. Alij autem etiam vt monſtrum aliquod ipſum aduerſabantur. Lucian. *contra eum qui dixerat,* Prometheus in verbis.

APODOSI.

*Ex ipſo Luciano.*

Ex eo Ptolemæus intellexit ſe illis non adeò laudem conciliaſſe ſibi, neque nouitatem apud Aegyptios in admiratione eſſe, ſed præ ipſa, τὸ εὔρυθμον καὶ εὔμορφον, quod concinnum iuſtaque forma compoſitum eſſet, probari.

## LXIV. SAGARIS MARIADYNVS.

*Mollicia.*

*Athen. Dipn. li. 12.*

CLearchus libro quinto vitarum narrat, Sagarim Mariadynum præ mollitiæ ad ſenectutem vſque nutricis ore fuiſſe cibatum, ne mandendo fatigaretur.

APODOSIS.

*Satyr. 3. verſ. 16.*

Hoc inſtar adagij in delicatum puppium iactari poterit, quod Perſianum illud expreſſiſſe videtur:

*At cur non potius teneroque columbo,*
*Et ſimilis regum pueris pappare minutum*
*Poſcis, & iratus mammæ lallare recuſas?*

## LXV. SELENE SIMONIS MAGI.

*Religio vna, reliquæ ſpectra.*

*D. Clem. li. 2. recognit. & lib. 2. conſtit. Apoſt.*

SElene mulier erat formoſa, quæ cum ſe ſpectandam ex alta turri populo Romano præbuiſſet, effecit ſuis præſtigijs Simon Magus vt quot in turri feneſtræ erant, tot Selenes facies apparerent.

APODOSIS.

Vna erat Selene vera, cæteræ imponebant oculis: Sic vna ſolida gloria, vna ſapientia, vna religio, multæ tamen ſpecie fallunt miſeros mortales. Vide, *Quid diſtent æra lupinis.*

## LXVI. SMINDYRIDES.

*Improbitas lucifuga.*

CHamæleon Ponticus, lib. de voluptate, refert Smindyridem iactare ſolitum ſe viginti annis, nec

nec Orientem Solem vidiſſe, nec occidentem, idque magni ad felicitatem momenti exiſtimaſſe.

APODOSIS.

Improbi nec primos Orientis Solis iuſtitiæ afflatus quærunt, nec Occidentem ſibi vident, ſed pectus obſtruunt, quo minus cogantur admittere, atque inter tenebras ſua flagitia & libidines exercent: Κλεπτῶν γάρ, ἡ νὺξ τῆς δ' ἀληθείας, τὸ φῶς. Euripides. Cadit etiam in voluptuarios ſomno & delicijs marcidos, qui paupertatem inde ſibi, & magnas vitæ moleſtias accerſunt, *Dormientes enim non conficiunt Dij*. meritò illis eſurientibus poſtea dicitur. Athen. 7.

*Χειμῶνος ὀρχοῦ μὴ τροφῆς ἔχε.*

## LXVII. SOTADES, ΣΩΤΑΔΗΣ.

*Poetæ obſcœni typus.*

PRimus author Cinædi carminis fuit. Περὶ δὲ Σωτάδης μὲν πρῶτος κιναιδολογῶν. Strab. *lib*. 4. *p*. 446. de eodem Martial. *lib. 2. ep. 76.*

*Quod nec carmine glorior ſupino,*
*Nec recto lego Sotadem Cinædum.*

AP. Sotadeo genere ſunt omnes Poëtæ obſcœni, ui, quod miſerum, Chriſtiani nomine tectus, impuſſimorum Ethnicorum Cinædias è ſquallentibus pudicitiæ ſepulchris eruere non verentur: quod pitale eſſe voluit diuinus Imperator Conſtantinus, am cum THALIAM effœminatos, ridiculoſque meros ad ſimilitudinem Aegyptij Sotadæ conſiptos in lucem edidiſſet Arius, Conſtantinus ita cripſit:

*Victor conſtantinus Max. Aug. Epiſcopis & populo.* Conſtantini edictum in obſcœnos Poetas. m Arius ſcriptorum & impiorum hominum conſtudinem imitetur, eandem cum illis ignominiæ turpitudinis notam meritò ſubire debet. Quemnodum Porphyrius capitalis pietatis hoſtis, qui arios libros contra religionem Chriſtianam nuperbat, mercedem dignam laboribus recepit, & enodi quidem, vt apud poſteriora ſæcula non ipſe ſo-

ſe ſolum maximis probris vexatus fuerit, & turpiſſima labe infamiæ aſperſus, verùm etiam impia eius ſcripta deleta, & penitus extincta: ſic etiam viſum eſt Arium, & eius ſectatores Porphyrianos nuncupare, vt quorum ſequuti ſunt mores, eorum etiam nomen habeant. Quinetiam ſi quod opus ab Ario ſcriptum reperiatur, illud cremandum eſſe addit) Illud etiam mandamus, vt ſi quis librum ab Ario compoſitum occultaſſe deprehenſus ſit, & cum non ſtatim in medium adductum igne combuſſerit, morte mulctetur, nam mox vt comprehenſus fuerit plectatur capite, Vide *Socrat. lib.* 1. *cap.* 6.

## *LXVIII.* STASICRATIS ATHOS.

*Adulatio impudens.*

STaſicrates aurum, æs, ebur, pigmenta, ligna & cætera reſpuens, Athon montem efformare & elaborare ſtudebat in Alexandri ſpeciem: vt mare quidem ima baſi attingeret; ſiniſtra amplam admodum & ciuium multitudine abundantem ferret ciuitatem: dextra perrennem fluuium erumperet ex phiala. Hic Alexandèr excelſos artificis ſpiritus admiratus iuſſit quieſcere. Neque enim ſibi vnum montem ſufficere ad gloriæ monumentum exiſtimabat, cum & Caucaſum & Tanaim, & Caſpium pelagus haberet.

*Plut. lib.* 2. *de Fortit. Alexandri.*

AP. Adulatores alienas prorſus ſpecies principibus affingunt.

*Quid quod adulandi gens Prudentiſſima laudat*
*Sermonem indocti; faciem deformis amici,*
*Et longum inualidi collum ceruicibus æquat*
*Herculis, Antæum procul à tellure tenentis.*

*Iuuenal. Sat.* 25. 4.

## LXIX. THEMELIS NOBILE EXEMPLVM.

*Sacerdotibus arma tractare periculoſum.*

CVM Ameras Tarſi Dux Sarracenorum contra Romanos cum exercitu profectus eſſet, atque in

Her-

Digitized by Google

Herculis vicum milites prædatum miſiſſet, quidam resbyter, Themel nomine, ſacrificium incruentum eragens, vt agnouit Sarracenorũ irruptionẽ, relicto acrificandi munere, ita vt erat indutus, manibus ge- ;ās Eccleſiæ myſteriũ, ſic eos qui inuaſerant propul- ns, & multos vulnerauit, haud paucos interfecit, re- quis in fugam verſis, & ab Epiſcopo interdicto ei crificandi munere poſtquam non impetrauit veniã l Agarenos ſe contulit, & Chriſtianam fidem eiura- t, atque cum ipſis egreſſus, non ſolum Cappadoci- ), & finitima loca vexabat, ſed etiam vſque ad Aſiã norem peruenit, & quanta detrimenta intulerit, c ſcribere quidem nobis fas eſt. *Baron ad ann. Chriſt. 957. ex Curopalate.* *Sidonius.*

Ap. Felicior ille ſi fuiſſet.

*Doctus ſoluere vincla quæſtionum.*
*Et verbi gladio ſecare ſectas.*

---

## LXX. THEOPHILACTVS HIPPOMANES SACERDOS IMPIVS.

*Ab ara ad haram,*

'Heophylacto Patriarchæ Conſtantinopolitano, qui ad furorem vſque alendorum equorum cupi- te flagrauit, quorũ duo millia habuit, ſacra per- iti magna illa quinta ſacræ Cœnæ die, & preces :eriorum legenti, miniſtrum illum, ferunt, cui fu- equorum comiſſa cura nuntium attuliſſe, ma- : inſignem illam Phorbantem equam, addito no- peperiſſe; Et illus præ nimio gaudio quod re- m ſacrificij vtcumque peracto, curſu ad ſtabu- :ontendiſſe, conſpectoque nato pullo ad magnũ lum rediijſſe vt abſolueret ſanctæ Dei & Salua- ioſtri paſſionis hymnum. *Curopalates & Baron. ad annum Chriſti 958.*

Apodosis.

ic vere mens fuit, quod diſerte à Græcis dicitur rων φατνίων βατρίοις.

*LXXI.*

## LXXI. THOMYRIDIS FACTVM.

*Curioſitas & vanitas ſcientiarum punita.*

*Phot. bibl. pag. 221. ex Conone.*

THomyris Nymphæ filius & Rex creatus à Scythis propter artis peritiam cùm Muſis contendit pignore propoſito, nempe ipſarum Muſarum cõiugio, ſed ab ijs ſuperatus oculis orbatur.

*D. Chryſ. de Fato. homil. 65.*

Ap. Thomyris, candidatus literarum. Muſæ ſapientia: ſpes coniugij, curioſitas & timor. φιλολόγων: cæcitas, ignorantia eorum, qui dum ſe egregiè doctos putant, in maximam deueniunt infamiam βέλτιον ἀγνοεῖν καλῶς, ἢ εἰδέναι κακῶς.

## LXXII. THRASYLLVS.

*Diues auarus.*

THraſyllus Aexoneus inaudito quodam dementiæ genere laborauit, nam vrbe relicta migrabat in Piræum, cumque ibi habitaret, omnes naues, quæcunque in eo ſubducerentur, ſuas eſſe putabat, & in album referebat, ſicque dimittebat eas. Quod ſi quæ ſaluæ, & integræ in portum ingrederentur, ſupra modum gaudebat. Multos autem annos hoc morbo tenebatur. Demum frater eius profectus è Sicilia, tradit eum Medico vt ſaneretur, atque ſic eum reliquit vecordia. Sæpiſſimè igitur ſuæ in amenti oblectationis mentionem faciebat, vt ſe nunquam cumulatius gaudium percepiſſe dictitabat, quàm cùm vidiſſet naues ſeruari, quæ tamen ad ſe nihil pertinerent.

*Ælian. l. 4. Var. hiſt. cap. 25.*

Ap. Icon eſt diuitum auarorum, quos dulci cupiditate ebrios tenet auaritia. Vident illi aurum, & argentum factum, infectum, ſtragulam, veſtem delicatam, currus auratos, villas, horrea, apothecas, & ſua eſſe opinantur, longè opinione decepti: nam vix oculos huiuſmodi ſpectaculis paſcunt, cùm à ſe ad

alie-

alienos hæredes tranſuolant. At demum intelligunt ſe opinione beatos fuiſſe.

*Et vigil elapſas quærit auarus opes.*

## LXXIII TIMOTHEI TEMPESTAS.

*Orator parùm vehemens.*

TEmpeſtatem in Nauta deſcriptam à Timotheo Dorion tibicen cùm irrideret, in feruente cacabo ſe vidiſſe dixit vehementiorem. *Athen. lib.* 8.

AP. Cadit igitur παροιμία in oratorem parùm vehementem, qui res grandes culpa ingenij & languore ſtyli deterat modeſte.

*Nec ſæuam Pelopis domum*
*Conamur tenues grandia: dum pudor*
*Imbelliſque lyræ Muſa potens vetat*
*Laudes egregij Cæſaris, & tuas*
*Culpa deterrere ingenij.*
*Quis Martem tunica tectum adamantina*
*Dignè ſcripſerit? aut puluere Troico*
*Nigrum Merionem? aut ope Palladis*
*Tydiden ſuperis parem.*

*Horat. l.* 1. *Carm. Od.* 6.

## LXXIV. TRIREMIS AGRIGENTINA.

*Ebrietatis typus.*

TIMÆVS Tauromenites domum quandam Agrigenti triremem ea de cauſa vocatam fuiſſe ait. Iuuenes quidam in ea temulenti vſque adementati ſunt, vino æſtuantes, vt in triremi nauigare ſe crederent, horrenda tempeſtate in mari iactata, tantumque è mentis poteſtate moti ſunt, vt nimus vaſa omnia & ſtragula foras eijcerent, velut in mare, nauis, quam tempeſtas affligebat, vt illis videretur, exonerandæ cauſa. Poſtridiè verò prætectis

fectis ad illas ædes prætoribus, inclinati iuuenes adhuc nauſeabundi ijs qui interrogabant magiſtratibus reſponderunt, tempeſtate ſe vexatos nauis alleuandæ cauſa ſarcinas deieciſſe in mare. Mirantibuſque prætoribus tantum ſtuporem, vnus qui ex ijs natu maior videbatur: Ego, inquit, viri Tritones ſub infimo nauis tabulato, quam maximè licuit abditus, iacui. Poſtremò, ſeruati, ſtatuas inter deos marinos promiſerunt iudicibus.

*Athen. l. 11.*

APO. Ebrietas mentem ſtupore confundit, & nouos mundos fingit, nouas rerum ſpecies, noua monſtra.

*Lucret. li. 4.*

*Cùm vini vis penetrauit*
*Acris, & in venas diſceſſit diditus ardor:*
*Conſequitur grauitas membrorum, præpediuntur*
*Crura vacillanti tardeſcit lingua, madet mens:*
*Nant oculi: clamor, ſingultus, iurgia gliſcunt.*

## LXXV. TRIVMPHVS CALIGVLÆ.

*Vana gloria, ſeu res humanæ.*

CAligula, deficiente belli materia; paucos de cuſtodia Germanos traijci, occulique trans Rhenum iuſſit: ac ſibi poſt prandium quam tumultuoſiſſimè adeſſe hoſtem nunciari. Quo facto proripuit ſecū amicis, & parte equitum Prætorianorum, in proximam ſyluam, truncatiſque arboribus, & in modum trophæorum adornatis, ad lumina reuerſus, eorum quidem, qui ſequuti non eſſent, timiditatem & ignauiam corripuit; comites autem, & participes victoriæ nouo genere, ac nomine coronarum donauit; quas diſtinctas Solis ac Lunæ, ſyderumque ſpecie exploratorias appellauit; & cætera plane Caligula digna. Poſtremo quaſi perpetraturus bellum, directa acie in littore Oceani ac baliſtis, machiniſque diſpoſitis nemine gnaro ac opinante quidnam cœpturus eſſet, repentè vt conchas legerent, galeaſque, & ſinus replerent, impe-

imperauit, ſpolia Oceani vocans Capitolio Palatioque debita. Et in indicium victoriæ, altiſſimam turrim excitauit, ex qua, vt ex Pharo, noctibus ad regendos nauium curſus, ignes emicarent. Pronuntiatoque militi donatiuo centenis viritim denarijs; quaſi omne exemplum liberalitatis ſupergreſſus: Abite, inquit, læti, abite locupletes, conuerſus hinc ad curam triumphi, præter captiuos, & transfugas Barbaros, Gallorum quoque proceriſſimum quemque, & vt ipſe dicebat, ἀξιοθριάμβευτον, ac nonnullos ex principibus legit ac ſepoſuit ad pompam, coëgitque non tantum rutilare, & ſubmittere comam, ſed & ſermonem Germanicum addiſcere, & nomina Barbarica ferre. *Tranquill. c. 45. 46. 47*

AP. Quis riſum teneat de triumphatore illo hypobolimæo audiens? Num verò ſimiles ſunt res humanæ, in quibus & ſpecies, & tituli, & tumultus multus, cum ipſæ ſint planè nihil.

*Heu primus quis fuit ille,* *Boet. Metr. 5. lib. 2.*
*Auri qui pondera tecti*
*Gemmaſque latere volentes*
*Pretioſa pericula fodit?*

---

## LXXVI. TROPHAEVM THEBANORVM AEREVM REPREHENDITVR.

*Inimicitias æternas eſſe non debere.*

CVM Thebani Lacedæmonios bello ſuperauiſſent, & ferè mos eſſet Graijs, cùm inter ſe bellum geſſiſſent, vt ij qui viciſſent trophæum aliquod ſtatuerent, victoriæ modò in præſentia declarandæ cauſſa, non vt in perpetuum belli memoria maneret, æneum ſuſtulerunt trophæum. Accuſantur apud Amphictyonas, id eſt apud commune Græciæ concilium, quòd æternum inimicitiarum monumentum, Graios de Graijs ſtatuere non oporteret. *Cic. 2. de Inuentione.*

N APODO.

Digitized by Google

APODOSIS.

*Caſſiod. 4. Var.* Pudeat Chriſtianos qui æternæ inimicitiæ ſceleſtata figunt trophæa.

*Crudelitatis genus eſt vltra naufragium velle deſæuire.*

## LXXVII. VALERIA DENTATA.

*Calumnia.*

VALERIA cum dentibus nata exitio ciuitati fuit; in quam deportata eſt. Pl. l. 7. c. 16.

APODOSIS.

Exitiales ſunt hominum generi, qui vix nati iam mordere famam bonorum & lacerare incipiunt. Quamobrem periculum eſt, ne in quamcunque deuenerint ciuitatem aut hominum cœtum, maledictorum virus effundant, & in perniciem bonorum graſſentur, ὡς ἄρα οὐδέν τι διαβόλου γλώττης χεῖρον ἐν ἀνθρώποις ἕτερον κακόν.

## LXXVII. ZOROASTRES AB ASTRIS INCENSVS.

*Scrutator maieſtatis oppreſſus.*

ZOROASTRES, qui ita appellari voluerat, cùm prius Zarades diceretur, ſe ζῶον ἀστρων ictitans, dùm curioſius vim cœli & aſtrorum ſcrutari conatur, ab iiſdem incenſus eſt.

APODOSIS.

Procul à Ioue, & fulmine. Cadit in hoc argumentum quod habet Nicetas de Theologis Græcis, qui cùm curioſius de incarnatione apud Comnenum Imperatorem diſputarent, repentè alieno anni tempore ingens tonitru exauditum eſt tanto fragore, vt nonnulli in terram collaberentur, tum Elias aperto libro de terræ motibus & tonitruis, ſcriptum inuenit, πτῶσις σοφῶν. Caſus ſapientum.

LXXIX.

## LXXIX. PES LIGNEVS IN AVREA CREPIDA.

*Vanitas miſera & innepta.*

FVIT in Aſia vir opulentus, cui calamitoſo caſu, *cùm* per niuem iter faceret, putrefactus frigore, vſturis vterque pes deperierat. Ille tam miſerabilem *fortunam* expertus infelicitatem ſolari cupiens, ligneos pedes truncis accommodabat, ac calceis indu*tus* vndique ſeruis innixus incedere gaudebat. Vbi hoc inſuper ridiculum comminiſcebatur: Crepidas *pulcherrimas* ſemper & nouas, cura erat ſumma mercari, vt ita calceis ſpecioſis ligna ſua nempe pedes, conſpicuos faceret. *Lucian. aduerſ. indoct.*

APODOSIS.

His aſſimilia facere dicit, qui cum ſint clauda mente, & ficulneis ſenſibus, χωλὴν καὶ συκίνην γνώμην ἔχοντες, veſtibus libris, ædibus ſpecioſis, & reliquo rerum humanarum choragio ſtudent enitere.

# PARABOLARVM HISTORICARVM LIBER QVINTVS:

# *RITVS GENTIVM.*

## I. ÆGINETARVM SEPVLCHRVM.

*Hypocriſis, vel Arrogantia.*

AEGINETAE, cùm erubeſcerent ſe abfuiſſe à prælio Platæenſi, ſuis mortuis, qui nulli erant, ſumptuoſi operis ſepulchrum excitarunt, vt apud poſteritatem fortitudinis laudem captarent. Vide *Herod. lib. 9.*

APODOSIS.

In eos, qui ſpecioſis titulis ornant parietes, cùm ipſi fumus ſint. & nihil: quos diſertè ait Plato,

Πέραιτέρω κόνιως κειται μόνοις τὸ φύσημα.

Infra cinerem etiam ſuperbire.

## II. ÆGYPTIORVM FVNERATIO.

*Gulæ deteſtatio.*

ÆGYPTII, quoties medicatum aliquod funus apparabant, ex primis nobilitate mortuum condientes, ſeorſum eximebant ventriculum, eumque in arcula ſeponebant, deinde cùm pollinctor elato funere cadauer ad Solem conuertiſſet, defuncti nomine Solem cœleſteſq; omnes inſigni elogio conteſtabatur:

batur: Sol rerum domine, voſq; cœlites, qui mortalibus lucis vſuram largimini, me accipite,& cœleſtibus contubernalem addite, equidem piè,ac religioſè numina à maioribus mihi commonſtrata ſemper dū vixi excolui, geniturę meæ authores ſemper honoraui, hominem occidi neminem, aut depoſito fraudaui, nec aliud quicquam infandum patraui. quod ſi quidà me patratum eſt edendo, bibendove, quod non oportuerit, id omne non mea, ſed huius cauſa commiſſum eſt, ſimulque cum dicto arcam in qua ventriculus erat conditus, in profluentem proijciebat, corpus reliquum vt purum & labis immune condiens. Plutarch. τὸν νεκρὸν ἀνατέμνοντες ἔδειξαν τῷ ἡλίῳ, εἶτα αὐτὰ μὲν εἰς τὸν ποταμὸν κατέβαλον. *in conuiuio ſeptem ſapientum.*

APODOSIS.

Hac parabola gulæ pernicies, & deteſtatio pulchrè ſignificatur.

*Obſequium ventris mihi pernicioſius eſt.* *Horat. Sat. 7. lib. 2.*

---

## III. AEGYPTIORVM SCELETVS.

*Mortis memoria.*

CIRCVMFEREBATVR apud Aegyptios inter pocula ſceletus, hoc eſt, corporis oſſea duntaxat compage extantis effigies, in memoriam Mancrotis dis (vt aiunt) alumni quem annis innocentibus im-atura morte fata præripuerunt. *Herod. lib.* 2. Pe-onius in Satyrico huiuſce moris quoque meminit, verſus affert non illepidos, qui in hoc ſpectaculo ntarentur.

*Eheu nos miſeros, quàm totus homuncio nil eſt:*
*Sic erimus cuncti poſtquam nos auferet orcus.*
*Ergo viuamus dum licet eſſe benè.*

c vacat etiam illud antiquæ Philoſophiæ myſte-, quod Romani ex Numæ inſtitutis eandem deam ptiarum ſimul & funerum præſidem fecerint Ve-em, quæ alio nomine dicitur Libitina, vt inue-



Digitized by Google

*Venus ſepulchralis, Plutarch in ερωτικῷ.* rent φθαρτὸν εἶναι τὸ γεννητὸν, & ianuam mortis ipſam fermè vitam eſſe. Delphis quoque ſimulachrũ Veneris ſepulchralis Ἀφροδίτης ἐπὶ τυμβίας, cernebatur:

## IV. AETHIOPVM CRISTIANORVM MOS.

*Πάντα Κόνις.*

*Sab. l. 4. c. 4.* AETHIOPVM Chriſtianorum maioris ordinis Antiſtitibus, non crux modo, ſed vas etiam aureum terra refertum præferri ſolet, vt hoc inſpectum homines ſuæ admoneat mortalitatis.

APODOSIS.

Hoc ſymbolo ſignificatur conditionis humanæ fragilitas, & noſtra mortalitas. Rectè in veteri quodam Epitaphio quod citatur à Delrio in adagialibus ſacris homo appellatur.

*Vas Cinerum.*

*Dic homo vas cinerum quid confert flos facierum?*
*Copia quid rerum? mors vltima meta dierum.*

## V. AETHAEVS VENATOR.

*Opera irrita.*

*Vide Cæl. Rhodigin.* AETHAEI venatores, quaſi inuita Diana venentur, captant ſemper, capiunt nihil. Nam vt Sicilia vndique vernat floribus, eorumdem fragrantia canis alioqui ſagacis nares ita hebetantur, vt odoratu carere videatur.

APODOSIS.

Egregiè cadit in concionatores, qui apud delicatos & voluptuarios homines agunt. Ex quo fit, vt vernantium illic deliciarum laſciuia non modo homines oblectari à rebus ſeriis abducantur: ſed ipſorum doctorum langueſcat induſtria: malè cum auſteritate virtutis, & compunctione cordis cogruunt deliciæ. Ἀδύνατον ἀναμίξαι ὕδατι πῦρ, οὔ τως, οἰμαι, τρυφὴν, καὶ κατάνυξιν. *S. Cryſ. l. 1. de comp. cor.*

*VI.*

## VI. ÆGITIORVM SAIREI.

*Natalis Chriſti typus.*

FESTVM erat apud Ægyptios, quod Sairei ſiue feſtum lætitiæ nominabatur, in honorem Serapidis, quem Solem interpretatur, inſtitutum. Hoc, opinor lucem ſolenni gratulatione ſalutabant: meminit Plutarch. ὅτι τὴν ἑορτὴν Αἰγύπτιοι τὰ χαρμόσυνα. χαίρειν καλοῦσιν. *In Iſide & Oſiride.*

AP. Verè Χαρμοσύνης, lætitiæ feſtum eſt Natalis Domini, quo diſſipatis errorum tenebris, nobis prima Chriſtianæ lucis crepuſcula illuxerunt. Idcircò à D. Chryſoſtomo dicitur: ἡ πασῶν ἑορτῶν σεμνοτάτη, καὶ φρικωδεστάτη, ἣν οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι μητρόπολιν πασῶν τῶν ἑορτῶν, προσειπών, *omnium ſolemnitatum auguſtiſſima & maximè ſtupenda, quam haut errarit qui metropolim feſtorum omnium dixerit.* *Hom. 31. de beato Phil.*

## II. ÆGYPTIORVM VICTIMA.

*Puritas.*

SACERDOTES Ægyptiorum, ſi vnum dum taxat pilum in boue nigrum viderint, immundum cenſent. *Herod. l. 2.*

AP. Hæc parabola è ſacris Ægyptiorum deducta, ſignificat ſinceram cordis munditiem, in quo nihil ſit fucatum. Oportet ad numen accedentes cithari piſcis cor habere, τὴν καρδίαν λευκὴν καὶ πλατεῖαν. Athen. 7. Dipnoſoph. *Cor candidum & amplum.*

## III. ÆTHIOPES SOLEM ORIENTEM DETESTANTVR.

*Improbi oſores virtutis.*

ÆTHIOPES nonnulli Orientem Solem deteſtantur, & eo emergente in paludes ſe condunt. *Strab. l. 17. num. 565.*

AP. Improbi lucem virtutis, & bonorum operum non ferunt.

Κλεπτῶν γὰρ ἡ νὺξ, τῆς δὲ ἀληθείας τὸ φῶς. Furum nox eſt, lux veritatis. *Euripides.* Sic in fabula Ranæ Solis nuptias exetrantur:

*Clamorem Ranæ ſuſtulere ad ſidera.*
*Conuitio permotus quærit Iupiter*
*Cauſſam querelæ, quædam tum ſtagni incola,*
*Nunc* (inquit) *omnes vnus exurit lacus,*
*Cogitque miſeras arida ſede emori:*
*Quidnam futurum eſt ſi crearit liberos?*

## IX. AETHIOPVM CADAVERA.

*Hypocriſis.*

Herod. l. 3. ÆTHIOPES exſiccata cadauera gypſo inducunt, pingunt, & cippo vitreo operiunt, quid ornatius? imò quid turpius?

AP. Magnificis tectorijs hypocritæ celant vitia, quos ideò Chriſtus Dominus ſepulchra dealbata nobili icone denominat. Sed viperæ in auro quoque & electro ſepultæ hanc vanitatem redarguunt.

Mart. epig. lib. 4.

*Flentibus Heliadum guttis dum vipera ſerpit,*
*Fluxit in obſtantem ſuccina gemma feram:*
*Quæ dum miratur pingui ſe rore teneri,*
*Concreto riguit vincta repente gelu.*
*Ne tibi regali placeas Cleopatra ſepulchro,*
*Vipera ſi tumulo nobiliore iacet.*

## X. AGRIOPHAGORVM, ET SAMBRORVM REX.

*Vigilantia, & ratio libidini ſubiecta.*

Sol. Poly-hiſt. pag. 93. edit. Pict. OCCIDENTEM verſus Agriophagi tenent, qui ſolas Pantherarum & Leonum carnes edunt, rege præditi, cuius in fronte oculus vnus eſt. Sambris verò proximi ſummam regiæ poteſtatis Cani tradunt, de cuius motibus quidnam imperitet augurantur.

AP.

Ap. Illi regem Imperij oculum demonſtrant, quem ἀκοίμητον, & perſpicacem eſſe oportet. Hi omninò barbari, qui ſe à cane regi patiuntur. deprauatos homines oſtendunt, qui abiecto rationis gubernaculo libidini obtemperant.

*Nil tibi conceſſit ratio?*

## XI. ALBANORVM MORTVI.

*Hæreticorum exequiæ.*

APVD Albanos piaculum eſt, curam ſuſcipere, aut mentionem facere mortuorum.

Ap. Barbaris Albanis ſunt ſimiles, qui neque pro defunctis orari, neque vlla pietatis officia curare volunt. *Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur*, Machab. Auguſt. lib. 1. de Ciuitate Dei, cap. 13. *Non ideo tamen contemnenda & abijcienda ſunt corpora defunctorum, maximeque iuſtorum, atque fidelium, quibus tanquam organis & vaſis ad omnia bona opera ſanctus vſus eſt ſpiritus.* Ad hæc Caſſiod. lib. 6. Var. 8. *defunctorum quinetiam ſacram quietem, æquabilia iura tuæ conſcientiæ commiſerunt, ne quis veſtita marmoribus ſepulcbra nudaret, ne quis columnarum decorem irreligioſa temeritate præſumeret, ne quis cineres alienos, aut longinquitate temporis aut voraci flamma conſumptos ſcelerata perſcrutatione detegeret, ne corpus, quod ſemel reliquerat moleſtias mundanas, humanas iterum pateretur inſidias.*

Strab. lib. 2. c. 347. n. 10.

## XII. ALBANORVM VICTIMA.

*Improborum felicitas.*

ALBANORVM multi diuino, vt arbitrabantur, ſed verè dæmoniaco inſtinctu correpti vaticinantur. Qui verò eorum furore vehementiore agitatus ſolus per ſyluas vagatur, hunc comprehenſum

dos, ſacra vincit catena, & opiparè per illum alit annum. Productus deinde ad rem ſacram vna cum alijs victimis mactatur vnguentis delibutus.

*Strab. lib. 2. pag. 346. num 50.*

APODOSIS.

Impij quaſi victimæ Albanorum potant, olent æternis ſupplicijs deſtinati.

*Minutius Felix in Octauio.*

*Miſeri quibus vltimus inſtat*
*Ille dies, feſta velantur fronde per vrbem.*

## XIII. ÆNEANES, ΑΙΝΕΙΑΝΕΣ.

*Auari.*

*Plutarch. in quæſt. Græc. 14.*

ILLI ſibi ex oraculo perſuadebant fore, vt patriam terram amitterent, ſi particulam aliquam largirentur.

AP. In auaros qui pecuniam recondunt, & nemini largiuntur, non ſecus ac ſi in vncia donanda ex aſſe bona eſſent amiſſuri. Et ita quidem clauſos omnibus volunt benignitatis fontes, vt quod eſt in ſordidi charactere apud Theophraſtum, μήτε ἅλας χρονύειν, μήτε ἐλλύχνιον: neque ſalem alijs commodent, neque ellychnium.

*Phædrus lib. 4. 77.*

*Tibi dico auare gaudium heredis tui:*
*Qui triſtis audis Muſicum citharæ ſonum,*
*Quem tibiarum macerat iucunditas,*
*Obſoniorum pretia cui gemitum exprimunt:*
*Qui dum quadrantes aggeras patrimonio,*
*Cælum fatigas ſordido periurio,*
*Qui circumcidis omnem impenſam funeris:*
*Libitina ne quid de tuo faciat lucrum.*

## XIV. AENEANI PATRIA EST NOVERCA.

*Soli natalis odium.*

VIRGINES ijs, qui Caſſiopæam bouem ducebant, ſolebant acclamare:

Μή ποτε νοσήσαιτε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.

*Num-*

*Nunquam redeatis dilectam in patriam terram.* *Plutarch.*
Et id ſibi lubenter acclamari audiebant, propter terræ duritiem, & ſterilitatem.

APODOSIS

In eos qui patriam lubenter relinquunt alibi melius victuri.

*Omne ſolum forti patria eſt, vt piſcibus æquor.*

## XV. ANGYLÆ.

*Impietas.*

ANGYLAE ſolos colunt inferos. Fœminas ſuas primis noctibus nuptiarum adulterijs cogunt patere, mox ad perpetuam pudicitiam legibus ſtringunt ſeueriſſimis. *Solin. Polyh. pag. 37.*

APODOSIS.

Typus impietatis expreſſus, ſi addas Valerij Flacci lemma.

*Alijs Rex Iuppiter oris.*

## XVI AQVITANORVM REGVM IMPERIVM.

*Inconſtantia rerum humanarum.*

ASTRAEVS oculorum ſuorum incremento atque decremento, lunæ deſignabat alternationes, inde Aquitanis Regibus chariſſimus fuit, quod contentionem inter eos dirimeret, qui iuxta lunæ viciſſitudines ſuccedebant imperio. *Antonius, Diog.*

APODOSIS.

Res humanas luna mutabiliores perpetua vertigine alternat inconſtantis fortunæ rota. Cuius lubrica ſi dicere quiſquam velit, quàm varia ſint & aſſidua, arenarum numerum idem iam deſpiciens, & montium pondera ſcrutari poterit. Amm. Marcel. οὐδὲν τῶν γενέσει βέβαιον, τροπὰς καὶ μεταβολὰς ἀναγκαίας τὰ γενητὰ δέχεται. Nihil in rerum natura firmum eſt: mutationes & viciſſitudines neceſſarias res humanæ habent. *lib. 14. Philo. lib. de mundi opificio.*

fectis ad illas ædes prætoribus, inclinati iuuenes adhuc nauſeabundi ijs qui interrogabant magiſtratibus reſponderunt, tempeſtate ſe vexatos nauis alleuandæ cauſa ſarcinas deieciſſe in mare. Mirantibuſque prætoribus tantum ſtuporem, vnus qui ex ijs natu maior videbatur: Ego, inquit, viri Tritones ſub infimo nauis tabulato, quam maximè licuit abditus, iacui. Poſtremò, ſeruati, ſtatuas inter deos marinos promiſerunt iudicibus.

Athen. l. II.

APO. Ebrietas mentem ſtupore confundit, & nouos mundos fingit, nouas rerum ſpecies, noua monſtra.

Lucret. li. 4.

*Cùm vini vis penetrauit*
*Acris, & in venas diſceſſit diditus ardor:*
*Conſequitur grauitas membrorum, præpediuntur*
*Crura vacillanti tardeſcit lingua, madet mens:*
*Nant oculi: clamor, ſingultus, iurgia gliſcunt.*

## LXXV. TRIVMPHVS CALIGVLÆ.

*Vana gloria, ſeu res humanæ.*

CAligula, deficiente belli materia, paucos de cuſtodia Germanos traijci, occulique trans Rhenum iuſſit: ac ſibi poſt prandium quam tumultuoſiſſimè adeſſe hoſtem nunciari. Quo facto proripuit ſecũ amicis, & parte equitum Prætorianorum, in proximam ſyluam, truncatiſque arboribus, & in modum trophæorum adornatis, ad lumina reuerſus, eorum quidem, qui ſequuti non eſſent, timiditatem & ignauiam corripuit; comites autem, & participes victoriæ nouo genere, ac nomine coronarum donauit; quas diſtinctas Solis ac Lunæ, ſyderumque ſpecie exploratorias appellauit; & cætera plane Caligula digna. Poſtremo quaſi perpetraturus bellum, directa acie in littore Oceani ac baliſtis, machiniſque diſpoſitis nemine gnaro ac opinante quidnam cœpturus eſſet, repentè vt conchas legerent, galeaſque, & ſinus replerent,

impe-

Digitized by Google

imperauit, ſpolia Oceani vocans Capitolio Palatioque debita. Et in indicium victoriæ, altiſſimam turrim excitauit, ex qua, vt ex Pharo, noctibus ad regendos nauium curſus, ignes emicarent. Pronuntiatoque militi donatiuo centenis viritim denarijs, quaſi omne exemplum liberalitatis ſupergreſſus: Abite, inquit, læti, abite locupletes, conuerſus hinc ad curam triumphi, præter captiuos, & transfugas Barbaros, Gallorum quoque proceriſſimum quemque, & vt ipſe dicebat, ἀξιοθριάμβευτον, ac nonnullos ex principibus legit ac ſepoſuit ad pompam, coëgitque non tantum rutilare, & ſubmittere comam, ſed & ſermonem Germanicum addiſcere, & nomina Barbarica ferre. *Tranquill. c.45.46.47*

AP. Quis riſum teneat de triumphatore illo hypobolimæo audiens? Num verò ſimiles ſunt res humanæ, in quibus & ſpecies, & tituli, & tumultus multus, cum ipſæ ſint planè nihil.

*Heu primus quis fuit ille,*
*Auri qui pondera tecti*
*Gemmaſque latere volentes*
*Pretioſa pericula fodit?*

*Boet. Metr. 5. lib. 2.*

## LXXVI. TROPHAEVM THEBANORVM AEREVM REPREHENDITVR.

*Inimicitias æternas eſſe non debere.*

CVM Thebani Lacedæmonios bello ſuperauiſſent, & ferè mos eſſet Graijs, cùm inter ſe bellum geſſiſſent, vt ij qui viciſſent trophæum aliquod ſtatuerent, victoriæ modo in præſentia declarandæ cauſſa, non vt in perpetuum belli memoria maneret, æneum ſuſtulerunt trophæum. Accuſantur apud Amphictyonas, id eſt apud commune Græciæ concilium, quòd æternum inimicitiarum monumentum, Graios de Graijs ſtatuere non oporteret. *Cic. 2. de Inuentione.*

APODOSIS.

Caſſiod. 4. Var.

Pudeat Chriſtianos qui æternæ inimicitiæ ſcelerata figunt trophæa.

*Crudelitatis genus eſt vltra naufragium velle deſæuire.*

---

## LXXVII. VALERIA DENTATA.

*Calumnia.*

VALERIA cum dentibus nata exitio ciuitati fuit; in quam deportata eſt. Pl. l. 7. c. 16.

APODOSIS.

Exitiales ſunt hominum generi, qui vix nati iam mordere famam bonorum & lacerare incipiunt. Quamobrem periculum eſt, ne in quamcunque deuenerint ciuitatem aut hominum cœtum, maledictorum virus effundant, & in perniciem bonorum graſſentur, ὡς ἄρα οὐδέν τι διαβόλου γλώττης χείρισον ἐν ἀνθρώποις ἕτερον κακόν.

---

## LXXVII. ZOROASTRES AB ASTRIS INCENSVS.

*Scrutator maieſtatis oppreſſus.*

ZOROASTRES, qui ita appellari voluerat, cùm prius Zarades diceretur, ſe ζῶον ἄστρων ictitans, dùm curioſius vim cœli & aſtrorum ſcrutari conatur, ab iiſdem incenſus eſt.

APODOSIS.

Procul à Ioue, & fulmine. Cadit in hoc argumentum quod habet Nicetas de Theologis Græcis, qui cùm curioſius de incarnatione apud Comnenum Imperatorem diſputarent, repentè alieno anni tempore ingens tonitru exauditum eſt tanto fragore, vt nonnulli in terram collaberentur, tum Elias aperto libro de terræ motibus & tonitruis, ſcriptum inuenit, πτῶσις σοφῶν. Caſus ſapientum.

LXXIX.

## LXXIX. PES LIGNEVS IN AVREA CREPIDA.

*Vanitas miſera & inepta.*

FVit in Aſia vir opulentus, cui calamitoſo caſu, cum per niuem iter faceret, putrefactus frigore, ſturis vterque pes deperierat. Ille tam miſerabilem ortunam expertus infelicitatem ſolari cupiens, li-neos pedes truncis accommodabat, ac calceis indu-is vndique ſeruis innixus incedere gaudebat. Vbi oc inſuper ridiculum comminiſcebatur: Crepidas ulcherimas ſemper & nouas, cura erat ſumma mer-ri, vt ita calceis ſpecioſis ligna ſua nempe pedes, nſpicuos faceret. *Lucian. aduerſ. indoct.*

APODOSIS.

His aſſimilia facere dicit, qui cum ſint clauda men- & ficulneis ſenſibus, χωλὴν κὴ συκίνην γνώμην ἔχοντες, veſtibus libris, ædibus ſpecioſis, & reliquo rerum humanarum choragio ſtudent enitere.

# PARABOLARVM HISTORICARVM LIBER QVINTVS:

## *RITVS GENTIVM.*

### I. ÆGINETARVM SEPVLCHRVM.

*Hypocriſis, vel Arrogantia.*

ÆGINETAE, cùm erubeſcerent ſe abſuiſſe à prælio Platæenſi, ſuis mortuis, qui nulli erant, ſumptuoſi operis ſepulchrum excitarunt, vt apud poſteritatem fortitudinis laudem captarent. Vide *Herod. lib.* 9.

APODOSIS.

In eos, qui ſpecioſis titulis ornant parietes, cùm ipſi fumus ſint. & nihil: quos diſertè ait Plato,

Περαιτέρω κόνεως κεῦτκ μἄυοις τὸ φύσημα.

Infra cinerem etiam ſuperbire.

### II. ÆGYPTIORVM FVNERATIO.

*Gulæ deteſtatio.*

ÆGYPTII, quoties medicatum aliquod funus apparabant, ex primis nobilitate mortuum condientes, ſeorſum eximebant ventriculum, eumque in arcula ſeponebant, deinde cùm pollinctor elato funere cadauer ad Solem conuertiſſet, defuncti nomine Solem cœleſteſq; omnes inſigni elogio conteſtabatur:

Digitized by Google

: Sol rerum domine, voſq; cœlites, qui morta- lucis vſuram largimini, me accipite,& cœleſti- ɔntubernalem addite, equidem piè,ac religioſè ɿa à maioribus mihi commonſtrata ſemper dū rcolui, geniture meæ authores ſemper hono- hominem occidi neminem, aut depoſito frau- nec aliud quicquam infandum patraui. quod ſi me patratum eſt edendo, bibendove, quod non ɛrit, id omne non mea, ſed huius cauſa com- ı eſt, ſimulque cum dicto arcam in qua ventri- tat conditus, in profluentem proijciebat, cor- quum vt purum & labis immune condiens. ı. *τὸν νεκρὸν ἀνατέμνοντες ἔδειξαν τῷ ἡλίῳ, εἶτα ἱεἰς τὸν ποταμὸν κατέβαλον.* *in conuiuio ſeptem ſapientum.*

APODOSIS.

ɔarabola gulæ pernicies. & deteſtatio pulchrè ıtur. *Horat. Sat. 7. lib. 2.*

*Obſequium ventris mihi pernicioſius eſt.*

---

## AEGYTIORVM SCELETVS.

### *Mortis memoria.*

VMFEREBATVR apud Aegyptios inter la ſceletus, hoc eſt, corporis oſſea duntaxat extantis effigies, in memoriam Mancrotis ıiunt) alumni quem annis innocentibus im- ıorte fata præripuerunt. *Herod. lib.* 2. Pe- ı Satyrico huiuſce moris quoque meminit, affert non illepidos, qui in hoc ſpectaculo ır.

*ıos miſeros, quàm totus homuncio nil eſt:*
*ıus cuncti poſtquam nos auferet orcus.*
*viuamus dum licet eſſe benè.*

etiam illud antiquæ Philoſophiæ myſte- Romani ex Numæ inſtitutis eandem deam ı ſimul & funerum præſidem fecerint Ve- uæ alio nomine dicitur Libitina, vt inue-

 nirent

Digitized by Google

*Venus ſepulchralis. Plutarch. in ἐρωτικῷ.*

rent φθαρτὸν εἶναι τὸ γεννητὸν, & ianuam mortis ipſam fermè vitam eſſe. Delphis quoque ſimulachrũ Veneris ſepulchralis Ἀφροδίτης ἐπὶ τυμβίοις, cernebatur:

## IV. AETHIOPVM CRISTIANORVM MOS.

### Πάντα Κόνις.

*Sab. l. 4. c. 4.*

AETHIOPVM Chriſtianorum maioris ordinis Antiſtitibus, non crux modo, ſed vas etiam aureum terra refertum præferri ſolet, vt hoc inſpectum homines ſuæ admoneat mortalitatis.

### APODOSIS.

Hoc ſymbolo ſignificatur conditionis humanæ fragilitas, & noſtra mortalitas. Rectè in veteri quodam Epitaphio quod citatur à Delrio in adagialibus ſacris homo appellatur.

*Vas Cinerum.*

*Dic homo vas cinerum quid confert flos facierum?*
*Copia quid rerum? mors vltima meta dierum.*

## V. AETHAEVS VENATOR.

### *Opera irrita.*

*Vide Cæl. Rhodigin.*

AETHAEI venatores, quaſi inuita Diana venentur, captant ſemper, capiunt nihil. Nam vt Sicilia vndique vernat floribus, eorumdem fragrantia canis alioqui ſagacis nares ita hebetantur, vt odoratu carere videatur.

### APODOSIS.

Egregiè cadit in concionatores, qui apud delicatos & voluptuarios homines agunt. Ex quo fit, vt vernantium illic deliciarum laſciuia non modo homines oblectari à rebus ſeriis abducantur: ſed ipſorum doctorum langueſcat induſtria: malè cum auſteritate virtutis, & compunctione cordis congruunt deliciæ. Ἀδύνατον ἀναμίξαι ὕδατι πῦρ, οὔ τως, οἶμαι, τρυφὴν, καὶ κατάνυξιν.

*S. Cryſ. l. 1. de comp. cor.*

VI.

## I. ÆGITIORVM SAIREI.

*Natalis Chriſti typus.*

TVM erat apud Ægyptios, quod Sairei ſiue
:um lætitiæ nominabatur, in honorem Serapi-
uem Solem interpretatur, inſtitutum. Hoc, o-
lucem ſolenni gratulatione ſalutabant: memi-
tarch. ὅτι τὴν ἑορτὴν Αἰγύπτιοι τὰ χαρμόσυνα.
καλοῦσιν. *In Iſide & Oſiride.*

Verè Χαρμοσύνης, lætitiæ feſtum eſt Natalis
;, quo diſſipatis errorum tenebris, nobis prima
næ lucis crepuſcula illuxerunt. Idcircò à D.
tomo dicitur: ἡ πασῶν ἑορτῶν σεμνοτάτη, καὶ
ίτη, ἣν οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι μητρόπολιν πασῶν
ὸν, προσειπών, *omnium ſolennitatum auguſtiſ-
maximè ſtupenda, quam haut errarit qui me-
ſtorum omnium dixerit.* *Hom. 31. de beato Phil.*

## ÆGYPTIORVM VICTIMA.

*Puritas.*

DODES Ægyptiorum, ſi vnum dum taxat
n boue nigrum viderint, immundum cen-
. *Herod. l. 2.*

æc parabola è ſacris Ægyptiorum deducta,
inceram cordis munditiem, in quo nihil ſit
Oportet ad numen accedentes cithari pi-
ɔere, τὴν καρδίαν λευκὴν καὶ πλατεῖαν. Athen.
ɔoſoph. *Cor candidum & amplum.*

## THIOPES SOLEM ORIEN-TEM DETESTANTVR.

*Improbi oſores virtutis.*

OPES nonnulli Orientem Solem dete-
r, & eo emergente in paludes ſe condunt. *Strab. l. 17. num. 565.*

AP. Improbi lucem virtutis, & bonorum operum non ferunt.

Κλεπτῶν γὰρ ἡ νὺξ, τῆς δὲ ἀληθείας τὸ φῶς. Furum nox eſt, lux veritatis. *Euripides.* Sic in fabula Ranæ Solis nuptias exeċrantur:

*Clamorem Ranæ ſuſtulere ad ſidera.*
*Conuitio permotus quærit Iupiter*
*Cauſſam querelæ, quædam tum ſtagni incola,*
*Nunc* (inquit) *omnes vnus exurit lacus,*
*Cogitque miſeras arida ſede emori:*
*Quidnam futurum eſt ſi crearit liberos?*

## IX. AETHIOPVM CADAVERA.

*Hypocriſis.*

*Herod. l. 3.* AETHIOPES exſiccata cadauera gypſo inducunt, pingunt, & cippo vitreo operiunt, quid ornatius? imò quid turpius?

AP. Magnificis tectorijs hypocritæ celant vitia: quos ideò Chriſtus Dominus ſepulchra dealbata nobili icone denominat. Sed viperæ in auro quoque & electro ſepultæ hanc vanitatem redarguunt.

*Mart. epig. lib. 4.*

*Flentibus Heliadum guttis dum vipera ſerpit,*
*Fluxit in obſtantem ſuccina gemma feram:*
*Quæ dum miratur pingui ſe rore teneri,*
*Concreto riguit vincta repente gelu.*
*Ne tibi regali placeas Cleopatra ſepulchro,*
*Vipera ſi tumulo nobiliore iacet.*

## X. AGRIOPHAGORVM, ET SAMBRORVM REX.

*Vigilantia, & ratio libidini ſubiecta.*

*Sol. Polyhiſt. pag. 93. edit. Pict.* OCCIDENTEM verſus Agriophagi tenent, qui ſolas Pantherarum & Leonum carnes edunt, rege prædìti, cuius in fronte oculus vnus eſt. Sambris verò proximi ſummam regiæ poteſtatis Cani tradunt, de cuius motibus quidnam imperitet augurantur.

AP.

Digitized by Google

Ap. Illi regem Imperij oculum demonſtrant, quem ἀκοίμητον, & perſpicacem eſſe oportet. Hi omninò barbari, qui ſe à cane regi patiuntur, deprauatos homines oſtendunt, qui abiecto rationis gubernaculo libidini obtemperant.

*Nil tibi conceſſit ratio?*

## XI. ALBANORVM MORTVI.

*Hæreticorum exequiæ.*

Apvd Albanos piaculum eſt, curam ſuſcipere, aut mentionem facere mortuorum.

Ap. Barbaris Albanis ſunt ſimiles, qui neque pro defunctis orari, neque vlla pietatis officia curare volunt. *Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur*, Machab. Auguſt. lib. 1. de ciuitate Dei, cap. 13. *Non ideo tamen contemnenda & abijcienda ſunt corpora defunctorum, maximeque iuſtorum, atque fidelium, quibus tanquam organis & vaſis ad omnia bona opera ſanctus vſus eſt Spiritus.* Ad hæc Caſſiod. lib. 6. Var. 8. *defunctorum quinetiam quietem, æquabilia iura tua conſcientiæ commiſerunt, ne quis veſtita marmoribus ſepulchra nudaret, ne quis columnarum decorem irreligioſa temeritate adimeret, ne quis cineres alienos, aut longinquitate temporis aut voraci flamma conſumptos ſcelerata perſcrutatione detegeret, ne corpus, quod ſemel reliquit moleſtias mundanas, humanas iterum pateretur inquietudines.* Strab. lib. 2. p. 347. n. 10.

## XII. ALBANORVM VICTIMA.

*Improborum felicitas.*

Albanorvm multi diuino, vt arbitrabantur, ſed verè dæmoniaco inſtinctu correpti vaticinabantur. Qui verò eorum furore vehementiore agitatus per ſyluas vagatur, hunc comprehenſum

dos, ſacra vincit catena, & opiparè per illum alitannum. Productus deinde ad rem ſacram vna cum alijs victimis mactatur vnguentis delibutus.

*Strab. lib. 2. pag. 346. num 50.*

APODOSIS.

Impij quaſi victimæ Albanorum potant, olent æternis ſupplicijs deſtinati.

*Minutius Felix in Octauio.*

*Miſeri quibus vltimus inſtat*
*Ille dies, feſta velantur fronde per vrbem.*

## XIII. ÆNEANES, AINΕIANΕΣ.

*Auari.*

*Plutarch. in quæſt. Græc. 14.*

ILLI ſibi ex oraculo perſuadebant fore, vt patriam terram amitterent, ſi particulam aliquam largirentur.

AP. In auaros qui pecuniam recondunt, & nemini largiuntur, non ſecus ac ſi in vncia donanda ex aſſe bona eſſent amiſſuri. Et ita quidem clauſos omnibus volunt benignitatis fontes, vt quod eſt in ſordidi charactere apud Theophraſtum, μήτε ἅλας χρωννύειν, μήτε ἐλλύχνιον: neque ſalem alijs commodent, neque ellychnium.

*Phædrus lib. 4. 77.*

*Tibi dico auare gaudium heredis tui:*
*Qui triſtis audis Muſicum citharæ ſonum,*
*Quem tibiarum macerat iucunditas,*
*Obſoniorum pretia cui gemitum exprimunt:*
*Qui dum quadrantes aggeras patrimonio,*
*Cœlum fatigas ſordido periurio,*
*Qui circumcidis omnem impenſam funeris:*
*Libitina ne quid de tuo faciat lucrum.*

## XIV. ÆNEANI PATRIA EST NOVERCA.

*Soli natalis odium.*

VIRGINES ijs, qui Caſſiopæam bouem ducebant, ſolebant acclamare:

Μή ποτε νοσήσαιτε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.

Num-

*Nunquam redeatis dilectam in patriam terram.* *Plutarch.*

d ſibi lubenter acclamari audiebant, propter terræ
itiem, & ſterilitatem.

APODOSIS

n eos qui patriam lubenter relinquunt alibi me-
victuri.

*mne ſolum forti patria eſt, vt piſcibus æquor.*

## XV. ANGYLÆ.

*Impietas.*

NGYLÆ ſolos colunt inferos. Fœminas ſuas *Solin. Polyh.*
rimis noctibus nuptiarum adulterijs cogunt *pag. 37.*
atere, mox ad perpetuam pudicitiam legibus
unt ſeueriſſimis.

APODOSIS.

pus impietatis expreſſus, ſi addas Valerij Flacci
a.

*lijs Rex Iuppiter oris.*

## VI AQVITANORVM REGVM IMPERIVM.

*Inconſtantia rerum humanarum.*

RAEVS oculorum ſuorum incremento ac
e decremento, lunæ deſignabat alternationes, *Antonius,*
quitanis Regibus chariſſimus fuit, quod con *Diog.*
em inter eos dirimeret, qui iuxta lunæ viciſ-
s ſuccedebant imperio.

APODOSIS.

ımanas luna mutabiliores perpetua vertigine
inconſtantis fortunæ rota. Cuius lubrica ſi
ſquam velit, quàm varia ſint & aſſidua, are-
umerum idem iam deſpiciens, & montium
ſcrutari poterit. Amm. Marcel. οὐδὲν τῶν *lib. 14. Phi.*
βέβαιον, τροπὰς καὶ μεταβολὰς ἀναγκαίας τὰ *lib. de mun-*
κεται. Nihil in rerum natura firmum eſt: *do opificio.*
es & viciſſitudines neceſſarias res humanæ



Digitized by Google

## XVII. ARABIAE SACRI.

*Caſtitas Sacerdotum.*

FERVNT non amplius eſſe 300. familias in Arabia, quæ commercium thuris exercent, & id iuris per ſucceſſiones ſibi vendicent, ſacros ob id vocari thurilegos, nec congreſſu fæminarum funerumque cum incidant eas arbores aut metant, pollui. *Pl. nat. hiſt. l.* 12. *c.* 14. Pene ſimile habet de cinnamomo Aethiopum Solinus.

APODOSIS.

Caſtos eſſe oportet qui orationes thymiama Dei offerunt.

*Caſta placent ſuperis.*

Ambroſius Petro Subdiacono Siciliæ: Nullus debet ad altaris myſterium accedere, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum myſterium, fuerit approbata.

## XVIII. ARGIVORVM ΥΒΡΙΣΤΙΚΑ,

*Viri muliebres.*

ARGIVAE mulieres, cum Thelesilla duce contra Cleomenem Lacedæmoniorum regem in ſuæ vrbis obſidione fortiter pugnaſſent, bellicis monumentis honeſtatæ, id inſuper habuerunt, vt quotannis ὑβριστικὰ celebrarent, in quibus chlamydatæ mulieres incedebant, viri pallijs muliebriter induti cernebantur. *Plutar. in Arg. ibid.*

APOD. Parabola ſugillat viros muliebri animo.

Ἀχαιΐδες οὐκ ἔτ' Ἀχαιοί.

*Vos etenim Iuuenes animum geritis muliebrem,*
*Illaque virgo viri.*

Immane templum (vt ait Accius) obuallatum oſſibus, ſed ſine animo, ſine quo anima eſt nihil.

XIX.

## XIX. ARIANVS SPONSVS.

*Labor ante fructum bonorum.*

Pvd Arianos ( populi ſunt Perſarum finitimi) nemo vxorem ducit niſi prius hoſtis amputa- caput detulerit ad regem, Rex caluaria in regio iuro poſita, linguam minutatim ſecans, cum a miſcens prius deguſtatam, ei qui attulit, & fa- tribus edendam præbet. Swab. l. 15. pag. D. a 10.

APODOSIS.

ς δ' ἀρετῆς ἱδρῶ τα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν. άνατοι. Heſiod.

nquit, ſudorem poſuerunt ante virtutem, & la- n ante fructum voluptatis.

## ATHENIENSIVM IVDICVM CRVENTA SVBSELLIA.

*Iudiciorum circumſpectio.*

henienses vt innumeros in re iudiciaria us, tum illum non poſtremum habuerunt, quo idicum conſeſſum porcellum mactari iube- anquam expiatoriam victimam; mox rore ieo ſedilia leniter reſpergi veteri conſuetu- eptum erat. Vide Sigon.

APODOSIS.

Icircò ſanguini inſidebat, vt memores eſſent ita & ſanguine hominis cernere, quem ſi in- rofunderent, ſcirent ſe ita reſperſum iri hoc vt ſubſellia in quibus ſedebant porcelli ſan-

κ δίκης κατ' ὀρᾶ πάντα τὰ γινόμενα.

XXI.

Digitized by Google

## XXI. BOETICORVM ORACVLVM

*Conſilium malum conſultori pessimum.*

Strab. lib. 8. BOEOTIS Oraculum ſciſcitantibus, antiſtita reſpondit, ἀσεβήσαντας εὖ πράξειν. rebus vſuros ſecundis ſi impiè agerent, quo accepto mulierem in rogum coniiciunt, ratiſi oraculum mala fide edidiſſet, hanc pœnam demereri: ſi bona, ſe ex oraculo facturos, cremantes ſacerdotem, quod maximè impium videbatur.

APODOSIS.

Exuritur quæ conſilium dedit impietatis: ſic
*Sæpe in magiſtrum ſcelera redierunt ſua.*

## XXII. BALEARICORVM VICTVS

*Labor ante fructum bonorum.*

Strab. lib. 3. BALEARICI funditores ſunt ſupra cæteros inſignes, vt qui tres fundas circa caput geſtant, ad omnimodam iaculorum emiſſionem, neque puerulis panem alia conditione dare ſolent, quàm ſi funda ſcopum tetigerint.

APODOSIS.

Saluſt. Phil. Vigilando, agendo, benè conſulendo, proſperè omnia cadunt: mala mille hominem affligunt, cui ſegne & inutile corpus: neque vnquam ignauia immortalis factus eſt. ἀρχὴν γοῦν, εἰδέναι τ' ἀληθῶς εἰπεῖν, παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ ἀρετῆς πάσης ὁ Θεὸς ἀνέδειξεν ἀνθρώποις, πόνον. Omnis felicitatis, omniſq; virtutis principium ſi verum dicendum eſt, laborem Deus oſtendit mortalibus: addit, ſicut ſine luce videre non poſſumus, quia nec colores, nec oculi ad videndum ſufficiunt hanc enim ceu vinculum natura præparauit, quo coaptaretur colori oculus: nam in tenebris venter ſuam vim exerit. Eodem modo, τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα τῶν κατ' ἀρετὴν πράξεων ὁτιοῦν ἀντιλαμβάνεσθαι ἀδύνατον,

ᾗ, μὴ προεγχρισάμενον ὥσπερ φωτὶ σιμεργῷ τῷ πό-
Animæ oculus nullam virtutis actionem poteſt
ctare, niſi à labore, ſeu luce adiutus. *Philo lib. de*
*ſ. Abel, & Caini, ed. Col. Allob. pag.* 140. Et hic
a habet de labore.

XIII. BARBARORVM NOVI ORBIS MOS.

*Illiberalitas erga Deum.* *Ex hiſt. de novo Mundo.*

RBARI in nouo orbe inueniuntur, qui patria
eramenta, hoc eſt, detritos calceos, montibus
dedicant, vt proſperum iter obtineant.

Apodosis.

ſidi ſunt & illiberales, qui ætatis primitias
& voluptatibus mancipant: Reliquias de-
itæ, quaſi veteramenta Deo conſecrant. Quid
aliud quàm quod aiebat Phryne, τρύγα τὸ
πωλεῖν. Fæcem pulchritudinis venderet?
*m & molle lutum es, nunc nunc properandus,*
*& acri*
*endus ſine rota.*

XIV. BRACHMANVM AVDITORIVM.

*Modeſtia diſcentium.*

TORI Brachmanum non licet nec loqui, *Strab. li. 15.*
reare, aut exſpuere alioqui per diem illum
udit vt incontinentem ferunt.

Apodosis.

euerentiam diſcant adoleſcentes maximè
ſcholis, quibus calor ætatis non ſinit ſer-
m.
...ῶν ἀεργῶν, χεῖρα δ' ἐργάτην φέρειν.

XXI.

## XXV. CAVNIORVM THEOMACHIA.

*Impietas.*

Herodot. l. 1.

CAVNII ſumptis haſtis aërem ferientes ad Calyndices vſque montes ſe peregrinos Deos expellere dictitabant, quorum iam ſacra erant pertæſi, cum antea recepiſſent.

APODOSIS.

Quid eſt aliud pugnare cum Deo; quàm diuinæ voluntati reſiſtere? Talis ille Amycus apud Valerium Flaccum.

Argon. l. 4.

*fuga ſub terras, fuga nulla per oras,*
*Nec lachrymæ, nec fortè preces, ſuperiue vocati*
*Pectora noſtra mouent: alijs Rex Iuppiter oris.*

## XXVI. CERCETVM NAVICVLARII

*Magiſtratuum ignauiâ caſtigata.*

Nicol. Damaſ. de mor. Gentium.

CERCETES, vt rem nauiculariam magnifaciunt; ita in pigros nautas ſeuerè animaduertunt. Nam ſi quis ſcapham regens aberrarit, & vectores in diſcrimen adduxerit, hunc ſinguli accedentes conſpuunt, & omni contumelia afficiunt.

APODOSIS.

Paſtores & magiſtratus ſignificantur, qui ſi Reip. vel Chriſtianæ vel ciuilis clauum cui ſunt affixi, benè feliciterque rexerint, magnam laudem conſequentur: Sin autem negligentia ſalutem animorum vel popularium ſuæ fidei commiſſam produnt; æternas ignominiæ notas ſubeunt. Μέγιςα τῶν ἀνθρώποις ὅςι δῶρα Θεοῦ, παρὰ τῆς ἄνωθεν δεδομένα φιλανθρωπίας, ἱερωσύνη τε καὶ βασιλεία, inquit Iuſtinian. in authent, idque ad tutelam & ſalutem mortalium, non ad ſocordiam.

XXVII.

Digitized by Google

## XVII. CHALCIDICÆ COENÆ PROOEMIA.

*Exordia vel initia ſplendida.*

EGESANDER refert, Dromeum paraſitum, uidam interroganti, an cœnæ lautiores eſſent , an in Chalcide: reſpondiſſe, prooemium cœn in Chalcide elegantius ac iucundius eſſe, quã vrbis apparatum: τὸ πρόιμιον τῶ ἐν Καλκίδι ν χαριέστερον εἶναι τῆ ἐν ἄστει παρασκευῆς.

APODOSIS.

rdia ſæpè plus habent elegantiæ, quàm reli- corpus orationis, initia plerumque ſplendida, ionem, aut rem, aut opus totum ſuperant: imò oſtquàm feliciter incœperunt, veluti hebe- induſtria media & finem corrumpunt.

*In fine ne corrumpas.*

## III. CIMMERII ΚΙΜΜΕΡΙΟΙ.

*Plut. de ſuperſtit. 295. Quod remittebatur ad hunc locum de Crocodylo & Scorpio, vide ſuo ordine in animalibus.*

*Vitiorum propriorum ignoratio.*

IERII non modò tenebris oppleti ſunt, ſed olem in mundo eſſe, & alijs lucere negant.

APODOSIS.

*ſe auarum intelligit, nemo cupidum: Caci tam quærunt: non ſine duce erramus & dicimus. mbitioſus ſum, ſed nemo aliter, Romæ poteſt viuere.*

*Senec. ad Lucil. ep. 50.*

## CLIMACIDES. ΚΛΙΜΑΚΙΔΕΣ.

*Adulatio turpis & ſeruilis.*

mulieres viliſſimæ conditionis, quæ Cy a Regum vxoribus in rhedam aſcenſuris ernebant: ταῖς γυναιξὶ τῶν βασιλέων ἀναβαι- ἁμάξας, δι' αὐτῶν ὑποκατακλινόμεναι παρα- *Athen. l. 6.*

*Pl. de diſcr. inim. ab adulatorib.*

### APODOSIS.

In turpiſſimos adulatores, qui indecorum nihil, aut facere ſe putant, aut pati, modò dominorum libidini placeant, quo ventris impudentiæ faciant ſatis. Benè Leo cani lauticias herilis menſæ iactanti:

*Apud Auianum.*

*Vade ait & meritis nodum ceruicibus inſer,*
*Compenſentque tuam vincula dura famem.*
*At mea cum vacuis libertas redditur antris,*
*Quamuis ieiunus quælibet arua peto.*
*Has illis epulas potius laudare memento,*
*Qui libertatem præpoſuere gulæ.*

---

## XXX. CNIDIORVM ORACVLVM.

*Nouitatis odium, ſeu leges antiquæ ſeruandæ.*

CNIDII cum Iſtmum ad inſulam efficiendam perfodere tentarent, reſponſum acceperunt ab oraculo Delphico.

*Herod. lib. 1.*

Ἰσθμὸν δὲ μὴ πυργοῦτε μηδ' ὀρύσσετε,
Ζεὺς γάρ κ' ἔθηκε νῆσον εἴκ' ἐβούλετο.

*Iſtmum ne molibus erigite, ne fodite, Iupiter enim inſulam feciſſet ſi vtiquè voluiſſet.*

### APODOSIS.

Standum Dei ordini, & veteribus inſtitutis: nihilque temerè nouandum eſt.

*Plautus in Trinumuiro*

*Moribus antiquis res ſtat Romana viriſquè,*
*Nam hi mores maiorum laudant,*
*Eoſdem lutilant quos collaudant: hiſce ego te artibus gratiam*
*Facio, neu colas, neu imbuas ingenium, meo modo, & moribus*
*Viuito antiquis quæ ego tibi præcipio, ea facito, nihil ego iſtos*
*Moror faceos mores, & turbidos, quibus boni dedecorant ſe.*

XXXI.

## XXI. CARINTHIORVM RITVS IN CREANDO DVCE.

*Ianua gloriæ humilitas.*

EMORATV digna ceremonia eſt, qua Carin-
hij ſibi Archiducem creant, eſt patens vallis ad
n oppidum, nec procul hinc eſt marmoreus
n patentibus pratis erectus: hunc cum Dux
us eſt, ruſticus hæreditario iure occupat, ad
m bouem habens fœtam nigri coloris, ad læ-
qua illi ſiſtitur ſtrigoſa, macieque inſigni, fre-
circa populus, agreſtiumque turba ingens;
dc futurus ex aduerſo mouet purpuratorum
dine ſeptus, præcedunt principatus ſigna;
; in toto comitatu egregiè culti præter futu-
cem. Is agreſti habitu, pileo tectus, calceos
ralem baculum gerens, paſtorem agit magis
incipem hunc venientem intuitus qui lapi-
inet, Illyrica voce (quæ illis vernacula eſt)
*eſt*, exclamat, *qui tam ſuperbè incedit*: Re-
multitudo: *principem regionis aduentare*: tum
*iſne iudex ſalutem patriæ quærens? liberæ con-
tignuſne honoris eſt? Chriſtianæ fidei cultor &*
clamatur, *eſt, eſt quidem & erit*. Rurſus idem:
*me iure hac à ſede dimouebis?* ait Comes
ducalis aulæ magiſter, *ſexaginta denarijs hic
emitur: iumenta hæc tua erunt (ad bouem
manum intendens) veſtimenta quæ dux
bis, eris tu cum tota domo liber*: quibus di-
us malam percutit alapa leniter incuſ-
ue ſimul æquum iudicem eſſe. Præmio-
abducto loco cedit. tum lapidem Dux
nudum gladium vibrans, populum af-
iceturque ſe æquum iudicem futurum;
aquam agreſti pileo delatam pota-
æ ſobrietatis argumentum: inde operari
ello *Diuæ Mariæ* vicino; quibus peractis



Digitized by Google

humili veſte depoſita, paludamentum induit, conuiuatur cum proceribus, poſtremo in apertum egreſſus pro tribunali ſedens ius dicit populo. Anno ſalutis 790. dux gentis Iugo nomine ingens conuiuium prouincialibus præparauit, & agreſtibus ad conſpectum ſuum intromiſſis in vaſis aureis atq; argenteis, nobilibus verò, ac magiſtratibus procul ab oculis collocatis, fictilibus miniſtrari iuſſit: interrogatus cur ita faceret, reſpondit: *non tam mundos eſſe qui vrbes & alta palatia, quam qui agros humilesq; caſas colerent. Ruſticis, qui Chriſti Euangelium accepiſſent candidas eſſe animas, nobilibus qui ſpurcitias idolorum ſequerentur, ſordidas ac nigerrimas: ſe ergo pro animarum qualitate inſtruxiſſe conuiuium.* Breui tempore caſtigati ea re nobiles, Chriſti fidem acceperunt, hinc honos inueſtiendi Principis ruſticis datus.

*Sab. l. 5. En. 10.*

AP. Præclare hoc ſymbolo demonſtratur *ianuam gloriæ eſſe humilitatem*, & pauperum curam, hiſque fundamentis nixam virtutem, ad ſummam honoris apicem euolare.

## XXXII. CRETENSIVM LEGES MVSICAE.

*Legibus nulla melior harmonia.*

CRETENSES pueri literas diſcebant, & τὰς ἐκ τῶν νόμων ᾠδὰς, leges numeris muſicis conditas: *Hæ primum rudibus hominum animis ſimplices erant, maximeq; fama celebrauit Cretenſium quas Minos, Spartanorum quas Lycurgus, ac mox Athenienſibus quæſitores, iam & plures Solon præſcripſit.*

*Strab. l. 10. de legibus. Iuſtin. l. 1.*

AP. Leges Muſicas habuerunt Cretenſes, an vt earum ſeueritatem numerorum ſuauitate leniſent? an vt bonarum legum optimam eſſe harmoniam oſtenderent? Henricus Magnus dicebat, nihil vetare, quominus regum liberi muſicorum audirent acroamata: muſicam autem diſcere, aut fidibus canere nolebat

eum

Digitized by Google

præſertim hæc ars nihil ijs præterquam ad ama-
i illecebras ſit profutura. Peſſimum documen-
& quod peruerſa naturæ contagione, celerius ir-
animo quàm magiſtri præceptis egeat. Regum
m propria in pace inſtrumenta, ſceptrum eſſe, &
m iuſtitiæ, in bello gladium: hæc ijsdem regiè
ida, hæc vtroque tempore vſurpanda prædica-
udentiæ, Iuſtitiæ, Fortitudinis, cæterarumque
m temperiem, regiam planè cantilenam eſſe
legum numeris illigatam, quam quiſque qua-
to ſolus canere poſſet.

## XIII. DIALIS RELIGIONES.

*Sacerdotum puritas.*

RAM, & carnem incoctam, & hederam, &
im, neque tangere Diali mos eſt, neq; nomi-
ipra enim obſcœna eſt, caro incocta, imperfe-
era Bacchi inſigne, faba feralis eſt.

APODOSIS.

lotes non modo à Veneris, Bacchique con- *Aratus Diaconus l. 2. in Act.*
puri ſunto, ſed imperfecta quæque, & fera-
reant.

*e nunc alma fides ſine fine pudicos*
*ces iubet eſſe ſuos & quærit in omni*
*ribu, quos ritè probet, nec ſanguinis iſte,*
*iti ſucceſſus erit.*

## XIV. EPHESIORVM EDICTVM.

*Improbitatis Regnum.*

11 Hermodorum eiecerunt, quod ſe fru-
e philoſopharetur, de quo ſic Heraclytus.
Epheſi qui ad puerum vſque ſtrangulen-
Hermodorum virum inter ipſos frugi eie-

 cerint,

cerint, addito: Ἡμέων μηδεὶς ὀνήϊστος ἔστω, εἰ δὲ μὴ ἄλλη τε καὶ μετ' ἄλλων. *Nemo noſtrum frugi eſto, ſin autem is alibi ſit, & inter alios.*

APODOSIS.

*Inquaeſt. Graecu.* Improbi ſocietatem bonorum non ferunt. Quod poteſt enim eſſe cum tenebris luci commercium? ſimile omnino eſt Laconicum edictum, cuius meminit Plutarchus, μὴ ἐξεῖναι χρηστοῖς ποιεῖν, *nemini liceat bonos facere.*

*per me ſint omnia protinus alba,*
*Perſ. ſat. 1.* *Nil moror, euge omnes, omnes, mire bene eritis res.*

---

## XXXV. EQVITES A BALNEO.

*Puritas ſtudioſorum.*

EQVITES à balneo in Anglia ſunt inſtituti non contemnenda ceremonia. Pridie enim quam initiarentur poſt diuinum officium ſub noctem ſecedebant in cubiculum, vbi lectus erat ſtratus, & labrum balneatorium velis opertum. In hoc abluebantur, vt hoc ſymbolo diſcerent munditiam animi & corporis ſtudioſiſſimè conſectari. Mane votis nuncupatis quibus ſe Deo & regi obſtringebant ad defenſionem religionis & imperii, lato inſignique pallio holoſerico coloris hyacinthini induebantur, gladioſque Deo conſecrantes aræ imponebant. *Ex libello de ordinibus militaribus.*

APODOSIS.

Simile eſt quod alibi diximus de pallio Philoſophico, ex eo ſtudioſi qui ſerio incipiunt Deo in ſtudiis militare intelligant, quanta mentis & corporis caſtimonia facere debeant.

*Caſta placent ſuperis pura cum veſte venite.*

XXXVI.

## XXXVI. FINNI VENTORVM VENDITORES.

*Fauor & aura popularis, ſeu vanitas.*

SOLEBANT aliquando Finni inter cæteros gentilitatis errores, negotiatoribus, in eorum littoribus contraria ventorum tempeſtate impeditis, ventum venalem exhibere, mercedeq; oblata, tres nodos magicos, non caſſioticos, loro conſtrictos eiſdem reddere, eo ſeruato moderamine, vt vbi primum diſſoluerent, ventos haberent placidos: vbi alterum, vehementiores: At vbi tertium laxarent, ſæuas tempeſtates paterentur. *Olaus Magnus l. 3. cap. 15.*

AP. Ventos illi vendunt, qui lubricam ſpeciem au- & fauoris humani, magna mercede & præſenti pompa flagitantibus addicunt.

*Tanta emitur mercede nihil.*

## XXXVII. FONTINALIA.

*Gratiarum actio.*

ONTINALIA feſtus erat dies Romæ, quo in fontes coronas proijciebant, puteoſque coronabant, quibus pellucidos liquores ad reſtinguendam ſiaccip erent, iiſdem gratiam referre hoc ritu vider, Vide *Varr. l. 5. de ling. Latina.*

. Æquum eſt eos, à quibus haurimus beneficia, & gratulatione perſequi. *Si aquam hauris; pu- orona.* Et,

ὺς χρεῖαν ἔχων ἐπιχεῖν μέμνησο ἔλαιον.

## XVIII. GALLORVM SOLDVRII.

*Amicitia fidelis.*

LAVS Damaſcenus lib. centeſ. decimo ſexto rat. Adiatomum regem Sotianorum (eſt auliæ natio) ſexcentos habuiſſe proximos, ſibi homines; Galli propria lingua Silodunos



Digitized by Google

Ath. l. 6. p. 249. Caeſ. l. 3. comment. Σιλοδούνους vocant, Græci εὐχωλιμαίους, Latinè *Deuotos* diceres, qui cum rege vitam agunt & moriuntur, nec eſt qui dicere poſſit, ex illis, amiſſo rege quempiam mortem vel expauiſſe vel recuſaſſe tergiuerſantem.

APODOSIS.

Amicitiæ fidelis & perpetuæ typus eſt in Soldurijs: quorum vnuſquiſque ſuo regi non tam verbis, quàm re prædicare poterat:

Ouid. 4. de Ponto.

*Et prius hanc animam vacuas reddemus in auras*
*Quamque fiat meriti gratia vana tui.*
*Da mihi, ſi quid ea eſt, hebetantem pectora lethen,*
*Oblitus potero non tamen eſſe tui.*

---

## XXXIX. GOTHORVM MOS.

*Principum dona & fauores ancipites.*

Olaus l. 8. cap. 7.

FIDEI integritatem in externis regijs aulis Gothiæ & Suetiæ, nunquam meriti ſunt, niſi ſtrictum gladium, vel pugionem, per cuſpidem principis manu, & munere fidelitatis iuramento præſtito, ſuſcepiſſent, ne capulo ſumpto ipſum gladium retorqueant in viſcera porrigentis.

APODOSIS

Duos admittit ſenſus: vel etiam fidem erga principes commendat: vel ipſa principum dona lubrica eſſe, & periculoſa oſtendit, vt quæ aduerſum mucronem intentent accipienti.

*Pro munere pœnam.*

---

## XL. GOTHORVM REGALIS MENSA.

*Præmium ex labore.*

GOTHORVM regibus erat in more poſitum, vt liberos ſua menſa non communicarent, antequam illi bellico facinore nobilitati ab aliquo exterorum principum adoptarentur. *Caſſiod. in epiſt.* Idem adoptabantur per arma, per arma (inquit) fieri poſſe filium

lium grande inter gentes conſtat eſſe præconium, *ex epiſtola lib.* 4. Olaus Magnus affert *ex Paulo Diacono l.* 8. *c.* 3. *citat Paulum lib.* 1. *c.* 23.

A P. Ex labore gloria efflorеſcit, indignus eſt Chriſtianus menſa Domini qui nullum vſquam virtutis in aduerſis rebus periculum fecit.

*Nec quiſquam fruitur veris odoribus.* *Claud. in*
*Hybleis apibus aut ſpoliat fauos,* *ep. Honorij*
*Si fronti caueat, ſi timeat rubos.*
*Armat ſpina roſas, mella tegunt apes.*
*Creſcunt difficili gaudia iurgio.*

## XLI. GRÆCORVM RITVS IN ΘΕΡΑΠΕΙΑ.

*Non ignara mali.*

HIPPOCRATES cùm fuiſſet mos liberatos morbis ſcribere in templo Dei Æſculapij quid auxi- *Plin.* 29. *c.* 1.
[...]um eſſet, vt poſtea ſimilitudo proficeret, exſcri[...]ſe ea traditur, atque vt Varro apud nos credit, iam [...]plo cremato inſtituiſſe medicinam hanc quæ Cli[...] vocatur.

APODOSIS.

[...]r eſt eos aliorum incommodis mederi qui iiſdem [...]ibus affecti fuerunt, ſecundum illud:
*[...]n ignara mali miſeris ſuccurrere diſco.*

## GYMNOSOPHISTÆ AD SOLEM.

*Contemplatio.*

[...]LOSOPHOS eorum quos Gymnoſophiſtas vo[...], ab exortu ad occaſum perſtare narrant, con[...] Solem immobilibus oculis, feruentibus are[...] die pedibus alternis inſiſtentes. *Plin.* l. 7. *pag.* 2.

[...]iorum & ſapientum imago. *Purior illos Solis [...]it, pretioſaque pabula libant.* Ambroſ. *Oratio [...]tatis & iuſtitiæ, eleemoſynarum operibus iuua[...]it mundum, penetrat paradiſum, euolat vſque ad* *Serm.* 64. *in nat. Sanct. Mart. Naz. & Celſi.*



Digitized by Google

*ad ſummæ maieſtatis conſpectum, & in eo ſuauiſſimè conquieſcit.*

## XLIII. HIPPONEÆ COROLLÆ.

*Labores alieni non vſurpandi.*

Strab. l. 6. HIPPONII magna pratorum fertilitas eademque amœnitas, ex quo Proſerpinam ex Sicilia in eundem locum veniſſe ferunt florum legendorum gratia: indeque morem eſſe matronis receptum, vt flores ipſæ legant, coronaſque nectant, turpeque ijs habeatur ad feſtos dies ſerta geſtare emptitia.

APODOSIS.

Non eſt honeſtum alienis laboribus frui in otio atque deſidia, & fucorum more laborioſarum apum mella diripere, quod Procopius l. 2. in Beliſarij perſona affert: οὐδὲ καλὸν τοὺς κηφῆνας μὲν ὑφ' ἑτέρων, πόνων μεγάλων ἀπολαύειν· ἄλλοις δὲ τοῦ μέλιτος οὐδεμιᾶς ταλαιπωρίας ὀνίνασθαι.

## XLIV. IBERI NYCTOBLEPÆ.

*Ignorantia, & cæcitas improborum.*

Phot. in bib. APVD Antonium Diognem in incredibilium libris de inſula Thule, mentio fit ciuitatis, cuius incolæ noctu quidem vident, interdiu cæcutiunt.

APODOSIS.

Nyctoblepæ, improbi: dies res cœleſtes: nox, res humanæ. Ita enim ſunt affecti qui ſe mundo mancipar unt, vt in negotijs tractandis, in re familiari augenda toti ſint lincei: in ijs, quæ ad ſalutem & futuram vitam attinent, liberide, quod aiunt, cæciores hebeſcant.

*Proh tantum pectora cæcæ*
*Noctis habent.*

XLV.

## XLV. IBERICARVM ZONA.

*Regulæ & leges omnium communes.*

IBERORVM mulieres habent zonam certæ menſuræ, intra quam ſi alicuius venter comprehendi nequeat, pro dedecore putant. Nicolaus Damaſc. Ἰβήρων αἱ γυναῖκες ἔχουσι μέτρον τῆς ζώνης, ἧς τὴν γαστέρα περιλαβεῖν ἂν μὴ δυνηθῶσιν, αἰσχρὸν ἡγοῦνται. *In Polyh.*

APODOSIS.

Ibericarum mulierum zonæ leges ſunt & regulæ ſine vlla diſtinctione perſonarum.

*Suo quiſque pede.*

## XLVI. IMPERATORIA IMAGO NON VIOLANDA.

*Caſtitas.*

SVB Tiberio capitale erat ad Auguſti ſimulachrum ſeruum cecidiſſe, veſtimenta mutaſſe, nummo, vel annulo effigiem impreſſam latrinæ vel lupanari intuliſſe. Cœnabat Paulus Prætorius in conuiuio quodam, imaginem Tiberij Cæſaris habens ectypam, & eminente gemma, rem ineptiſſimam fecero, ſi nunc verba quæſiero, quemadmodum dicam illum Metellum ſumpſiſſe. Quod factum ſimul & Maro ex notis illius temporis veſtigatoribus notauit. At ſeruus eius cui nectebantur inſidiæ, ei ebrio annulum extraxit. Et cùm Maro conuiuas teſtaretur, admotam eſſe imaginem obſcœnis, & iam ſubſcriptionem componeret, oſtendit in manu ſua ſeruus annulum. *De Imag. Imperatorû vide D. Greg. Nazianz. Suet. in Tib. ca. 58. Seneca lib. 3. de benefic.*

APODOSIS.

Agnoſce homo, cuius imaginem ectypam feras, cuius impreſſos vultus habeas. Nonne *ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Vt quid igitur Dei faciem ipſiſmet Angelis tremendam, inquinati corporis contubernio, & fœdis voluptatum commercijs decorare nitimur? D. *Ignatius* Martyr. ad Polycarp.

τηρεῖ σεαυτὸν ἁγνὸν ὡς Θεοῦ οἰκητήριον.

XLVII.

Digitized by Google

## XLVII. INDI AVRITI.

*Delatores Otacuſtæ.*

Cteſ. Ind. Phot. bibl. p. 93.

INDI ſunt (ſi modo Cteſiæ fabulatum concinnatori credendum) quorum aures adeò latæ ſunt, vt operiant humeros, τὸν νῶτον ἅπαντα συγκεκαλύπτειν.

APODOSIS.

Prouerbiali figura dicitur, vt in Otacouſtas omnia auribus aucupantes, vel in ſtupidos, quando aures longiores, & laxiores ſtuporis plerumque ſunt indicium, οἱ τὰ ὦτα μικρὰ ἔχοντες πιθηκώδεις, οἱ δὲ μεγάλα, ὀνώδεις. *Quicumque aures paruas habent, ſimiles ſunt: qui magnas, Aſinini.*

## XLVIII. INDORVM ANCHORA AVREA.

*Eloquentiæ ſanctitudo.*

INDI anchoram ferunt auream, qua caducæi vice vtuntur. Philoſt. in vita Apollonij lib. 3. c. 3. τὸν δὲ Ἰνδὸν χρυσῆν μὲν φέρειν φασὶν ἄγκυραν, ἣν νομίζουσιν Ἰνδοὶ κηρύκειον, ἐπὶ τῷ πάντα, ἴσχειν. Indum porro auream ferre anchoram dicunt, quam inſtar caducæi habent, quod omnia coerceat.

APODOSIS.

Indus orator: anchora aurea, eloquentia, qua ipſemet orator, vt Mercurius virga.

Virgil. 4. Æneid.

*——Animas euocat orco*
*Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit,*
*Dat ſomnos, adimitque & lumina nocte reſignat.*
*Illa fretus agit ventos, & nubila tranat.*

## XLIX. INDORVM DOLIA.

*Eloquentia.*

Phil. & p. 14. phot.

INDI habere dicuntur in dolijs ventos, & pluuias, quibus regionem vel compluant, vel exſiccent.

Apo-

APODOSIS.

Tales ſunt viri eloquentes qui flexanima illa facun-
,ita dominantur, vt modò animos liquefaciant mo-
inflamment, & pro ſuo arbitrio mutationem affe-
t. Itaque in eloquentis viri ſatellitio dicuntur eſſe
ti, tonitrua, & fulgura, ſicut illi,

*Cui militat æther.*

*Et coniurati veniunt ad claſſica venti.*

oc diſertè Lucanus proſequitur in poëmatio ad
hurnium Piſonem:

*ani tu ſiue libet pariter cum grandine nimbos*
*nſaque vibrata iaculari fulmina lingua, &c.*

## L. IVDICVM IMAGINES, ΑΧΕΙΡΕΣ.

*Iuſtitia.*

ΕΒΙS imagines fuere iudicum ſine manibus, i-
m Præſidijs, τοῦ Αρχιδικαστοῦ effigies conniuens *Plut. in Iſid. & Oſrid.*
. καταμύουσα τοῖς ὄμμασιν.

APODOSIS.

*ρος ἄμα δικαιοσύνη καὶ ἀνέντευκτος οὖσα.*
*tia vera donis & congreſſu hominum non corrumpi-*
*ur:* ſed-

*a nunc verè ſunt ſæcula plurimus auro* *Prop. l. 3.*
*enit honos; auro conciliatur amor;*
*pulſa fides, auro venalia iura;*
*urum lex ſequitur, mox ſine lege pudor.*

## LI. LYCHNOPOPOEIA.

*Increatæ ſapientiæ honor & gloria.*

PTII Mineruam Saitem, tum alijs in rebus
ma colunt veneratione, tum in eius hono-
iuerſarias ferias celebrantes feſtum conſe-
quod ſuo nomine Lychnopopœiam appel-
n verò ſolennitatis eius quotannis ſtatum
, ſolent alij quidem lychnos nauigijs
impo-

imponere & Nilo ad vrbem vſque Sain peruehi à quo vbi peruenerunt, ad templum in quo ſimulachrũ Deæ collocatum eſt, inter cætera quæ lex religionis dictat hoc diligenter curant, vt Lychnos accendant ſub dio circa ſcenas & porticus extremas, vnde fit vt Sais per totam illam noctem ſacro igne quaſi in medie Sole, illuſtretur.

*Themiſt. orat. 2. ad Imp. Conſt.*

Ap. Increato lucis fonti ob cœleſtis ſapientiæ donum gratiæ à viris mortalibus debentur immortales. Quod ſi Ægyptij Lychnopopœiam celebrant in honorem lunæ (hæc enim Sairis Minerua) huic (opinor) ob lucis quam impertitur mortalibus vſuram gratulantes. Cur non Mariæ noſtræ, quæ pulcra eſt vt luna, facibus accenſis gratulabimur; Quod φωτὸς παγαῖς πορθμευτάν (vt ait Syneſius) ſacratiſſimis viſceribus enixa eſt. Nec verendum eſt, ne faculas iſtas laudum; Deus in quo immenſa eſt claritas, reſpuat.

*Vaga cingitur aſtris:*
*Lumen, & in Oceanum riui cecidere minores.*

## LII. MEGARENSIUM COMITIA AD PLURES:

*Religio maiorum ſeruanda.*

*Pauſ. in Attic.*

AESYMNO Magarenſi dum ſuper Republica feliciter adminiſtranda conſultat, reſpondiſſe oraculum narrat Pauſanias, referret ad multos; ſi quid gerere proſperè deſideraret. Ea de cauſa Megarenſes plures mortuos arbitrati, comitia ad heroum ſepulchra celebrant. Μεγαρέας ἐν πράξειν ἢν μετὰ πλειόνων βουλεύσονται.

APODOSIS.

Hoc vtique conſilium dare oportet hæreticis. Referant ad plures, & audiant quid mortuorum oſſa; quid cineres, quid muti ſepulchorum lapides, quid antiquiſſimarum baſilicarum clament marmora: δεῖν σώζειν τὰ πάτρια.

LIII.

Digitized by Google

## LIII. MELLIS ET LACTIS PRÆGVSTATIO.

*Concordia & Charitas.*

MOris erat infantes à lauacro ſuſceptos lactis & mellis guſtu primum imbuere, quod ad concordiæ ſignificationem factum putat Tertullianus. *Inde ſuſcepti lactis & mellis concordiam prægustamus.*

APODOSIS.

Chriſtiana charitas & animorum conſociatio incredibilis ab ipſis religionis cunabulis ſuſcipienda eſt, iis præſertim qui ſeriò Chriſtum volunt conſectari, ἀγάπη πρώτη τῶν ἐντολῶν καὶ μεγίστη, ὡς κεφάλαιον τοῦ νόμου. *Greg. Naz. orat. 16.*

## LIV. MEXICANÆ VICTIMÆ.

*Felicitas improborum.*

MExicani nonnunquam captiuos ornant pro deis, quibus ipſos ſunt immolaturi & vnum ne menſem ante deſtinatum ſacrificium omnibus cijs proluunt, & honoribus extollunt infinitis, vt ereuntes etiam cum veneratione adorent, dies tos oſtentat, nox in caueam clathratam conijcit, nmum poſtquam triginta dies regali apparatu :runt, & iam ſatis pingues ad ſacrificium viden- à barbaris mactantur, & ſolennibus epulis duntur. *Ex hiſtori de nouo mundo de ſtat. Impr. pag. 303.*

APODOSIS.

ile eſt omnino quod de Sacris ex Dione Chryo dictum eſt, præclarum humanæ felicitatis in is documentum;

*De tuo induitur corio.*

LV.

## LV. NEVRORVM VITA.

*Crudelitas.*

*Solin. Polyhiſt. pag. 58. edit. Pict.*

NEVRI, vt accepimus (inquit Solinus) æſtatis temporibus in lupos transfigurantur. Deinde exacto ſpatio, quod huic ſorti attributum; in priſtinam faciem reuertuntur. Populis iſtis Deus Mars eſt, pro ſimulacris enſens colunt, homines victimas habent, oſſibus adolent ignes focorum.

APODOSIS.

Digni ſunt, qui omnibus proponantur in exemplum crudelitatis & impietatis, cum lemmate,
Κύκλωπες ἢ Σκιῶν ἐκ ἀλέγουσιν.

## LVI. ONOBATIS.

*Adulterij Pœna.*

*Plut. in qu. Græcis.*

CVMARI mulierem in adulterio deprehenſam in eminenti lapide collocabant: deinde aſino impoſitam per vrbem circumducebant: donec iterum in priſtino lapide conſtituta ὀνόβατις, & tota vita infamis pronunciaretur.

APODOSIS.

Is character ad adulterorum infamiam exprimendam eſt inſignis, qui idcirco cum aſinis componuntur in libidine, quibus vt nihil turpius, ſic nihil ſtupidius: luxuria enim omnem vim mentis & ingenij, veluti Circæis poculis extinguit, & cœlo natos homines mutat in belluas; an & ridendo dicere verum voluit Lucius Apuleius, qui ſe à ſua Photide in aſinum transformatum, & ſexentis laboribus conflictatum narrat per totam illam metamorphoſin, cuius partem ex Luciano deſcripſit. Non emittendum quoque hic exiſtimo Cretenſium ritum qui adulteros ignominiæ cauſſa lana coronant. Et hæc quidem corona redarguit adulterorum mollitiem, timiditatem, mulieroſitatem.

*Adultero lana coronati. Æl. lib. 12. Var. hiſt.*

LVII.

Digitized by Google

## LVII. OSCOPHORIA THESEI.

*Vita humana lætitia & dolore mixta.*

OSCOPHORIA feſtum Athenienſium, in quo præferebantur palmites racemis onuſti in memoriam Bacchi & Ariadnes. Hoc ipſum cum poſt Ægæi patris fatum celebraret Theſeus, ἐλελεῦ, Ιού, Ιού, doloris gaudijq; ſignum cani iuſſit, vt eodem temporis veſtigio Athenienſes & patris morti ingemiſcerent & ſuæ gratularentur inaugurationi. Plutar. Theſeo. ὅθεν καὶ νῦν ἐν τοῖς Ωσχοφορίοις ςεφανοῦσθαι μὲν τὸν κήρυκα λέγουσιν, ἀλλὰ τὸ κηρύκιον· ἐπιφωνεῖν δὲ ταῖς σπονδαῖς ἐλελεῦ, Ιού, Ιού, τοὺς παρόντας· ὧν τὸ μὲν σπεύδοντες ἀναφωνεῖν, καὶ παιωνίζοντες εἰώθασι, τὸ δὲ ἐκπλήξεως καὶ ταραχῆς ἐστί.

### APODOSIS.

Læta triſtibus, triſtia lætis in humanis rebus commiſcentur.

*Sincera bonorum*
*Pars nulli conceſſa viro.*

## LVIII. PANOEBORVM REGES.

*Regum veneratio.* *Nicol. Damaſ. in Panœbis.*

Panoebi Regis defuncti corpus terra condunt; caput abſcindunt, inaurant, in ſacris collocant. κεφαλὴν ἀποκόψαντες καὶ χρυσώσαντες ἀνατιθέασιν, ἐν ...

### APODOSIS.

Ab omnibus honori reges eſſe oportet, qui ... ἀνθρώπων, vt ait Plato.
Βασιλεύς ἐστιν ἔμψυχος θεοῦ ...
Xenophon honoris & gratiæ radios Deo Regi impreſſos.
... καὶ ἐκ θεῶν τιμῆτις, καὶ χάρις συμπεριέπεσθαι ...



Digitized by Google

## LIX. PARTHORVM REGIS MENSA.

*Cœnipetarum ſeruitus.*

POSSIDONIVS, libro quinto, Regem tanta ſuperbia elatum refert, vt ſi amicos fortè ad cænam vocet, tractet indigniſſimè: non enim menſæ particeps eſt conuiua, verum humi ſedens Rege in ſublimi lecto recumbente, quod ad ipſo proiicitur, canis inſtar comedit, ac ſæpe ob leuem cauſam virgis cæditur, & cruore oblitus tanquam beneficio accepto gratias agit, & Regem pronus veneratur.

Ap. Imago contumelioſæ ſuperbiæ, & indigniſſimæ ſeruitutis cœnipetarum, quam plenius expreſſam à Luciano in libello de mercede conductis licet intueri. *Iuuen. ſat.* 5

*Omnia ferre*
*Si potes, & debes, pulſandum vertice raſo.*
*Præbebis quandoque caput, nec dura timebis*
*Flagra pati, his epulis & tali dignus amico.*

## LX. PERSARVM MOS DE SVBVLCIS.

*Luxuriæ odium.*

SVBVLCI apud Perſas à ſacris eliminabantur. *Herodot. lib.* 2. nec mirum, quia dum Ægyptij volunt ἄνθρωπον ἐξώλη σημαίνειν χοῖρον ζωγραφοῦσι, vt habet Orus *lib.* 2. 35. vnde violæ albæ ſymbolum.

APODOSIS.

Immundarum cogitationum alumni, & Veneris ſacrificuli ſubulci ſunt omnium impuriſſimi, & ſacrorum myſteriorum communione indigni Tertull. lib. de Pudicit. *Oportet cum peruenitur ad ſummum ſacerdotem Patris Chriſtum, de domo hominis noſtri in tempore hebdomadis auferri omnia impedimenta prius, vt munda ſit quæ remanet domus, caro & anima,*

*& vbi*

*introierit cum ſermo Dei, & inuenerit macu- oris & virons, extrahi ſtatim & abijci ſenſiles ros & cruentos, nam & Apocalypſis viridi e- rtem, ruſſeo autem Prælatorem impoſuit.*

## XI. PERSARVM OXYGALA.

*Per acida itur ad dulcia.*

ille Perſarum magnificentiſſimus, cùm in- aretur, antequam Cidarim ornamentum gibus ſingulare, à Maximo Sureno impoſi- ieret, acidi lactis potionem ebibebat. *Plut. in Artaxerxe.*

APODOSIS.

*it creuiſſe malis*, ſic calicem doloris ama Chriſtus exhauſit antequam in gloriæ ſe domicilium. *Iuuencus lib. 3. de Euang. hiſtoria.*

*ioniam calicem non eſt tranſire facultas.*

## PERSARVM SACRIFICIVM.

*Pectus vero litat animo.*

, cùm ſacrificarent, carnes hoſtiæ in n conuertebant, ſolam animam Deo re- *Strab. libro 15.* τῆς γὰρ ψυχῆς φασὶ τοῦ ἱερείου

APODOSIS.

ſumptuoſas diuitias ſine mentis erogat Deum colit: ſed qui litat animo. Ar- *n qui ſollicitè relegit & hoſtias immacu- ui aceruos dat thuris cremandos, hic nu- ndus eſt colere, aut officia ſolus religio- cultus vero in pectore eſt, atque opinio de c quicquam prodeſt illatio ſanguinis alia* *lib. 14. aduerſus gentes.*



Digitized by Google

ei quippiam nocere poſſe, neque aut ſerpentis morſu, aut Phalangiorum mortiferis vulneribus vt cæteros homines affici, neque ſcorpionum aculeis lædi ſolere: cum enim venenatum quiddam ad eos acceſſerit, vel eorum corpus attigerit, vel aliquem dolorem exhauſerit, veluti ſoporiferam bibiſſet potionem, ſtupore affectum ac ſenſu priuatum ſopitur, & tamdiu debilitatur, quoad ab illo Pſyllus receſſerit. Portò natos ſibi infantes quomodo germani an ſpurij ſint experiuntur ſerpentibus admotis, vt auri puritatem igne explorant aurifabri. *Æl. l. 16. cap. 27.*

A P. Tales ſunt qui cum in medijs vitæ periculis verſentur, diuinis tamen inſtructi præſidijs non modo nihil vitij contrahunt, ſed & cæteris morbo impeditis medentur, ἀκτὶς ἡλίου κἂν ὁμιλήσῃ βορβόρῳ μένει καθαρὰ καὶ ἀμόλαυτος. *Syneſ. in ep.*

---

## LXVII. PYTHAGORÆORVM CENOTAPHIA.

*Apoſtaſia mors animæ.*

PITHAGORAEI centaphia extruebant iis, qui defeciſſent à Philoſophia, Orig. l. 1. in Celſũ. Meminit quoque Clemens Alexandrinus Strom. l. 5. Πυθαγόρειοι δ' ἐξιλαβοῦνται τοὺς διατριβῆς, καὶ στήλην ἐπ' αὐτῷ γενέσθαι οἷα νεκρῷ, διὸ καὶ ἐν τῇ βαρβάρῳ φιλοσοφίᾳ νεκροὺς καλοῦσιν τοὺς ἐκπίπτοντας τῶν δογμάτων.

APODOSIS.

Pro mortuo habendus qui ſpreta recta viuendi ratione, voluptatibus quas ipſe repudiarat iterum ſe fœdè mancipat:

O voluptas mundi, σκιὰ τῶν σκιῶν.

*Heu quoties fidem*
*Mutatoſque Deos flebit, & aſpera*
*Nigris æquora ventis*
*Demirabitur inſolens.*
*Qui nunc te fruitur credulus aurea,*
*Qui ſemper vacuam, ſemper amabilem*



Digitized by Google

*Sperat, neſcius auræ*
*Fallacis. miſeri quibus*
*Intentata nites. me tabula ſacer*
*Votiua paries indicat vuida*
*uſpendiſſe potenti.*
*eſtimenta maris Deo.*

*Hor.Od.l.1 Carmin.*

---

## XVIII. RVGIANI AB EQVO CONSILIVM CAPIVNT.

*Appetitus Dominatus.*

IANI Balrici maris accolæ *Suantoniti* ido- colebant magna Religione. Alebatur huic uus albus, per quem auſpicia huiuſmodi ſu- ur, cum bellum aduerſum aliquam prouin- ſcipi placuiſſet, ante fanum triplex haſtarum iniſtrorum opera, diſponi ſolebat; in quorum t binæ è tranſuerſo iunctæ conuerſis in ter- ſpidibus figebantur: æquali ſpaciorum ma- ne ordines diſparante. Ad quos equus du- expeditionis tempore, ſolemni precatione à à ſacerdote è veſtibulo productus, ſi propo- ines ante dextro quàm læuo pede tranſcen- iſtum gerendi belli omen accipiebatur. Sin el ſemel dextro prætuliſſet, petendæ prouin- oſitum mutabatur. Nec prius certa nauiga- gebatur, quam tria continuè potioris inceſ- gia cernerentur.

*Sax.14.hiſt. Danorum.*

APODOSIS.

eſt aliud ab equo conſilium capere, quàm ectæ rationis fœdere, & oppreſſa mentis fa- nis permotionibus ſe regendum tradere?

*Vix te patiuntur, vbi acres*
*re animi, ceruixque repugnat habenis.*



Digitized by Google

## LXIX. SACCARVM FELICITAS.
## ΤΩΝ ΣΑΚΚΩΝ ΕΥΔΑΙΜΟΝΙΑ.

*Improborum proſpera.*

SACCARVM feſtum celebratur apud Perſas, quo vnum ex captiuis ſumebant, morti iam addictum, cui in ſella regia ſedere, ſcortari, ſaliarem in modum epulari, omnia denique pro libidine agere licebat: finito deinde ludo beatus ille verberibus cæſus affigebatur cruci. Dion. Pruſæus (*Orat. 4. de regno.*) καθίζουσιν εἰς τὸν θρόνον τοῦ βασιλέως, καὶ τὴν ἐσθῆτα διδόασιν αὐτῷ τὴν αὐτὴν, καὶ τρυφᾶν καὶ παλλακαῖς χρῆσθαι.

### APODOSIS.

(*In Octauio.*) Minutius Felix: miſeri in hoc altius tolluntur vt altius decidant: hi enim vt victimæ ad ſupplicium ſaginantur, vt hoſtiæ ad pœnam coronantur. In hoc adeò quidem Imperijs ac dominationibus eriguntur, vt ingenium eorum perditæ mentis licentia liberi nundinentur. Abſque enim Dei notitia quæ poteſt eſſe ſolida voluptas? Cùm ſit ſomno ſimilis, antequam tenetur, elabitur.

## LXX. A SACRIS AVSPICANDVM.

*In Africa nemo deſtinat aliquid niſi præfatus Africum.* Plin. 38. cap. 2.

OMNES qui ſub tutela ſunt virginis, eamque vt dominam ſtudioſius venerantur, nihil omnino niſi prius inuocato eius nomine moliuntur, quo plenior ad Chriſtum pateat aditus. Bernardus. (*Serm. 2. de Aduentu Domini.*) *Virgo regia ipſa eſt via, per quam Saluator aduenit procedens de ipſius vtero tanquam ſponſus de thalamo ſuo: per te acceſſum habeamus ad filium, ô benedicta inuentrix gratiæ mater ſalutis, vt per te ſuſcipiat nos, qui per te datus eſt nobis.* Notatione digna ſunt, quæ habet Surius in vita S. Gerardi, ad 24. Septemb. de cultu ipſius erga beatam Virginem: neque enim contentus per-

pe-

:uum ei Thymiama adolere, ita ad eius nomen &
iocationem affectus erat, vt ſi quis reus, clam à fa-
liaribus ſancti viri edoctus, veniam ab ipſo pete-
per nomen matris Chriſti: mox audito nomine
tris miſericordiæ, Pater ſanctus lachrymis perfun-
ctur, & perinde ac ipſe reus eſſet, à reo veniam pe-
t. Ipſo auctore, ab Hungarica gente non pronun-
ur nomen ipſum matris Dei, ſed *Dominam* eam
int: ſi ſit autem pronunciatum nomen illius, ſta-
flexis genibus, & demiſſis in terram capitibus ſe-
clinant. Atque adeò Pannonia à ſancto Rege
tephano, Sanctæ Mariæ familia appellata eſt.

## LXXI. SARDIORVM MVRI.

*Regum infantium auſpicia.*

ELES primus Sardiorum Rex quacunque parte murorum Leonem filium recens natum ntulerat, ea erat inexpugnabilis: neque verò rbs a Perſis capta eſt, aliunde erupuerunt, quam oco qui non eſſet infantis præſentia luſtratus. *Herodot. l. 1.*

APODOSIS.

eſtas in regibus etiam infantibus elucet, quæ s tuetur & hoſtibus terrorem inijcit. Quod udonico inſigni miraculo contigit: hic enim am Henricus Magnus conſceleratiſſimo om- arricidio de rerum humanarum culmine ſub- ; cum timore arderet Gallia, expectans quo ſtud eſſet erupturum, vnus infans, Deo au- mnes malorum nebulas diſcuſſit, & ſe in hoc n fluctu quaſi ſereniſſimum ſidus ſuis po- pularibus ſpectandum præbuit.



Digitized by Google

## LXXII. SAVROMATARVM. ABSTINENTIA.

*Sobrietas coacta.*

Nic. Dama. de moribus gentium.

SAVROMATAE tanta voracitate ſe in cibos ingurgitant, vt ad triduum ſaturentur, διὰ τριῶν ἡμερῶν σιτοῦνται εἰς πλήρωσιν.

APODOSIS.

Sauromatis ſimiles ſunt qui propter ſtomachi marcorem ſobrij eſſe coguntur, & ieiunant quoties ſunt ſaturi: hanc crapulam præclarè Prudentius exagitat in hymno ieiunantium. Corpus enim (inquit)

*Putrem reſudans crapulam,*
*Obſtrangulatæ mentis ingenium premit.*
Hinc, *Vini atque ſomni degener diſcordia.*
*Libido ſordens, inuerecundus lepos,*
*Variæque peſtes languidorum ſenſuum.*
Hinc, *Frequenti marcida oblectamine,*
*Scintilla mentis intorpeſcit nobilis,*
*Animuſque pigris ſtertit in præcordijs.*

## LXXIII. SAVROMATARVM VIRGINES.

*Labor ante voluptatem.*

SAVROMATAE non prius Virgini nuptias concedunt, quam hoſtem aliquem interfecerit, illuſtri ſplendore nobilitata: παρθένον δ' οὐ πρότερον συνοικίζουσι πρὸς γάμον πρὶν ἂν πολέμιον ἄνδρα κτείνῃ.

Nic. Dam.

APODOSIS.

Labor ante virtutem, & pugna ante victoriam, ne ſint *Salmacida ſpolia ſine ſudore & ſanguine.* ὅταν ἐμπέσῃ περίστασις, μέμνησο ὅτι σε ὁ θεὸς ὡς ἀλείπτης τραχεῖ νεανίσκῳ βέβληκεν, ἵνα ὀλυμπιονίκης γένῃ. *Cum tibi obtigerit diſcrimen aliquod, memento te à Deo quaſi Aliptes cum robuſto athleta commiſſum, vt in olympicis coroneris.*

Epict. Arri. lib. 1, c. 24.

LXXIV.

## LXXIV. SCAPERDA.

*Aulicorum vita.*

COLLOCATVR in circo trabs humanam ſtaturam altitudine exæquans, eademque perforata: traijcitur per foramen funis, è cuius extremitate religantur vtrinque adoleſcentes duo auerſi, qui valido niſu adurgentes, alter alterum in ſublime attrahere ſatagunt: quo certaminis genere victoriam reportat qui ſupremo ſtipite alterum admouerit. Ex quo non dubium eſt quin præcipiti lapſu deijciatur. ...ilius Pollux refertur à Iunio in adagijs. *l. 9. cap. 8.*

AP. Euſtathius ἐπὶ δυχερῆ πάντα ad laborioſa munera refert: mihi verò videtur in eo aulicorum ambitioſorum vita viuis coloribus exprimi, qui in tota ...a ſcaperdam agunt, hoc vnum ſummis viribus ...ti vt ſe trudant, retrudant, extollant, deprimant, ſummum, opus omnium duriſſimum, ludum pu...: ita inſana eſt aulicæ vitæ dulcedo.

*Stet quicunque volet potens*
*Aulæ culmine lubrico.* *Sen. in Thy.*
*Me dulcis ſaturet quies,*
*Obſcuro poſitus loco,*
*Leni perfruar otio.*

## XXV. SEPTEMTRIONALIVM ETHNICORVM MOS.

*Inconſtantia ſuperſtitionis.*

...nonnullis gentibus ſeptemtrionis mos, quic... *Olaus Magnus c. 1. l. 3.* primo diei diluculo in cœlo, terra, vel aquis ...pparuerit, hoc ipſum ad crepuſculum huius numine fideliter adorare, vtpote aues, ani... ...ſces, ac ipſos ſerpentes, & vermes, & præci...m volantem, quem ob cornua, quibus ca...ium adornantur, inter nobiliora reptilia

AP-

AP. Bellè deſignat tabula hæreticorum in dementi ſuperſtitione inconſtantiam, qui ad omnem opinionis ſcopulum adhæreſcunt, & ſibi nouos quotidie deos, nouos ritus faciunt.

*Nil mouiſſe ſalus.*

## LXXVI. SEPTEMTRIONALIVM RITVS.

*Superſtitionis inconſtantia.*

SEPTEMTRIONALIVM quidam quicquid primo diluculo in cœlo, terra vel aquis viuum apparuerit, toto eo die, vſque ad crepuſculum pro numine colunt: huic oblationes ex oſſibus ſylueſtrium animalium & piſcium venatione quæſitas faciunt, quæ æſtate non incendunt, ſed hyeme in publicis congreſſibus comburunt.

*Olaus Mag. lib. 3. cap. 2.*

AP. Rectè cadit in dementem hæreticorum ſuperſtitionem, quæ excuſſa ſemel veræ fidei anchora, ad omnem opinionis ſcopulum adhæreſcit: vel in eos, qui Euripo mutabiliores ad omnium aut amicitiam, aut venerationem, animos repentè adiungunt, repentè quoque eos deſerunt, & nouos ſibi quotidie deos parturiunt, quibus certè conueniret iſtud lemma:

*Hodie tu Iuppiter eſto.*
*Cras mihi truncus eris, ficulnus inutile lignum.*

## LXXVII. SINITARVM SACRVM.

*Eleemoſynarum parſimonia.*

SINITAE in ſacris, vbi aliquid in diſco, puta porcini capitis imas auriculas, reliquarum altilium vngues, vini guttas aliquot in ara ſimulachro appoſuerunt, qui vetus eſt libandi mos, cæteras ipſi dapes magno cum tripudio, & effuſa lætitia comedunt.

*Maff. hiſt. Indic. lib. 6.*

AP. Impietas Deo, & pauca, & contempta delibat, ſibi & plura, & meliora reſeruat, & quaſi ſola in poſſeſſionem rerum omnium venerit, nihil cum pauperi-

peribus communicat, quod D. Ambroſius egregiè carpit: quouſque extenditis diuites inſanas cupiditates? nunquid ſoli habitabitis ſuper terram? cur eijcitis conſortem naturæ, & vindicatis poſſeſſionem naturæ? in commune omnibus diuitibus, atque pauperibus terra fundata eſt, cur vobis ius proprium ſoli diuites arrogatis? neſcit natura diuites, quæ pauperes omnes generauit: nudos fudit in lucem, egentes cibo, amictu, poculo: nudos recipit terra quos edidit: neſcit fines poſſeſſionem ſepulchro includere. *lib. de Nabuth. cap.*

## LXXVIII. SPARTANORVM LANCEA.

*Virtute decet non ſanguine niti.*

DIo Chryſoſtomus orat. 4. refert apud Thebanos familiam quandam Spartanorum fuiſſe, qui hereditario quodam iure lanceæ ſpeciem corpori à natura inuſtam gererent; qua qui carerent pro ſpurijs & illegitimis habebantur.

APODOSIS.

Ea demùm vera nobilitas eſt, quæ non tantùm maiorum ſanguine, ſed propria virtute, quæ per λόγχην iſtam ἐκμάκτον γένους ſignificatur; nixa eſt.

*Non facit nobilem atrium plenum imaginibus, Virtus eſt quæ facit nobilem.*

## LXXIX. SPARTANORVM SENATORVM MOS.

*A Deo initia agendi capienda.*

SENATOR apud Lacedæmonios cùm primùm creatus eſſet, veteri & laudabili more, omnia deorum templa frequentabat coronatus. *Plutarch. in Lycur.*

AP. Benè ſapienterq; faciunt, qui à Deo omnium actionum ſumunt primordia: maximè verò ij penes quos eſt Reſpub. debent numen, conſiliorum fontem

## LIX. PARTHORVM REGIS MENSA.

*Cœnipetarum ſeruitus.*

POSSIDONIVS, libro quinto, Regem tanta ſuperbia elatum refert, vt ſi amicos fortè ad cænam vocet, tractet indigniſſimè: non enim menſæ particeps eſt conuiua, verum humi ſedens Rege in ſublimi lecto recumbente, quod ad ipſo proiicitur, canis inſtar comedit, ac ſæpe ob leuem cauſam virgis cæditur, & cruore oblitus tanquam beneficio accepto gratias agit, & Regem pronus veneratur.

AP. Imago contumelioſæ ſuperbiæ, & indigniſſimæ ſeruitutis cœnipetarum, quam plenius expreſſam à Luciano in libello de mercede conductis licet intueri.

*Iuuen. ſat. 5*

*Omnia ferre*
*Si potes, & debes, pulſandum vertice raſo.*
*Præbebis quandoque caput, nec dura timebis*
*Flagra pati, his epulis & tali dignus amico.*

## LX. PERSARVM MOS DE SVBVLCIS.

*Luxuriæ odium.*

SVBVLCI apud Perſas à ſacris eliminabantur. *Herodot. lib. 2.* nec mirum, quia dum Ægyptij volunt ἄνθρωπον ἐξώλη σημῆναι χοῖρον ζωγραφοῦσι, vt habet Orus *lib.* 2. 35. vnde violæ albæ ſymbolum.

APODOSIS.

Immundarum cogitationum alumni, & Veneris ſacrificuli ſubulci ſunt omnium impuriſſimi, & ſacrorum myſteriorum communione indigni Tertull. lib. de Pudicit. *Oportet cum peruenitur ad ſummum ſacerdotem Patris Chriſtum, de domo hominis noſtri in tempore hebdomadis auferri omnia impedimenta prius, vt munda ſit quæ remanet domus, caro & anima, & vbi*

*bi introierit cum ſermo Dei, & inuenerit macu- uboris & virores, extrahi ſtatim & abijci ſenſus ſeros & cruentos, nam & Apocalypſis viridi e- mortem, ruſſeo autem Præliatorem impoſuit.*

## LXI. PERSARVM OXYGALA.

*Per acida itur ad dulcia.*

x ille Perſarum magnificentiſſimus, cùm in- gurarętur, antequam Cidarim ornamentum is regibus ſingulare, à Maximo Sureno impoſi- cciperet, acidi lactis potionem ebibebat. *Plut. in Artaxerxe,*

APODOSIS.

*lo fuit creuiſſe malis*, ſic calicem doloris ama- ùm Chriſtus exhauſit antequam in gloriæ ſe- erct domicilium. *Iuuencus lib. 3. de Euang. hiſtoria.*

*nc quoniam calicem non eſt tranſire facultas.*

## [L]XII. PERSARVM SACRIFICIVM.

*Pietas vera litat animo.*

[PER]SAE, cùm ſacrificarent, carnes hoſtiæ in m rem conuertebant, ſolam animam Deo re- ebant. *Strab. libro 15.* τῆς γὰρ ψυχῆς φασὶ τὸ ἱερεῖον

APODOSIS.

qui ſumptuoſas diuitias ſine mentis erogat cate, Deum colit: ſed qui litat animo. Ar- *Non eum qui ſollicitè relegit & hoſtias immacu- edit, qui aceruos dat thuris cremandos, hic nu- nſentiendus eſt colere, aut officia ſolus religio- plere: cultus vero in pectore eſt, atque opinio de gna, nec quicquam prodeſt illatio ſanguinis ani* *lib. 14. aduerſus gentes.*

## LXIII. PHENEATARVM PETROMA.

*Literarum ſacrarum honor.*

EST apud Pheneatas in Arcadia Cereris fanum, in quo magna vt apud Athenienſes celebrantur myſteria: prope fanum lapides eminent duo prægrandes apta ſimul commiſſione compacti: hoc πέτρωμα appellant, & in eodem ſacras literas quibus ritus myſteriorum continentur, aſſeruant. imminente Theſmophoriorum die lapides diſiungunt, & commentarium eductum legunt, lectum in priſtina ſede noctu reponunt. Tanto autem honore petroma venerantur, vt ad id iuſiurandum religioſè concipiant.

*Pauſ. in Arcad. p. 249.*

APODOSIS.

Multò profectò rectius honor ſacrarum literarum maximus eſſe & religioſiſſimus apud Chriſtianos debet. Iſid. Peluſ. epiſt. 339. ad Cyrum. ἀι δὲ ἱεροὶ πυκταὶ τῶν μαρτυρουμένων θείων γραφῶν τῆς πρὸς θεὸν ἀναβάσεως κλίμακες. πάντα τοίνυν τὰ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ προφερόμενα, ὡς δόκιμον λέχου χρυσίον, πεπυρωμένα τῷ Θεῷ τῆς ἀληθείας πνεύματι, vides ſacrâs literas vocari *ſcalas ad cœlum, Aurum Dei ſpiritu probatum.*

## LXIV. PISIDÆ.

*Parentum honor.*

PISIDAE, primitias in ſuis conuiuijs parentibus libant vt Dijs, quod à Nicolao Damaſceno literis conſignatum eſt, ad commendandam ſingularem ergà parentes obſeruantiam. Sed neque minus habet reuerentiæ quod ait Tertull. lib. de anima cap. 57. Naſamones propria captare oracula apud parentum ſepulchra.

APODOSIS.

Secundum DEVM honorandi á quibus huius lucis vſuram accepimus, quid quod Scythæ Iſſio-

nides

nides caput purgatum patris inaurant adorantque pro ſimulacro ſolennibus & annuis ſacrificijs venerantur. *Herod.l.10. pag. 111.*

## LXV. PITHOEGIA.

*Scientiæ vſus.*

PITHOEGIA, διὰ τὸ οἰγνύναι τοὺς πίθους, feſta fuerunt Athenienſium, quibus poſtquam muſtum eferbuiſſet, ſolemni die, puta Nouembris vndecimo periebant dolia, libabant Ioui, amicis & ſeruis impertiebantur, precati anteà, vt vſus vini, & prima illa batio foret omnibus ſalutaris, ἀβλαβῆ καὶ σωτήριον ναι τῶν φαρμάκων χρῆσιν. *Plut. tom. 2. opuſcul.*

APODOSIS.

Scientia donum eſt Dei, ſed tamen vt vinum proſt vel nocet pro vſus ratione, ſi qui vana gloria ſtiulati cum nondum deferbuerint æſtus cupiditam, ad docendum illotis manibus accedant: pericum eſt ne ſe, & alios in diſcrimen adducant contra ne, ſapienterque faciunt, qui cum iuuenilis veluti loris crapulam exhalarint, Deo anteà ſacris aniorum piaculis conciliati, ad docendos alios accent, & acceptam à Deo ſcientiam in auditorum entes diuidunt.

*Sed fas haud vlli eſt exire in luminis auras*
*Non vocitante Deo.* *Claudius Marius Victor.*

## LXVI. PSYLLI INTER SERPENTES.

*Viri Sancti in mundo mundi.*

GATHARCIDES dicit, in Africa Pſyllorum gentem eſſe, & nihil quidē quoad viuendi ration à reliquis hominibus differre, verumtamen cum s nationibus peregrinum eorum corpus compaım admirationem habere: non enim venenatas ias, quæ vel ictu vel morſu venenum relinquunt

ei quippiam nocere poſſe, neque aut ſerpentis morſu, aut Phalangiorum mortiferis vulneribus vt cæteros homines affici, neque ſcorpionum aculeis lædi ſolere: cum enim venenatum quiddam ad eos acceſſerit, vel eorum corpus attigerit, vel aliquem dolorem exhauſerit, veluti ſoporiferam bibiſſet potionem, ſtupore affectum ac ſenſu priuatum ſopitur, & tamdiu debilitatur, quoad ab illo Pſyllus receſſerit. Portò natos ſibi infantes quomodo germani an ſpurij ſint experiuntur ſerpentibus admotis, vt auri puritatem igne explorant aurifabri. — *Æl. l. 16. cap. 27.*

A P. Tales ſunt qui cum in medijs vitæ periculis verſentur, diuinis tamen inſtructi præſidijs non modo nihil vitij contrahunt, ſed & cæteris morbo impeditis medentur, ἀκτὶς ἡλίου κἂν ὁμιλήσῃ βορβόρῳ μένει καθαρὰ καὶ ἀμόλυντος. — *Syneſ. in ep.*

## LXVII. PYTHAGORÆORVM CENOTAPHIA.

*Apoſtaſia mors animæ.*

PITHAGORAEI centaphia extruebant ijs, qui defeciſſent à Philoſophia, Orig. l. 1. in Celſū. Meminit quoque Clemens Alexandrinus Strom. l. 5. Πυθαγόρειοι δ' ἐξελαθῆναι τῆς διατριβῆς, καὶ στήλην ἐπ' αὐτῷ γενέσθαι οἷα νεκρῷ, διὸ καὶ ἐν τῇ βαρβάρῳ φιλοσοφίᾳ νεκροὺς καλοῦσιν τοὺς ἐκπεσοῦντας τῶν δογμάτων.

APODOSIS.

Pro mortuo habendus qui ſpreta recta viuendi ratione, voluptatibus quas ipſe repudiarat iterum ſe fœdè mancipat:

O voluptas mundi, σκιὰ τῶν σκιῶν.

*Heu quoties fidem*
*Mutatoſque Deos flebit, & aſpera*
*Nigris æquora ventis*
*Demirabitur inſolens.*
*Qui nunc te fruitur credulus aurea,*
*Qui ſemper vacuam, ſemper amabilem*

Spes

*Sperat, neſcius auræ*
*Fallacis. miſeri quibus*
*Intentata nites. me tabula ſacer*
*Votiua paries indicat uuida*
*Suſpendiſſe potenti.*
*Veſtimenta maris Deo.*

*Hor. Od. l. 1 Carmin.*

---

## LXVIII. RVGIANI AB EQVO CONSILIVM CAPIVNT.

### *Appetitus Dominatus.*

RVGIANI Baltici maris accolæ *Suantouiti* idolum colebant magna Religione. Alebatur huic ſacer equus albus, per quem auſpicia huiuſmodi ſumebantur, cum bellum aduerſum aliquam prouinciam ſuſcipi placuiſſet, ante fanum triplex haſtarum ordo miniſtrorum opera, diſponi ſolebat; in quorum quolibet binæ è tranſuerſo iunctæ conuerſis in terram cuſpidibus figebantur: æquali ſpaciorum magnitudine ordines diſparante. Ad quos equus ducta̅ndæ expeditionis tempore, ſolemni precatione præmiſſa à ſacerdote è veſtibulo productus, ſi propoſitos ordines ante dextro quàm læuo pede tranſcenderet, fauſtum gerendi belli omen accipiebatur. Sin læuum vel ſemel dextro prætuliſſet, petendæ prouinciæ propoſitum mutabatur. Nec prius certa nauigatio præfigebatur, quam tria continuè potioris inceſſus veſtigia cernerentur.

*Sax. 14 hiſt. Danorum.*

APODOSIS.

Quid eſt aliud ab equo conſilium capere, quàm calcato rectæ rationis fœdere, & oppreſſa mentis face belluinis permotionibus ſe regendum tradere?

*Vix te patiuntur, vbi acres*
*Incaluere animi, ceruixque repugnat habenis.*

## LXIX. SACCARVM FELICITAS.
## ΤΩΝ ΣΑΚΚΟΝ ΕΥΔΑΙΜΟΝΙΑ.

*Improborum proſpera.*

SACCARVM feſtum celebratur apud Perſas, quo vnum ex captiuis ſumebant, morti iam addictum, cui in ſella regia ſedere, ſcortari, ſaliarem in modum epulari, omnia denique pro libidine agere licebat: finito deinde ludo beatus ille verberibus cæſus affigebatur cruci. Dion. Pruſæus καθίζουσιν εἰς τὸν θρόνον τοῦ Βασιλέως, καὶ τὴν ἐσθῆτα διδόασιν αὐτῷ τὴν αὐτὴν, καὶ τρυφᾶν καὶ παλλακαῖς χρῆσθαι.

*Orat. 4. de regno.*

### APODOSIS.

*In Octauio.*

Minutius Felix: miſeri in hoc altius tolluntur vt altius decidant· hi enim vt victimæ ad ſupplicium ſaginantur, vt hoſtiæ ad pœnam coronantur. In hoc adeò quidem Imperijs ac dominationibus eriguntur, vt ingenium eorum perditæ mentis licentia liberi nundinentur. Abſque enim Dei notitia quæ poteſt eſſe ſolida voluptas? Cùm ſit ſomno ſimilis, antequam tenetur, elabitur.

## LXX. A SACRIS AVSPICANDVM.

*In Africa nemo deſtinat aliquid niſi præfatus Africum.* Plin. 38. cap. 2.

OMNES qui ſub tutela ſunt virginis, eamque vt dominam ſtudioſius venerantur, nihil omninò niſi prius inuocato eius nomine moliuntur, quo plenior ad Chriſtum pateat aditus. Bernardus. *Virgo regia ipſa eſt via, per quam Saluator aduenit procedens de ipſius vtero tanquam ſponſus de thalamo ſuo: per te acceſſum habeamus ad filium, ô benedicta inuentrix gratiæ mater ſalutis, vt per te ſuſcipiat nos, qui per te datus eſt nobis.* Notatione digna ſunt, quæ habet Surius in vita S. Gerardi, ad 24. Septemb. de cultu ipſius erga beatam Virginem: neque enim contentus per-

*Serm. 2. de Aduentu Domini.*

pe-

petuum ei Thymiama adolere, ita ad eius nomen & inuocationem affectus erat, vt ſi quis reus, clam à familiaribus ſancti viri edoctus, veniam ab ipſo peteret, per nomen matris Chriſti: mox audito nomine matris miſericordiæ, Pater ſanctus lachrymis perfunderetur, & perinde ac ipſe reus eſſet, à reo veniam peteret. Ipſo auctore, ab Hungarica gente non pronunciatur nomen ipſum matris Dei, ſed *Dominam* eam vocant: ſi ſit autem pronunciatum nomen illius, ſtatim flexis genibus, & demiſſis in terram capitibus ſeſe inclinant. Atque adeò Pannonia à ſancto Rege ſuo Stephano, Sanctæ Mariæ familia appellata eſt.

## LXXI. SARDIORVM MVRI.

### *Regum infantium auſpicia.*

MELES primus Sardiorum Rex quacunque parte murorum Leonem filium recens natum circumtulerat, ea erat inexpugnabilis: neque verò cum vrbs a Perſis capta eſt, aliunde erupuerunt, quam ex eo loco qui non eſſet infantis præſentia luſtratus. *Herod. l. 1.*

### APODOSIS.

Maieſtas in regibus etiam infantibus elucet, quæ & ciues tuetur & hoſtibus terrorem inijcit. Quod Regi Ludouico inſigni miraculo contigit: hic enim poſtquam Henricus Magnus conſceleratiſſimo omnium parricidio de rerum humanarum culmine ſublatus eſt; cum timore arderet Gallia, expectans quò ſcelus iſtud eſſet erupturum, vnus infans, Deo auſpice, omnes malorum nebulas diſcuſſit, & ſe in hoc rerum fluctu quaſi ſereniſſimum ſidus ſuis popularibus ſpectandum præbuit.



Digitized by Google

## LXXII. SAVROMATARVM. ABSTINENTIA.

*Sobrietas coacta.*

*Nic. Dama. de moribus gentium.* SAVROMATAE tanta voracitate ſe in cibos ingurgitant, vt ad triduum ſaturentur, διὰ τριῶν ἡμερῶν σιτοῦνται εἰς πλήρωσιν.

APODOSIS.

Sauromatis ſimiles ſunt qui propter ſtomachi marcorem ſobrij eſſe coguntur, & ieiunant quoties ſunt ſaturi: hanc crapulam præclarè Prudentius exagitat in hymno ieiunantium. Corpus enim (inquit)

*Putrem reſudans crapulam,*
*Obſtrangulatæ mentis ingenium premit.*
Hinc, *Vini atque ſomni degener diſcordia.*
*Libido ſordens, inuerecundus lepos,*
*Variæque peſtes languidorum ſenſuum.*
Hinc, *Frequenti marcida oblectamine,*
*Scintilla mentis intorpeſcit nobilis,*
*Animuſque pigris ſtertit in præcordijs.*

## LXXIII. SAVROMATARVM VIRGINES.

*Labor ante voluptatem.*

SAVROMATAE non prius Virgini nuptias concedunt, quam hoſtem aliquem interfecerit, illuſtri ſplendore nobilitata: *Nic. Dam.* παρθένον δ᾽ οὐ πρότερον συνοικίζουσι πρὸς γάμον πρὶν ἂν πολέμιον ἄνδρα κτείνῃ.

APODOSIS.

Labor ante virtutem, & pugna ante victoriam, ne ſint *Salmacida ſpolia ſine ſudore & ſanguine.* ὅταν ἐμπέσῃ περίστασις, μέμνησο ὅτι σε ὁ θεὸς ὡς ἀλείπτης τραχεῖ νεανίσκῳ συμβέβληκεν, ἵνα ὀλυμπιονίκης γένῃ. *Cum tibi obuenerit diſcrimen aliquod, memento te à Deo quaſi Aliptes cum robuſto athleta commiſſum, vt in olympicis coroneris.* *Epict. Arri. l. 1. c. 24.*

LXXIV.

## LXXIV. SCAPERDA.

*Aulicorum vita.*

COLLOCATVR in circo trabs humanam ſtaturam altitudine exæquans, eademque perforata: traijcitur per foramen funis, è cuius extremitate ſeligantur vtrinque adoleſcentes duo auerſi, qui valido niſu adurgentes, alter alterum in ſublime attrahere ſatagunt: quo certaminis genere victoriam reportat qui ſupremo ſtipite alterum admouerit. Ex quo non dubium eſt quin præcipiti lapſu deijciatur. Iulius Pollux refertur à Iunio in adagijs. *l. 9. cap. 8.*

AP. Euſtathius ἐπὶ δυχερῆ πάντα ad laborioſa molimina refert: mihi verò videtur in eo aulicorum ambitioſorum vita viuis coloribus exprimi, qui in tota vita ſcaperdam agunt, hoc vnum ſummis viribus conati vt ſe trudant, retrudant, extollant, deprimant, ad ſummum, opus omnium duriſſimum, ludum putent: ita inſana eſt aulicæ vitæ dulcedo.

*Stet quicunque volet potens*
*Aulæ culmine lubrico.* *Sen. in Thy.*
*Me dulcis ſaturet quies,*
*Obſcuro poſitus loco,*
*Leni perfruar otio.*

## LXXV. SEPTEMTRIONALIVM ETHNICORVM MOS.

*Inconſtantia ſuperſtitionis.*

EST nonnullis gentibus ſeptemtrionis mos, quicquid primo diei diluculo in cœlo, terra, vel aquis viuum apparuerit, hoc ipſum ad crepuſculum huius diei pro numine fideliter adorare, vtpote aues, animalia, piſces, ac ipſos ſerpentes, & vermes, & præcipuè ceruum volantem, quem ob cornua, quibus capita iuuenum adornantur, inter nobiliora reptilia honorant. *Olaus Magnus c. 2 l. 3.*

APO-

Ap. Bellè deſignat tabula hæreticorum in dementi ſuperſtitione inconſtantiam, qui ad omnem opinionis ſcopulum adhæreſcunt, & ſibi nouos quotidie deos, nouos ritus faciunt.

*Nil mouiſſe ſalus.*

## LXXVI. SEPTEMTRIONALIVM RITVS.

*Superſtitionis inconſtantia.*

Septemtrionalivm quidam quicquid primo diluculo in cœlo, terra vel aquis viuum apparuerit, toto eo die, vſque ad crepuſculum pro numine colunt: huic oblationes ex oſſibus ſylueſtrium animalium & piſcium venatione quæſitas faciunt, quæ æſtate non incendunt, ſed hyeme in publicis congreſſibus comburunt.

*Olaus Mag. lib. 3. cap. 2.*

Ap. Rectè cadit in dementem hæreticorum ſuperſtitionem, quæ excuſſa ſemel veræ fidei anchora, ad omnem opinionis ſcopulum adhæreſcit: vel in eos, qui Euripo mutabiliores ad omnium aut amicitiam, aut venerationem, animos repentè adiungunt, & repentè quoque eos deſerunt, & nouos ſibi quotidie deos parturiunt, quibus certè conueniret iſtud lemma:

*Hodie tu Iuppiter eſto.*
*Cras mihi truncus eris, ficulnus inutile lignum.*

## LXXVII. SINITARVM SACRVM.

*Eleemoſynarum parſimonia.*

Sinitae in ſacris, vbi aliquid in diſco, puta porcini capitis imas auriculas, reliquarum altilium vngues, vini guttas aliquot in ara ſimulachro appoſuerunt, qui vetus eſt libandi mos, cæteras ipſi dapes magno cum tripudio, & effuſa lætitia comedunt.

*Maff. hiſt. Indic. lib. 6.*

Ap. Impietas Deo, & pauca, & contempta delibat, ſibi & plura, & meliora reſeruat, & quaſi ſola in poſſeſſionem rerum omnium venerit, nihil cum pauperi-

ſperibus communicat, quod D. Ambroſius egregie carpit: quouſque extenditis diuites inſanas cupiditates? nunquid ſoli habitabitis ſuper terram? cur eijcitis conſortem naturæ, & vindicatis poſſeſſionem naturæ? in commune omnibus diuitibus, atque pauperibus terra fundata eſt, cur vobis ius proprium ſoli diuites arrogatis? neſcit natura diuites, quæ pauperes omnes generauit: nudos fudit in lucem; egentes cibo, amictu, poculo: nudos recipit terra quos edidit: neſcit fines poſſeſſionem ſepulchro includere. *lib. de Nabuth. cap. 1.*

## LXXVIII. SPARTANORVM LANCEA.

*Virtute decet non ſanguine niti.*

DIo Chryſoſtomus orat. 4. refert apud Thebanos familiam quandam Spartanorum fuiſſe, qui hereditario quodam iure lanceæ ſpeciem corpori à natura inuſtam gererent; qua qui carerent pro ſpurijs & illegitimis habebantur.

### APODOSIS.

Ea demùm vera nobilitas eſt, quæ non tantùm maiorum ſanguine, ſed propria virtute, quæ per λόγχην iſtam ἐμφύτον γένους ſignificatur; nixa eſt.

*Non facit nobilem atrium plenum imaginibus, Virtus eſt quæ facit nobilem.*

## LXXIX. SPARTANORVM SENATORVM MOS.

*A Deo initia agendi capienda.*

SENATOR apud Lacedæmonios cùm primùm creatus eſſet, veteri & laudabili more, omnia deorum templa frequentabat coronatus. *Plutarch. in Lycur.*

AP. Benè ſapienterq; faciunt, qui à Deo omnium actionum ſumunt primordia: maximè verò ij penes quos eſt Reſpub. debent numen, conſiliorùm fontem

tem

Digitized by Google

*in prologo.* tem, venerari, ſine cuius auxilio omnis humana prudentia fumus eſt. Val. Max. *Nam ſi priſci Oratores ab Ioue optimo, max. benè orſi ſunt: ſi excellentiſſimi vates à numine aliquo principia traxerunt: mea prauitas eo iuſtius ad fauorem tuum decurrerit, quod cætera diuinitas opinione colligitur, tua præſenti fide paterno auitoque ſideri par videtur.* Erat tantum in numine nimius Imperatorum aſſentator.

## LXXX. SVSIDES.

*Cupiditas rationis domina.*

*Clemens Recog. lib. cap 9.* SVSIDES Mulieres ſolitæ dominari viris, vnde in omnem turpitudinem prolapſæ: nam vnguentis ornamentiſque optimis comptæ, maiore ambitione quam viri, pudicitiam deteſtabantur.

APODOSIS.

Peſſimum eſt Imperium, cum Gynæcea cupiditatum ſe in dominam rationem effundunt atque affigunt humi, quod Horatius ait, *diuinæ particulam auræ.*

## LXXXI. SYBARITAE GALLOS ET MALLEOS NON FERVNT.

*Concionatores improbis moleſti.*

*Athen. l. 12.* PRIMI Sybaritæ, quæ cum ſtrepitu exercentur artes, vt fabrorum, ærariorum, & materiatorum in ſuam ciuitatem recipi noluerunt, & ne alicunde ſomnus interrumperetur, gallos perpetuo exilio mulctarunt,

APODOSIS.

Voluptuarij homines, dum palpum vbique quæritant, reprehenſionem veritatis, quaſi mallei ſtrepitum fugitant, & diuini verbi præcones longum valere iubent, Æneanum illud imprecantes, quod eſt *in quæſtionib. Græcis.* apud Plutarch.



Digitized by Google

Μήποτε νοστήσαι ἐς φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.
*Nunquam redeatis dilectam in patriam terram.*

## LXXXII. TAVRORVM REGVM Mos.

*Amici aures regum.*

APVD Tauros rex cùm mortuum luget amicum, auriculæ ſuæ partem, nonnunquam totam abſcindit. Nicol Damaſcenus in Tauris: ὁ δὲ βασιλεὺς ἀποθανόντος φίλου, ἢ μέρος ἢ τὸ ὅλον ἀποτέμνει ὠτον.

### APODOSIS.

Oculi & aures regum fidi, & prudentes amici, quos cum amittunt, toties partem ſui amittunt. Dion. orat. de regno: ὁπόσοις γὰρ ἄν τις ᾖ κεκτημένος ἑταίροις τοσούτοις μὲν ὀφθαλμοῖς ἃ δεῖ ἀκούει. *Quot quiſque ſibi compararit amicos, tot oculis quæ vult ipſe videt, tot auribus audit ea quæ oportet.*

## LXXXIII. THVRIFERÆ REGIONIS IVDICIA.

*Prouocatio ad alium iudicem non debet eſſe temeraria.*

IN regione thurifera, ſi quis iudices male iudicaſſe putet, feneſtram in ſuprema palatij parte catena reuinctam, apprehenſa catena trahit, & reſerat: tum rex hoc vbi reſciuerit, eo, qui conqueſtus eſt, accerſito ius dicit: malè à iudicibus ſi eſt pronuntiatum, occiduntur: ſin rectè, qui feneſtram mouit, interficitur. Αἰβανωφόρος *dicitur ab Athenaeo.*

### APODOSIS.

Hæc parabola reos monet, vt conſultè ad aliud forum appellent: iudicibus autem vulgarum decantat.

*Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere diuos.*



Digitized by Google

## LXXXIV. THVSCA TIBIA IN SVPPLICIIS,

*Muſica importuna.*

Athen. l. 12. ALICNIVS Thuſcos ad voluptatem eſſe adeò propenſos refert, vt tibiæ cantum adhibeant, cùm ſontes flagris cædunt.

AP. Rectè prouerbiali figura dicetur in muſicam importunam: vel in eos qui cum dolorem inferant, volunt tamen iucundum videri, & ſuauibus fictorum verborum lenimentis irrogatos corporis cruciatus permulcent.

*Satis eſt ſemel perire.*

## LXXXV. TIRYNTHIORVM SACRVM.

*Conſuetudinis vis.*

THEOPHRASTVS lib. de Comœdia, ſcribit Tirynthios ridiculos, & ad res ſerias inutiles, ad oraculũ Delphicum ſe contuliſſe, eius monitu ab eo vitio liberari exoptantes, vaticinatumq; Deum fuiſſe, immolatum Neptuno taurum ſi continentes riſum in mare abiicerent; ceſſaturam eam ridendi conſue-

Athen. li. 6. pag. 261. Dipnoſoph. tudinem. Illos autem metuentes, ne quid peccarent aduerſus Dei reſponſum, ſacro pueri ne intereſſent, vetuiſſe: vnum tamen cum id reſciuiſſet, turbæ permixtum alijs cum clamore eum aſpellentibus dixiſſe: quorſum hæc? an Sphagium veſtrum, hoc eſt, peluim ad excipiendum hoſtiæ ſanguinem, ſubuerſam, timetis? Illi continuo riſerunt: neque enim vas vllum oportebat, quo cruor exiliens exciperetur victimæ, præſertim quæ in profluentem abijceretur.

D. Auguſtinus. AP. Ex ea parabola diſcimus vim conſuetudinis eſſe tenaciſſimam: *Lex enim peccati eſt violentia conſuetudinis, qua trahitur & tenetur etiam animus inuitus, eo merito quo in eam volens illabitur.*

LXXXVI.

Digitized by Google

## LXXXVI. VICTIMA IVNONIS CONIVGALIS.

*Amor coniugum.*

ANTIQVI Iunoni γαμηλίῳ nuptiales victimas felle deſtitutas offerri volebant.

APODOSIS.

In connubijs amorem & concordiam regnare, fel omnino abeſſe oportet.

*Felices & amplius.* — *Horat. Ode 13. lib. 1. carm.*
*Quos irrupta tenet copula, nec malis*
*Divulſus querimonijs*
*Suprema citius ſoluet amor die.*

Diſertè autem Plutarchus hanc ſimilitudinem proſequitur in coniugalibus præceptis: οἱ τῇ γαμηλίῳ θύοντες Ἥρᾳ, τὴν χολὴν οὐ συγκαθαγίζουσι τοῖς ἄλλοις ἱεροῖς, ἀλλ' ἐξελόντες ἔῤῥιψαν παρὰ τὸν βωμόν. αἰνιττομένου τοῦ νομοθέτου τὸ μηδέποτε δεῖν χολὴν μηδὲ ὀργὴν γάμῳ παρεῖναι.

## LXXXVII. VITIORVM INTERITVS.

*Confeſſio.*

PRÆCIPVVM feſtum Perſarum vitiorum interitus, quo ſerpentes & venenata omnia Perſæ cōficiebant, & magis offerebant pro inſigni pietatis argumento: hac via gratam ſe rem bonis dijs, moleſtam verò læuis numinibus facere arbitrati. — *Agathias lib. 2.*

APO. Serpentes, peccata: interitus peccatorum, confeſſio. Auguſtin. *Confeſſio eſt ſalus animarum, diſſipatrix vitiorum, expugnatrix dæmonum & quid plura? obſtruit os inferni, & paradiſi portas aperit.* — *De pœnitentia.*



Digitized by Google

# PARABOLARVM HISTORICARVM

## LIBER SEXTVS.

## *AVES.*

### I. ACCIPITER AB ARDEA SVPERATVS,

*Mens antea generoſa à voluptate oppreſſa.*

NON caret admiratione pugna Falconis cum ardea. Nam ſi hæc ſupra accipitrem volatu contendere poteſt, & ſibi illum ſubijcere, ſuis excrementis reſpergit, quo gnaui alioqui alitis pennæ ita hebeſcunt, vt ad pugnam ſit inutilis, nec difficili admodum labore ab hoſte ſuperetur. Quare Falco hoſtis inſidias quanto poteſt ſtudio euitans, tamdiu ex obliquo cum illo in aëre congreditur, donec tandem occaſione oblata ſuperior factus, ardeam magno impetu deturbet.

*Vid. Pict. apud Came. in ſymbol.*

AP. Hoc artificio vtuntur dæmones: qui ſi generoſam mentem videant, ad præclara quæque ſua ipſius indole incitatam, conantur inprimis voluptate quaſi cœno illinere, ex quo emortuæ pietatis vires facilè contabeſcunt: *nihil enim eſt* (vt Seneca) *tam mortiferum ingenijs quàm voluptas*, οἱ γὰρ ἀπολαυστικῶς ζῶντες ἐυκαταφρόνυσι δίνονται. Poſtquam verò his voluptatum ſordibus inquinati ſunt animi.

*Ariſt. in Polyt.*

*Nam*

*Non animum ſummi memorem genitoris in altum* — *Prudent. in Hamartig.*
*Excitat, ad cœlum mittit ſuſpiria nemo:*
*Nec recolens apicem ſolij natalis ad ipſum*
*Reſpicit auctorem, nec ſpem ſupra aera librat:*
*Sed mentem grauitis contentus ſternere curis,*
*Indigno ſubdit domino, perituraque pronus*
*Diligit, & curuo quærit terreſtria ſenſu.*

## II. ACANTHIS IN SPINIS.

*Studia in paupertate.*

ACANTHIS auis viuit in ſpinis, quę tamen ſumma cantus amœnitate floret. Ariſtot. & Ælianus φθέγγεταί τ' εὐμελὲς καὶ εὔμουσον, ex Ariſt. non ἄμουσον, vt habent nonnulli codices. *lib. 10. c. 32*

AP. Studioſi multi ſuauiter canunt, licet in labore & paupertate durè & parcè victitent, contra qui diuitijs affluunt ſæpe ſunt elingues. Archeſilaus dicit: τὴν πενίαν λυπηρὰν μὲν εἶναι ὥσπερ τὴν Ἰθάκην ἀγαθὴν δὲ κουροτρόφον ἐθίζουσαν συνεῖναι λιτότητι, καὶ καρτερίᾳ, καὶ καθόλου γυμνάσιον ἀρετῆς ἔμπρακτον. Strob. Paupertatem duram quidem eſſe non ſecus ac Ithacam, præclaram verò adoleſcentum nutricem, quæ aſſuefaciat homines victus tenuitati, laborumque tolerantiæ, ad ſummum, *Gymnaſium eſſe virtutis efficax.* Quod autem acanthis appoſitum ſit ſymbolum literatorum, declarant etiam perpetuæ cum aſino inimicitiæ, cuius rei meminit Ariſtot. Ὄνος καὶ ἀκανθὶς πολέμιοι ἀεὶ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν βιοτεύουσιν, ὁ δὲ, ἁπαλὰς οὔσας ἐσθίει τὰς ἀκάνθας. *Serm. 93.* *lib. 9. hiſt. animal. c. 1.*

## III. ÆGOCEPHALVS

*Agelaſtus.*

AVIS eſt quæ liene caret, eſt autem lien riſus ſedes, ſicut fel iracundiæ, iecur amoris, αἰγοκέφαλος ὅλως σπλῆνα οὐκ ἔχει *Ariſt. hiſt. animal. cap. 15.*



Digitized by Google

Αἰ Πύχρο ἰμὶ χὸν χ ... dicitur in eum qui nulla iucundiore conſuetudine corrugatam frontem ſerenare, & ad riſum pellici poteſt. Talis fertur fuiſſe Heraclitus ille, de quo Iuuenalis:

*Quod de ſapientibus alter*
Satyr. 10. *Ridebat quoties à limine mouerat vnum*
*Protuleratq́; pedem: flebat contrarius alter.*
*Sed facilis cuiuis rigidi cenſura cachinni:*
*Mirandum eſt, vnde ille oculis ſuffecerit humor.*

---

## IV. HALCYONES.

*Virginis partus.*

HALCYON auis eſt paulò amplior paſſere, colore cyaneo ex parte maiore, tantum purpureis & candidis admixtis pennis: canit in arundinetis: nidum, vt putant, ex ſpinis aculeatis concinnat, fœtificat brumâ, qui dies halcyonides vocantur, placido mari per eos, & nauigabili: Ita fœturæ gratiſſimæ animantis ponunt venti, & mare ſternitur. Vide Plin. *l.* 10. *c.* 32. & Ar. *de animal. l.* 9. *c.* 14.

APODOSIS.

Inſtar Halcyonis Deipara Virgo, tenuis quidem, vt putabatur apud homines; ſed apud Deum virtute permagna. Color auis Cyaneus ſiue cœruleus originem cœleſtem ſignificat, candidus puritatem, purpureus regalem proſapiam, cantus inter arundineta, lœtitiam cœleſtem in vitæ paupertate: nidulus ex ſpinis, ſpeluncæ Bethlemiticæ rigidam aſperitatem; fortificatio hyemalis, natalem Chriſti in hyeme: maris tranquillitas in partu halcyonum, pacem quæ naſcente Chriſto, vniuerſo terrarum orbi felix illuxit:

*Ver magnus agebat*
*Orbis, & immitis parcebat flatibus Euri.*

V. AL-

## V. ALCYON. 

*Coniugalis amoris ſymbolum.*

PLVTARCHVS Alcyonem ſapientiſſimum diuinisſimumque marinorum animal appellat, non modò ob induſtriam quà cæteris antecellit; ſed etiam quod mariti eſt amans adeo, vt non vno quodã ſed quolibet anni tempore cohæreat congreſſusque huius admittat, non per libidinem, vt quæ alteri nulli prorſus miſcetur, ſed beneuolentiæ coniugalis, & amicitiæ ſtudio. Eundem grauem iam annis & ægrè ſequentem γηροφορᾶ κ, γηροτροφᾶ, ſuſcepta cura, fert fouetque ſenem, nuſquam deſtituens, nunquam poſt ſe relinquens, nam & dorſo impoſitum geſtat.

### APODOSIS.

*Felices ter, & amplius.*
*Quos irrupta tenet copula, nec malis* — *Horat.*
*Diuulſos querimoniis*
*Suprema citius ſoluet amor die.*

In eo charitatis coniugalis argumento ſpectabilis eſt pietas vxoris Eduardi Anglorum regis filij qui cum itinere ad ſanctum Sepulchrum ſuſcepto, inſanabilem plagam venenato Mauri gladio inflictam accepiſſet; pia coniux Hiſpaniarum Regis filia, manantem quotidie ex vlcere mariti purulentum humorem lingebat, ſolius amoris melle conditum: vnde illi ſanitatem, ſibi immortalem ex amore coniugali gloriam peperit. *Rode. Sanc. p. 101. hiſt. Hiſp. cap. 4.*

## VI. ASTERIAS ΑΣΤΕΡΙΑΣ.

*Pigritiæ fuga.*

AVIS nomine Aſterias manſueſcit in Ægypto, & eatenus humanam vocem intelligit, vt ſi quis

 huic

Digitized by Google

huic conuicium faciens vel appallauerit ſeruam, ex ea contumelia iraſcatur: vel eandem ipſam vocauerit pigram, ea ſic dolentur, tanquam ignobilitatis & ſegnitiæ arguta, indignetur.

Ap. Aſterias ſymbolum eſt diligentiæ & generoſitatis. Turpis & homine indigna eſt pigritia: natus eſt homo ad laborem vt auis ad volatum: ὃ μὴ γεννῶν, ὀυδὲν, τὸ δὲ γεννῶν, πόνος.

*Apollonius. Dionyſ.*

---

## *VII.* ALES VENATOR.

### *Impoſtor.*

MERVLI ſaffine genus quoddam eſt venaticum & captioſum, colore atrum, ſplendide canorũ: rectè ex eo venaticum appellatum, quod ex auibus multas ſui cantus permulſione ad ſe allicit, & capit: cuius ingenitæ hæc auis præſtantiæ non ignara, eo munere naturæ ad voluptate & cibo ſe explendam vti videtur. Nam ex ſui cantus auditione & belliſſimas oblectationes habet, & aucupio & venatione proximè ad ſe accedentium auicularum exſaturatur. Quòd ſi quando quiſque hanc captam concluſerit in caueam non modo canere omittit, verum etiam pro ſeruitute ſua à venatore pœnas ſilentio ſumens, muta permanet atque elinguis.

*Æli. lib. 3. de animal. cap. 4.*

Ap. Typus eſt impoſtoris, qui propinare ſolet

*Immixto liuentia melle Veneno.*

---

## *VIII.* ANSER LAVRO INIMICVS.

### *Indoctus.*

ANSER laurum Phœbi arborem ſibi exitialem auerſatur, & declinat. AElianus.

*lib. 5. c. 29.* Εἰ δὲ καὶ ἐξαυαίνοιτο ὑπὸ λιμοῦ, δάφνης φύλλον ὀυκ ἂν φάγοι ὀυκ ἂν πάσαιτο ῥοδοδάφνης. Etiamſi fame contabeſceret, lauri folium non commederet, ne Rhododaphnen quidem guſtaret.

AP-

AP. Ingenium à Poeticis diſciplinis auerſum hoc σχήματι ſignificatur. Talis ille fuit ſenator Cumanus, qui cæteris de alendo in vrbe Homero conſilium agitantibus diſſuaſit, fore enim aiebat ſi is reciperetur in vrbe, turbam ὁμήρων multam & inutilem: homo Midæ auriculis ſi quiſquam alius digniſſimus. *Herodot. 1. vita Homeri.*

## IX. ANSERES TAVRI MONTIS.

*Lingua coercenda.*

ANSERES Taurum montem peragrantes magno aquilarum metu ſinguli mordicus lapidem tenent, ne clangore prodantur, tanquam enim ſilentij frænos ſibi inijcientes, montem tranſuolant, ὥσπερ οὖν ἐμβαλόντες σφίσι σόμιον ἰαπίζονται. Ælian. *l. 5. de an. c. 20. 19.*

AP. Anſeres, ſilentij prudentes obſeruatores: lapis ratio ſilentij frænum: aquila, dæmon dictorum factorumque auceps. *Iſidorus Peluſiota* Cyro monacho χαλίνωσον τῆς γλώττης τὸ ταχὺ τὸ μεῖζον, καὶ ἁπάντων τῶν γηΐνων μελῶν ἡ γλῶσσα ὡς δυσκάθεκτός ἐστι. Linguæ celeritatem fræno coerceri, maximum enim terrenorum omnium membrorum lingua eſt, vt quæ ægrè retineri poſſit. *Ep. 325. l. 1.*

*Infrænis oris vectigal calamitas.*

## X. EQVVS AB ANTHO SVPERATVS,

*Ferocia ab imbecillo cohibita.*

FLORVS auis eſt paluſtris, coloris pulchri, oculorum acie debili, quæ cum equo ſemper pabuli gratiâ dimicat, dorſo eius inſilit, colla & armos vellicat, & his armis freta eum plerumque abigit à pabulo, Ἄνθος τῷ ἵππῳ πολέμιος, διελαύνει γὰρ τὸν ὕππον ἐκ τῆς νομῆς. *Ariſtot.*

AP. Robuſta quæque ſæpe vel ab infirmis debellantur. Ita infirma elegit Deus ad impotentem robuſtorum ferociam compeſcendam.



Digitized by Google

Ouidius

*Parua necat morſu ſpatioſum vipera taurum,*
*A cane non magno ſæpè tenetur Aper.*

## XI. AQVILA AD CORNICES.

Al. lib. 5. cap. 22.

*Inimicos virtute vlciſci.*

CORNICIBVS ſtudium eſt aquilas irritare: hæ verò illos præclarè contemnunt, & deorſum ferri ſinunt. Ipſæ ſurſum ſubuolantes æthereum locum celeri alarum remigio ſecant: quod quidem ipſum non Cornicum timore agunt. Quiſnam hoc dicat, qui planè ſciat aquilarum vim; ſed potius præclara quadam animi magnitudine earum infra ſe volantium lapſus libenter intuentur.

### APODOSIS.

Præclarum eſt ſymbolum inuidorum, qui generoſi hominis adhuc prima face ſurgentis virtuti obſtrepunt. At ille quo magis inuident eo nititur altius & infra ſe volantes corniculas irridet.

*Sola virtute ſequantur.*

## XII. AQVILÆ FEL, ÆTOY XOΛH.

*Seueritas moderata.*

ÆLian. lib. 1.

AQVILÆ fel Attico melle temperatum hebeſcentibus illitum oculis viſum efficit quam acutiſſimum: Εἰ οὖν μέλιτι τις Ἀττικῷ τὴν χολὴν ἀετοῦ διαλαβὼν ὑπαλείφοιτο, ἀμβλυνομένῳ ὄψεσι. Animal. cap. 62.

Auſon. ad Theodoſ.

### APODOSIS.

Seuera grauis hominis reprehenſio amore & humanitate condita, mentis tenebras diſſipat, & eos qui prius erant ſolutioris vitæ ad meliorem frugem reuocat:

*Blando vis latet imperio.*

XIII.

Digitized by Google

## XIII. AQVILÆ OVA IN PELLE VVLPINA.

*Robur additum calliditati.*

ALBERTVS grandem aquilam eſſe ait in Septentrione, quæ duo oua ſemper parit, eaque Vulpis pelle inuoluta in cacuminibus ramorum ſuſpendit, vt ſolis calore foueantur.

APODOSIS

Rectè hoc ſymbolo ſignificatur robur calliditatis inuolucris tectum ad tempus, iuxta Lyſandri dictum, qui Leoninam cum Vulpina coniungere ſe dictitabat.

## XIV. AQVILÆ IVVENTVS EX SADAIA.

*Renouatio vitæ.*

SADAYAS Aquilæ iuuentutem ita renouari putat, tradit eam adeò ſublime volando aſcendere, vt æthereo calore plumæ accendantur, atque ita nudatam delabi in præfrigidum fontem ac puteum, cuius frigore calor medullarum adaugetur, ac per antiperiſtaſim aliquandiu ipſa quieſcente donec plumæ ſuccreſcant, & in nouam prorſus auem exeat. *Albert. Animal. lib. 23.*

APODOSIS.

Sic demum noui homines ſumus, cum cœleſti amore plumea vanitas incenditur, & fonte ſacramentorum abluti nouo germine pubeſcimus. Attigit quoque hanc ſimilitudinem Aratus Diaconus 2. *In Act. Apoſtol.*

*Nam debilis æuo.*
*Et declinatis ſenio iam viſibus ales*
*Flammiuomo ſub ſole iacet, pennaſq. grauatas*
*Eius in igne fouet, nocturnaque lumina pandit,*
*Atque oculos radijs ardentibus ingerit ægros*
*Ad veterem reditura diem.*

XV.

## XV. AQVILA INTER PSITTACOS.

*Vltio opportuna*

Alb Magn. AQVILA ſi incidat in multitudinem cornicum
Animal. li. aut pſittacorum adhuc imbecillior, ab ijs ſe de-
8. c. 2. plumari patitur quidem, vel inuita: at meminit iniuriæ, dataque poſtea occaſione obuias perimit.

### APODOSIS.

Vir generoſus plerumque ab infimis indigna patitur iram concoquens, donec data occaſione animaduertat. Vitandæ potentum offenſæ, qui vel leuiter læſi, *plumbeas iras* gerunt.

Χαλεπαὶ δὲ ἀνάκτων εἰσὶν ὁμοκλαί. Ὀδυσ. ρ.

## XVI. AQVILÆ PVLLVS VNVS.

*Monarchia.*

EXCLVDVNT pullos binos, alterum expellunt
Plin. l. 10. tædio nutriendi.
c. 3.

### APODOSIS.

Effigies eſt hæc Monarchiæ, *vnum Imperij corpus vnius animo regendum.* Tacit. in annal. εἰ ἐθέλοιεν δύο ἥλιοι γενέσθαι, κίνδυνος πάντα συμφλεχθέντα διαφθαρῆναι: *Si duo vellent eſſe ſoles, periculum eſſet ne omnia conflagrarent.* Et hoc opinor timent Ranæ in lepidiſſima Phædri Fabella:

*Vxorem quondam ſolem velle ducere,*
*Clamorem Ranæ ſuſtulere ad ſydera.*
*Conuicio permotus quærit Iupiter*
*Cauſam querelæ. Quædam tum ſtagni incolæ,*
*Nunc, inquit, omnes vnus exurit lacus,*
*Cogitq; miſeras arida ſede emori:*
*Quidnam futurum eſt ſi crearit liberos.*

XVII.

Digitized by Google

## XVII. AQVILA A POLIPO DOMITA.

*Deluſit biantem.*

QVVM in ſaxum non admodum è mari eminens Polypus aliquando correpens aſcendiſſet, ibique cirris explicatis ſumma cum voluptate à tepore Solis caleſceret: Aquila acris & acuta quanto potuit maximo alarum impetu in polypum inſiluit: ſed piſcis, & hic circumplicantibus aquilam, & pertinaciter adhæreſcentibus cirris, in profundum detraxit hoſtem capitaliſſimum, ſimul & interfecit. *Ælianus & Antipat. Theſ. epig. anth. lib. 1. tit. piſces.*

Πώλυπος εἰναλίην ποτ' ἐπὶ προβλῆτι θινὸς εἰς,
Ἠελίῳ ψύχειν πολλὸν ἀνῆκε πόδα.
Οὔπω δ' ἦν πέτρῃ ἴκελος χρόα. φῶτε κεν καὶ μιν
Αἰετὸς ἐκ νεφέων ὀξὺς ἔμαρψεν, ἰδών.
Πλοχμοῖς δ' εἰλιχθεὶς πέσεν εἰς ἅλα δύσμορος. ἦ ῥα
Ἄμφω καὶ θήρης ἤμβροτε καὶ βιότου..

## XVIII AQVILA PVLLVM EIICIENS.

Ἀφιλοστοργία.

INIQVISSIMA circa pullorum educationem aquila eſt: alterum enim ex duobus quos excluſerit in terram eiectum pulſu alarum allidit, & alterum tantum educat fœtu proprio, dum laborem fugit educationis, abdicato.

### APODOSIS.

Huiuſmodi ſcilicet parentes illi ſunt, qui paupertatis prætextu infantes exponunt, quique in diſtribuenda hæreditate erga liberos nimium inæquales ſe exhibent, ἐν τῇ διανομῇ τοῦ κλήρου, ἀνισότητι πρὸς τὰ τέκνα. *Aut. Græc. apud Paul. Mel. antiq. loc. comm. Syllogiſtam.*

XIX

## XIX. AQVILÆ PENNÆ.

*Societas imparium.*

*AElian. l. 9. c. 11. de anim.*

NON modo præſentem & viuentem Reginam auium aquilam cæteræ omnes volucres extimeſcunt, atque eius conſpectum exhorrent: ſed & pennæ eiuſdem ſi quis cum aliarum pennis commiſcuerit incorruptæ atque integræ manent: aliæ cum aliis communitatem non ferentes, putreſcunt.

**APODOSIS.**

Tenues homuli, magnorum conſuetudine atteruntur, nec eorum aut faſtus ferre, aut profuſionem pecuniæ adæquare poſſunt. Itaque in vitæ conſuetudine ὃν κατ' ἑαυτὸν εἶλε ſecundum vetus pictum. *Amicitia aut pares accipit aut facit.* Significat præterea Aquilæ penna virum magnæ auctoritatis, alicuius mali & calamitatis depulſorem. Nam auctor *Geoponicon lib.* 1. ait aduertendum grandinis periculũ multum valere lapidem Chalazitem ferro appulſum, vel aquilæ alam dextram in medio agro defixam.

Αἰετοῦ πτερὸν δὲ δεξιὸν λαβὼν, μέσον τοῦ χορίου χῶσον.

## XX. AQVILA IMPERATORIA AVREAE PYRAE INSIDENS.

*Excelſa mentis generoſitas ſupra omnem rerum humanarum ſpeciem erecta.*

IN Imperatorum exequiis ſtatuebatur in campo Martio pyra phari inſtar, multis tabernaculis contignata, quorum ſuperius inferiori ſemper contractius & paulatim gracileſcens aſſurgebat, donec ad ſummum ventum erat, in quo regina auium Aquila conſidebat, & inferiores quidem domunculæ exterius auro, purpuraque veſtitæ, intus lignorum aridorum copia fartæ, vi ignis immiſſa valide deflagrabant: ex ſummo apice victrix aquila flammas inferiores deſpectabat, & ardoribus intacta euolabat, vt ani-

animam Imperatoris in cœlum deferre videretur.

A p. Mundus inſtar eſt pyræ deflagraturæ, ſpecie quidem nobilis & opulentus, ſed intus ligna putida. ſordes & ramenta habet: recondita varia tabernacula, diuerſarum vitarum gradus & ordines ſignificant, qui quantumcunque ſpecioſi ſint & eximij, tamen pereunt: ſola in apice aquila deridet flaminas & ſe librat in cœlum. Sic Mariæ contemptrix mundi anima, ſupra vitæ humanæ æſtus, arbores, incendia, delicias, fucos, peccata, miſerias, eminet, & ad Deum euolat. *Vide Xiphil. in Hug & Herodia. in Seuero.*

*Ardens euexit ad æthera virtus.*

In eodem argumento Maximilianus ſecundus pinxit in ſymbolo aquilam in nubibus volantem, humi verò coronam, gladium, haſtam, mundum cum lemmate:

*Nil humana moror, dum ſuper aſtra feror.*

---

## XXI. AQVILA IOVIS.

### *Abſtinentia Sanctorum.*

Aqvila violentum & auarum animal captu viuit, & carnes appetit: Nam ad ſe explendam lepores, hinnulos, anſeres, & alia pleraque capit. Vna tantum ex aquilarum genere, quæ Iouis appellantur, carnes non attingit, ſed & ad victum ei herba ſatis eſt & quamuis Pythagoram Samium non audiuit, nullum tamen animantem edit Ælian. l. 9. c. 10. Simile de Miluis narrat Pauſanias, qui Ioui olympio conſecrata minimè attingunt. *l. 5. ſeu in Eliac. priore p. 10. 107.*

A p. Sanctorum & religioſorum hominum abſtinentia ſignificatur, qui plenius Deo ſe manciparunt & cœleſti maximarum rerum contemplatione, vt Aquilæ Solis radijs recreantur. Eſt autem puriorum mentium & egregiarum virtutum propria abſtinentia: ἀποχὴ τῶν βρωμάτων πρὸς τὴν γυμνασίαν τῶν μειζόνων καὶ ὑπὲρ σωμάτων ἐστίν. *Iſid. Pel. epi. 32. ad Lam. Monach.*

XXII.

## XXII. AQVILA MESSORIS.

*Gratus animus.*

AD fontem venerat meſſor, vt aquam è proximo hauriret, videt implicatam à ſerpente aquilam teneri, nec vllum ei patere effugium, falce ſerpentem diſſecat, & vinculis auem expedit non ingratam. Cùm enim iam reuerſus è fonte cum cæteris bibiturus eſſet, qui ſe largioribus poculis exceperant, illa ſuperuolans excutit calicem, non ſine querela hominis, qui aquilam ſeruatori malam reddere gratiam dictitabat, verùm venenatum erat poculum quo compotatores ſocij extincti ſunt, ipſe verò mirabili caſu ſeruatus.

*Ælian. lib. de animal. cap. 37.*

### APODOSIS.

Gratia opportunè reddita præter ſpem.

*Sic finem pietas contigit illa ſuum.*

## XXIIII. AQVILA ALBA PYTHAGORAE,

*Regis Galliæ fauor in Muſas.*

PYTHAGORAS inter ſuæ felicitatis indicia & cœleſtium fauorem, commemorabat ſe aquilam albam aduolantem ſinu excepiſſe, ex quo ſe diuinum hominem factum, & multa ſupra mortalium captum ſciuiſſe dictitabat, καὶ τὸν ἀετὸν δὲ τὸν λευκὸν κατέπτησεν

*Ælian. lib. 4. cap. 17.*

### APODOSIS.

Aquila eſt alba animo ſimul & candore LVDOVICVS Rex, qui ſe literatis clementi fauore impertiens, ſapientiæ ſtudia excitat, & Muſas alit omni felicitate circumfluentes.

*Totique ſalutifer orbi*

XXIV.

## XXIV. AQVILA SESTI.

*Gratus animus.*

Est percelebris apud Seſton vrbem aquilæ gloria, educatam à virgine retuliſſe gratiam: aues primo, mox deinde venatus aggerentem. Defuncta poſtremo in rogum accenſum eius iniecisse ſe, & ſimul conflagraſſe: quam ob cauſam incolæ, quod vocant Heroum, in eo loco fecere appellatum Iouis & virginis. *Ælian. lib. 10. cap. 5.*

Ap. Gratia referendâ nullum officium magis neceſſarium: hoc vbique animantes, hoc muta mundi compages docet, at ingratus eſt brutis deterior.

Πίθος ἐστὶ τετρημένους εἰς ὃν ἅπασας *Lucian.*

Ἀντλῶν τὰς χάριτας, εἰς κενὸν λέξας. *Dolium pertuſum eſt, in quod omnia ingerens beneficia, fruſtra infudiſti.* *Aut. lib. 1.*

## XXV. AQVILA STELLARIS TAVRVM VENANS.

*Dæmon peccatores capiens.*

Aqvilarvm genus quod alij Chruſaeton, alij ſtellarē appellant, non ſæpe apparet, eius generis aquilam Ariſtot. venari ait hinnulos, lepores, grues, anſeres ex cohorte. Aquilarū maxima hæc exiſtimatur. In Creta vi taurum ab ea inuadi in hunc modum narrant, Interea taurus ſe cum capite prono demittit ad paſtum, ex inſidijs aquila in ceruicē inuolans crebras illi ac acerrimas plagas roſtro infligit, ille tanquam furibundus incitatur, & qua poteſt ſe in fugā confert. Et quamdiu in plano ac ſtabili loco fertur, ab aquilæ moleſtia requieſcit. Ea nimirū quoad in planitiem excurrit, nihil ei negotij exhibet, ſed quieta inſiſtens, illum acerrimè obſeruat quocumq; ingreditur. Cùm autem illum proximè ad præcipitem locum ac decliuem acceſſiſſe videt, explicatis in orbē

alis,

Digitized by Google

ſtipite defixam, & probè immobilem. Tum demirati cur non ex cæterarum volucrum ingenio ad hominum præſentiam euolaret, comperiunt debilem & cæcam grauiq; ſenio hebetatam. Interim dum frondibus inumbrati iuxta arborem ſedent in inſidijs, duo alij Aſtures iuniores onuſti præda & carnibus veniunt, quas minutatim conciſas in os canæ illius volucris ingerunt. Credibile eſt ſobolem fuiſſe, quæ inſigni pietatis exemplo θρεπτήρια parenti redderet.

*Matheſ. v. melius opinor aſterias nominantur.*

APODOSIS.

Diſcant ex adumbratis animantium virtutibus pueri in ſe viuam erga parentes pietatis effigiem expreſſam gerere, & cum illo pietatis exemplari filio, dicere:

*Ipſe ſubibo humeris nec me labor iſte grauabit.*
*Quo res cumque cadent, vnum & commune periclum*
*Vna ſalus ambobus erit.*

---

## XXIX. ATTAGEN.

*Gloria vana.*

ATTAGEN qua poteſt voce nomen ſuum loquitur, & decantat: τὸ ἴδιον ὄνομα τῇ αὐτοῦ φωνῇ φθέγγεται, καὶ ἀναμέλπει αὐτό.

*Ælian. l. 4. c. 42. huius meminit Petr. in Sat.*

*Ales Phaſiacis petita Colchis,*
*Et pictis Attagen decora pennis.*

APODOSIS.

Attagen ſui ipſius laudator, hominem vanum & ſuperbum ſignificat ſuarum laudum buccinatorem. D. Greg. *In hac itaque arrogantiæ quarta ſpecie, crebro animus humanus labitur, vt id quod habet, habere ſe ſingulariter glorietur. In qua tamen ſimilitudine diabolicæ vicinius appropinquat, quia quiſquis bonum ſe habere ſingulariter gaudet, quiſquis videri ſublimior cæteris quærit, illum videlicet imitatur, qui deſpecto bone ſocietatis Angelorum, ſedem ſuam ad Aquilonem ponens, & altiſſimi ſimilitudinem ſuperbè appetens,*

*moral. 23. cap. 7.*

*lens, per iniquum deſiderium, quaſi ad quoddam culmen conatus eſt ſingularitatis erumpere. Superbiam nunquam in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dominari permittas, in ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio.*

## XXX. ATTAGENES ÆGYTIORVM.

*Concionatorum minæ.*

ATTAGENES aues ferunt ex Lydia in Ægyptum deportatas, & in ſyluam dimiſſas, primo Coturnicis vocem miſiſſe: poſt cùm fluminis alluuione cœlum peſtilens factum eſſet, quo multi paſſim mortales perierunt, eiuſmodi aues non intermiſiſſe maiori oris expreſſione, quàm quemuis explanatiſſimæ linguæ puerum loqui, & dicere, τρὶς δὶς κακοῖς τὰ κακά. Ter mala malis. *Ælian. l. 15. de anim. cap. 27.*

APODOSIS,

Bonorum eſt concionatorum cum in exteram regionem venerint, nō blanditijs, non minis ab officio deflectere, ſed improbis explicatiſſimè cœleſtes minas denunciare, niſi reſipiſcant.

*Clama, ne ceſſes*

## XXXI. AVES CASIÆ.

*Amicitia opportuna.*

SELEVCIDAE aues nunquam conſpiciuntur à Caſij montis incolis, niſi cum illarum præſidio eſt opus aduerſus locuſtas vaſtantes fruges, nec vnde veniant quove abeant cognitum.

APODOSIS.

Amici opportuni, & ad propulſandos caſus commodi:

*Amicos res opimæ parant, aduerſæ probant.* *Pub. Syrus.*

## XXXII. AVIS CASPIA.

*Formoſus, abſonus & indoctus.*

Ael. l. 17. c. 38.

IN maris Caſpij inſulis cum alias aues peculiares naſci ferunt, tum maximè vnam ea vi & natura affectam, vt magnitudine quidē vel egregium anſerem ſuperet, pedes autem habet grui ſimiles, dorſo ſit vehementer rubro, ventre viridi, collo albo, & diſſeminatis maculis coccis diſtincto, nō minus quàm duos cubitos longo, capite item tenui & gracili, roſtro nigro, ad ſummum, vocem ſimilem ranis emittit.

APODOSIS.

Symbolum eſt, formoſorum adoleſcentum, nec non ſplendidè veſtitorum, qui doctrinæ omnis expertes, voce abſoni ſunt, & ſemibarbari, vt quantam ſpecie ſui admirationem conciliarint, tantam oratione ignominiam contrahant. Nihil enim prodeſt pulchritudo, niſi ſit *Par animus formæ.* Contra deformis Sappho apud Ouidium iactat,

*Si mihi difficilis formam natura negauit,*
*Ingenio formæ damna rependo meæ.*

## XXXIII. AVIS ΔΙΚΑΙΟΣ.

*Innocentia.*

Ph. lib. Ael. l 4. de animal.

AVIS δίκαιος aut δίκαιρος, ſua defodit excrementa ne inueniri poſſit, quia mortales enecant. τοῦτο τὸν ἀπόπα τον κατορύσσει. ἵνα μὴ εὑρεθῇ, εὑρισκόμενον δ' ἂν ποθῇ αὐτοῦ ὅσον σισάμου ἕωθεν ὕπνος ἐπιλαμβάνει, καὶ καθεύδει μηδὲν αἰσθανόμενος, καὶ δύοντος τοῦ ἡλίου τελευτᾷ.

APODOSIS.

Scandalum vitandum, nocendum nemini. D. Chryſoſtomus tom. 5. in oratione contra concubinarios, tantum ineſſe mali in ſcandalo aſſerit, vt etiamſi quis grauiter peccet, & clam hoc faciat, minori pœnæ obnoxium dicat, quam qui leuiter præuaricatur,

Digitized by Google

tur ſed impudenter, atque id cum ſcandalo multorum.

## XXXIV. AVES DIOMEDEÆ.

*Pietas.*

INsignes omnino ſunt, & memorabiles Diomedeæ aues: forma illis penè quæ fulicis, color candidus, ignei oculi, congreges volitant, nec ſine ratione: pergendi duces duæ ſunt, quæ regant agmen, altera agmen anteit, altera inſequitur. Ædem ſacram omni die celebrant ſtudio huiuſmodi. Aquis imbuunt plumas, aliſque impendio madefactis confluunt rorulentæ, ita ædem excuſſo humore purificant, tunc pennulis ſuperplaudunt: indè diſcedunt quaſi peracta religione. *Solin. Polyh. p. 30. & 3. edit. Pul.*

Apodosis.

Symbola ſunt, & icones pietatis. Color candidus, puritatem. Ignei oculi, lumen & ardorem. Congregatio, ſocietatem bonorum ſignificat: frequentatio templi quotidiana, irrigatio religioſarum ædium, cultum, qui in pijs elucet hominibus, non obſcure deſignat. Nec verò tantum manufactis templis Pietas contenta eſt.

*Aſt vbi peccatum regnauerat aurea templi.* *Prudent. in Pſycomac.*
*Atria conſtituens texit ſpectamine morum*
*Ornamenta animæ, quibus oblectata decore,*
*Æternum ſolio diues ſapientia regnet.*

## XXXV. AVES HERCYNIÆ.

*Doctores & concionatores.*

SALTVS Hercynius aues gignit, quarum pennæ per obſcurum emicant & interlucent, quamuis obtenta nox denſet tenebras: vnde homines loci illius plerumque nocturnos excurſus ſic deſtinant, vt illis vtantur ad præſidum itineris dirigendi, præiactiſque



Digitized by Google

Sol. Polyh. pag. 68. ed. Pit.

ctiſque per opaca vallium rationem viæ moderentur indicio plumarum refulgentium.

APODOSIS.

Hæc icon cōcionatores, & pios ſcriptores deſignat, qui inter huius vitæ tenebras pennis emicant, & viam ſalutis præmonſtrant.

*Mundo ſua ſidera præſunt.*

---

## XXXVI. AVES RVTA CONTRA FELIS INSIDIAS MVNITAE.

*Durum eſt ſed ſalutare.*

FELIS pro ſui ingenij rapacitate ſolent auibus inſidiari eaſque infelices in pabulum ſuæ crudelitatis vertere: at verò ſi aues rutæ ſylueſtris folia ſub alis habuerint appenſa, raptoris (vt aiunt) inſidias declinant, & ab eo lædi non poſſunt. Hoc teſtatur Sotion, qui citatur Geoponicon lib. 13. Αἴλουρος ὄρνιθος οὐκ ἅπτεται, ἐὰν κρεμασθῇ ὑπὸ τὴν πτέρυγα αὐτῆς ἄγριον πήγανον.

APODOSIS.

Animæ, quæ rerum cœleſtium contemplationi ſunt addictæ, dæmonis fugiunt inſidias, ſi ſe νικρώσει, quaſi ruta acerbâ quidem illa, ſed ſalutari munierint:

*Quo natura negat cum facit ire viam.*

---

## XXXVII. BERNECAE, SEV BARLIATHES.

*Reſurrectionis typus.*

BARLIATHES ſunt aues ex ligno creſcentes, quas vulgus Bernecas appellat: fertur enim quod lignum de abiete marinis aquis inſidens, quando ſucceſſu temporis putreſcere cœperit, humorem ex ſe craſſum emittit, ex quo denſato formantur paruæ ſpecies auium, ad magnitudinem alaudarum: primū ſunt nudæ, deinde maturantes plumeſcunt, ac roſtris ad lignum pendentes per mare fluitant vſque ad maturi-

turitatem, donec ſe commouentes abrumpant, ſicque creſcant ac roborentur, vſque ad debitam formam, Vincent. Nat. hiſt. *l.* 16. *c.* 90. Geſnerus quoque meminit, & eaſdem aues *Brantas & Cornicias* nominari vulgo tradit.

APODOSIS.

Typus reſurrectionis in hac tabula proponitur. ex putrido ligno pulchræ emergunt aues, ex putri corpore excitabuntur noua beatorum corpora incredibili ſpecie & amœna luce.

*Quæ nunc herba fuit, lignum iacet, herba futura.* *Drac. de opere Dei.*
*Aeriæ nudantur aues, cum penna vetuſta*
*Et noua ſubueſtit reparatas pluma volucres.*

---

## XXXVIII. CAPRIMVLGVS.

*Rapina ſeu pauperum oppreſſio.*

CAPRIMVLGI appellantur grandiores merulæ aſpectu, fures nocturni, interdiu enim viſu carent: intrant paſtorum ſtabula, caprarumque vberibus aduolant, ſuctum propter lactis, qua iniuria vber emoritur, capriſque cæcitas, quas ita mulſere, oboritur. *Pl. nat. hiſt. l. 10. c. 40.*

APODOSIS.

Tales ſunt violenti pauperum oppreſſores, qui miſeros exſugunt tanta & tam inexhauſta auiditatis crudelitate; vt ſpirantia adhuc cadauera non relinquant, antequam omnem humorem & ſpiritum ebiberint. Pecunia enim mortalium animus eſt miſerorum.

*Χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.*

---

## XXXIX. CHARADRIVS.

*Gula.*

CHARADRIVS ales eſt non modo profundæ, ſed & fœdæ voracitatis, qui dum auidè pabulatur ſtatim digerit, tanta eſt in eo vis caloris, & inter

comedendum crebro ventrem exonerans egerit, vt nouo pabulo quaſi recens, & ieiunus ſufficiat. Plato χαραδρίȣ βίον: vbi comment. χαράδριος ὄρνις ἅμα τῷ ἐσθίειν ἐκκρίνει. inter vorandum alui proluuiem excernit.

*in Gorgia.*

AP. Simile eſt quod de Gulone animali diximus alibi: torquentur in Vitellios helluones, qui ſtomachum cibis ſaburrant, tantamque ſaginam ingerunt, vt mox deplere cogantur. De his Theodoretus, ὑπερμαζῶσι, καὶ τρυφῶσι, καὶ πᾶν εἶδος ἐπιπονῶσι χλιδῆς, δι' εὐφῶδη βίον ἀσπαζόμενος.

*lib. de virtute actiua.*

*Non eſt neceſſe omine perſcrutari profundum, nec ſtrage animalium ventrem onerare, nec conchylia vltimi maris ex ignoto littore eruere. Dij iſtos Deæque perdant quorum luxuria iam inuidioſi Imperij fines tranſcendit vltra Phaſin capi volunt quod ambitioſam popinam inſtruat, nec piget à Parthis à quibus nondum pœnas repetijmus, aues petere: vndique conuehunt omnia vota faſtidienti gulæ.*

*Seneca ad Heluiam.*

## XL. CICONIA TARENTINA.

### Ὁ ΕΝ ΤΑΡΑΝΤΙ ΠΕΛΑΡΓΟΣ.

*Gratia relata.*

TARENTINA mulier, nomine Heracleis, & cæteris rebus ex maximè raro fœminarum genere fuit, & verò ab omni ſtupro integram caſtamque ſe marito conſeruauit, quippe quæ vt viuentem eum ſtudioſè ac diligenter coluiſſet, ſic poſteaquam è vita exceſſiſſet, ſe fidiſſimam, & ab omni libidine continentem humato coniugi præſtans, vrbanas commemorationes, & domũ in qua mortuum vidiſſet maritum, adeò malè odit, vt præ mœrore ad ſepulchri monimentum, vbi ſepultura affectus ille eſſet, miſerrimè commoraretur. Hæc igitur fœmina, cum æſtiuo anni tempore Ciconijs pullorum ſuorum volatum experientibus, vnus & infirmiſſima ætate & alarum debi-

debilitate delapſus, alterum crus fregiſſet, eiuſmodi caſum intuita, ſe cognito morbo, miſericordem pullo præbuit: nam & vulnus blandè cautèque obligauit, medicamentis & cibo potioneque adhibitis, cicatricem obduxit, & ad incolumitatem perduxit: atque iam ad volatum confirmatum, è manibus dimiſit, hic admirabili quadam naturæ intelligentia, non ignorans, ſe conſeruatæ vitæ præmium mulieri debere: anno poſt, cum ad vernum Solem forte apricantem eam quæ ſibi benignè fecerat, perſpexiſſet, demiſſo atque humili volatu proximè ad ipſam profecta, in eius ſinum lapidem euomuit: deinde in tecto ſubſedit. Cuius facti admiratione commota Heracleis dubitabat quid iſthuc eſſet. Cum igitur lapidem intus alicubi depoſuiſſet, eum fulgere, & radiatam domum ex eo ſplendere perſpexit: vbi vero Ciconiam comprehendiſſet, & vulneris cicatricem percepiſſet, hanc agnouit eam eſſe quam miſeratione commota curauiſſet. *Ælian. li. 8. cap. 22.*

APODOSIS.

Grati alumni memoriam beneficij diutiſſimè retinent, & qua poſſunt animi teſtificatione in beneficiorum auctores perfunguntur.

Κάριτος ἀπομνημονεῦσαι τὰ ζῶα ᾗ κατ' τοῦτο ἀγαθά, ibidem notat Ælianus. Sed & hoc muti agri inculcant qui longè plus afferunt quam acceperunt. Ex Byzacio Africæ campo Auguſti procurator ex vno grano, vix credibile dictu, quadringenta paucis minus germina Romam miſit. Itaque. *Plin. li. 18.*

*Dicit amicus ager domino, ſæpe plurima reddam:*
*Si bene mi facias, memini tibi ſoluere grates.* *Septimius apud Terentianum.*

## XLI. CICONIÆ

*Sancti.*

CICONIÆ vigiliarum cuſtodumque vrbium ſigna perhibentur, propterea quod ædium faſtigia

 ſtigia

Digitized by Google

ſtigia & acroteria plurimum inhabitant, hinc augu-ſium Attilæ dederunt, fore vt Aquileiam vrbem quam per triennium obſederat, expugnaret, viſæ ſiquidem Ciconiæ vno impetu ex vrbe migrare, fœtuſque ſuos roſtris ſublatos foras aſportare, erectus augurio Imperator, inſtat acrius & voti compos euadit. Vide *Pier. l.* 17. *c.* 9.

Apodosis.

Tum demum vrbi calamitas impendent cum ſancti & Religioſi homines, qui ſtant in vigilia eandem deſerunt hos πολιέχοις. Theodoretus appellat in oratione τῶν μαρτύρων.

## XLII. COLVMBA GEMMIS PICTVRATA, AD IDOLVM VENERIS, *Curationis medicæ ſymbolum.*

Columbas aues eſſe venereas, & à Gentilibus Veneri conſecratas nemo neſcit. hoc & Aelianus in varia hiſtoria memorabili exemplo confirmauit. Aſpaſia (inquit) Hermotimi filia Phocenſis viri pauperrimi, cum mentum ei maximo formæ detrimento intumuiſſet, nec haberet vnde ſumptum in medicos faceret, in ſomnis columbam vidit: quæ in mulierem mutata, bono animo eam eſſe iuſſit, & roſea ſerta Veneris iam arida contrita tuberi imponere, quod cum feciſſet tumor euanuit, ipſaque rurſus inter formoſiſſimas puellas numerata eſt; tandem cum in intimam ſe Cyri Darij filij amicitiam inſinuaſſet, ingens Veneris ſimulachrum fieri curauit, iuxta quod gemmis picturatam columbam collocauit.

Ap. Illuſtrat hæc hiſtoria Hori Hieroglyphicum, vbi ait, Hominem qui ſe ipſe ex oraculo priſtinæ ſanitati reſtituerit, volentes innuere, palumbum pingunt, lauri folium tenentem. Indicat præterea grati animi præclariſſimum monumentum.

LXIII.

Digitized by Google

## XLIII. COLVMBAE VNGVENTATAE.

*Boni exempli vis.*

COLVMBAE Vnguentorum ſuauiſſimis odoribus delectantur impenſius. Quamobrem vt in ſuis columbarijs retinerentur, ſolebant antiqui parietes & feneſtras, opobalſami oleo circumlinere. Quin vt alias quoque columbas ineſcarent, vnam aut alteram emittebant odorum flagrantia delibutam, quam cæteræ omnes aſſectabantur. Hoc præter Diuum Baſilium in epiſtolis teſtatur etiam Didy. Geop. l. 14. Εαν μύρῳ χρίσῃς τὰς περιστερὰς, ϗ ἕξωσιν ἄλλας ἄξουσιν.

APODOSIS.

*Eſt pellax virtutis odor.*

## XLIV. CORNIX MARRETIS.

*Emiſſarius.*

MARRES Rex Aegyptiorum cornicem cicurem habuit, quæ tanquam ſedula & fideli tabellaria in perferendis epiſtolis vſus eſt, mortuam magnificè ſepeliuit, & cippi etiam honore decorauit: ἀνθ᾽ ὧν ἀποθανοῦσαν ὁ Μάῤῥης ἐτίμησεν αὐτὴν, ϗ στήλῃ ϗ τάφῳ. Æli. de animal. l. 6. c. 7.

APODOSIS.

Rectè cadit παροιμία in emiſſarios & otacouſtas qui magna celeritate domini ſui nuncios perferentes vltro citroque permeant, omnia audiunt, & percontantur, garriunt deinde quicquid in buccam. Simile eſt quod de columba ſua narrat Anacreon in Odario, ἐρασμίη πέλεια.



Digitized by Google

alis, illius oculos tegit: & ea quæ ante pedes ſunt, nihil illum prouidentem, magna vi præcipitem agit: tum laniatu ventrem appetens, quantum eius cupiditas fert, nullo deinde negotio prædâ potitur, ab aliena præda humi ſtrata ſe continet, ſed ex ſuis laboribus gaudet, atque à communicando cũ alijs ſe abſtinet. Poſteaquam expleta atque exſaturata eſt, ſua aſpiratione graui & terra reliquias imbutas relinquit, alijs iam ad vſum ineptas. Aliæ ab alijs longiſſimè nidificant, ne ob loci propinquitatem, pro præda illis ſit contendendum, & mutuæ ſuſtinendæ moleſtiæ.

*Ælian. l. 2. c. 39. de animal.*

AP. Hoc eſt ingenium dæmonis, vt primum fidei lumen eripiat, quo nos præcipites in omnium malorum voraginem celerius agat. Euſeb. Emiſſen. homil. 2. de ſymbolo. *Fides religionis Catholicæ lumen eſt animæ, oſtium vitæ, fundamentum ſalutis æternæ.*

## XXVI. AQVILA TILGAMI, ΤΙΛΓΑΜΟΙ ΑΕΤΟΣ.

### *Auxilium inſperatum.*

EST & amor & benignitas erga homines in brutis laudabilis. Nam aquila olim infantem ſeruauit. Sed operæ precium eſt hiſtoriam integrã explicare: amplum ſententiæ noſtræ teſtimonium futuram. Sacchoræ Babyloniorum regis futurum è filia nepotem, regnum aui adepturum Chaldæi prædixerunt. Hoc ille metuens durior in filiam eſſe, & vt omnis ſuſpicio abeſſet arctiſſimè incluſã cuſtodiri voluit. Sed fruſtra ſuo conſilio rem fatalem impedire conatus eſt. Nam filia ex obſcuro quodam homine grauida peperit. Natum autem ex ea infantem cuſtodes regis metu ex arce (qua filia includebatur) præcipitarunt, forte autem præteruolans aquila, viſo infantis caſu, perſpicaciſſima nimirum auis, illico priuſquam terræ allideretur, volando ſubiens eum dorſo ex-

ſo excepit, & in hortum quendam deportatum leniter depoſuit. Cum loci dominus inuentus, forma eius delectatus, amauit, educauitque: & Tilgamum appellauit: is poſtea in Babylonios regnum eſt adeptus. Hoc ſi cui fabula videtur, me quoque non approbare illi fatebor. Audio tamen Achæmenem Perſam quoque, à quo nobilis Perſarum proſapia deſcendit, Aquilæ alumnum fuiſſe. Simile refert Pauſa. de Ariſtomene, cum in Ceadem Lacenum barathrum dimiſſus eſſet, ſub iſſe Aquilam labentem. *Æl. lib. 12. Animal. cap. 21.* *in Meſſen.*

APODOSIS:

Repentinum & inſperatum auxilium in rebus deſperatis hac Icone ſignificatur, & quod aiunt Θεὸς ἐκ μηχανῆς.

*Qua via nulla fuit, iam tum mihi currere viſus*
*Plus homine eſt.*

## XXVII. AQVILAE VALERIAE LVPERCAE.

*Auxilium præter ſpem*, ſeu, *Deus è machina*.

VALERIA Luperca, ad auerruncandam peſtem ex oraculo erat immolanda Iunoni, cum deuolans Aquila victimarium cultrum rapuit, eundemq; buculæ iuxta templum paſcenti infixit. *Ariſtid. l. 9. Italic.*

APODOSIS.

Repentinum à Deo, & inſperatum auxilium, turbidis ſæpe rebus influit, vt hanc non niſi diuino auxilio factam miremur ſerenitatem.

*Maior agit Deus, atque opera ad maiora reſeruat.*

## XXVIII. ASTVRES.

*Senectus honorabilis*, vel *Pietas in parentes*.

NARRAT Albertus, aucupes aliquot dum Aſtures venarentur in denſam arboribus ſyluam penetraſſe: illic eminus proſpiciunt Aſturem auem in *Hoc verbo Aſturis vſus Firmi.*

*Matheſ. v. melius opinor aſterias nominantur.*

ſtipite defixam, & probè immobilem. Tum demirati cur non ex cæterarum volucrum ingenio ad hominum præſentiam euolaret, comperiunt debilem & cæcam grauiq; ſenio hebetatam. Interim dum frondibus inumbrati iuxta arborem ſedent in inſidijs, duo alij Aſtures iuniores onuſti præda & carnibus veniunt, quas minutatim conciſas in os canæ illius volucris ingerunt. Credibile eſt ſobolem fuiſſe, quæ inſigni pietatis exemplo ϑρεπτήρια parenti redderet.

APODOSIS.

Diſcant ex adumbratis animantium virtutibus pueri in ſe viuam erga parentes pietatis effigiem expreſſam gerere, & cum illo pietatis exemplari filio, dicere:

*Ipſe ſubibo humeris nec me labor iſte grauabit.*
*Quo res cumque cadent, vnum & commune periclum*
*Vna ſalus ambobus erit.*

---

## XXIX. ATTAGEN.

*Gloria vana.*

*Ælian. l. 4. c. 42. huius meminit Petr. in Sat.*

ATTAGEN qua poteſt voce nomen ſuum loquitur, & decantat: τὸ ἴδιον ὄνομα ᾗ δύναται φωνῇ φθέγγεται, καὶ ἀναμέλπει αὐτό.

*Ales Phaſiacis petita Colchis,*
*Et pictis Attagen decora pennis.*

APODOSIS.

*moral. 23. cap. 7.*

Attagen ſui ipſius laudator, hominem vanum & ſuperbum ſignificat ſuarum laudum buccinatorem. D. Greg. *In hac itaque arrogantiæ quarta ſpecie, crebro animus humanus labitur, vt id quod habet, habere ſe ſingulariter glorietur. In qua tamen ſimilitudine diabolicæ vicinius appropinquat, quia quiſquis bonum ſe habere ſingulariter gaudet, quiſquis videri ſublimior cæteris quærit, illum videlicet imitatur, qui deſpecto bonæ ſocietatis Angelorum, ſedem ſuam ad Aquilonem ponens, & altiſſimi ſimilitudinem ſuperbè appetens,*

*uens, per iniquum deſiderium, quaſi ad quoddam culmen conatus eſt ſingularitatis erumpere. Superbiam nunquam in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dominari permittas, in ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio.*

## XXX. ATTAGENES ÆGYTIORVM.

*Concionatorum minæ.*

ATTAGENES aues ferunt ex Lydia in Ægyptum deportatas, & in ſyluam dimiſſas, primo Coturnicis vocem miſiſſe: poſt cum fluminis alluuione cœlum peſtilens factum eſſet, quo multi paſſim mortales perierunt, eiuſmodi aues non intermiſiſſe maiori oris expreſſione, quàm quemuis explanatiſſimæ linguæ puerum loqui, & dicere, τρὶς δὶς κακοῖς τὰ κακά. Ter mala malis. *Ælian. l. 15. de anim. cap. 27.*

APODOSIS.

Bonorum eſt concionatorum cum in exteram regionem venerint, nō blanditijs, non minis ab officio deflectere, ſed improbis explicatiſſimè cœleſtes minas denunciare, niſi reſipiſcant.

*Clama, ne ceſſes*

## XXXI. AVES CASIÆ.

*Amicitia opportuna.*

SELEVCIDAE aues nunquam conſpiciuntur à Caſij montis incolis, niſi cum illarum præſidio eſt opus aduerſus locuſtas vaſtantes fruges, nec vnde veniant quove abeant cognitum.

APODOSIS.

Amici opportuni, & ad propulſandos caſus commodi:

*Amicos res opimæ parant, aduerſæ probant.* Pub. Syrus.

## XXXII. AVIS CASPIA.

*Formoſus, abſonus & indoctus.*

Æl.l.17.c. 38.

IN maris Caſpij inſulis cum alias aues peculiares naſci ferunt, tum maximè vnam ea vi & natura affectam, vt magnitudine quidē vel egregium anſerem ſuperet, pedes autem habet grui ſimiles, dorſo ſit vehementer rubro, ventre viridi, collo albo, & diſſeminatis maculis coccis diſtincto, nō minus quàm duos cubitos longo, capite item tenui & gracili, roſtro nigro, ad ſummum, vocem ſimilem ranis emittit.

APODOSIS.

Symbolum eſt, formoſorum adoleſcentum, nec non ſplendidè veſtitorum, qui doctrinæ omnis expertes, voce abſoni ſunt, & ſemibarbari, vt quantam ſpecie ſui admirationem conciliarint, tantam oratione ignominiam contrahant. Nihil enim prodeſt pulchritudo, niſi ſit *Par animus formæ*. Contra deformis Sappho apud Ouidium iactat,

*Si mihi difficilis formam natura negauit,*
*Ingenio formæ damna rependo meæ.*

## XXXIII. AVIS ΔΙΚΑΙΟΣ.

*Innocentia.*

Ph.lib.Æl. l 4. de animal.

AVIS δίκαιος aut δίκαιρος, ſua defodit excrementa ne inueniri poſſit, quia mortales enecant. τοῦτο τὸν ἀπόπα τον κατορύσσει. ἵνα μὴ εὑρεθῇ, εὑρισκόμενον δ' ἂν ποθῇ αὐτοῦ ὅσον σισάμου ἔσωθεν ὕπνος ἐπιλαμβάνει, καὶ καθεύδει μηδὲν αἰσθανόμενος, καὶ δύοντος τοῦ ἡλίου τελευτᾷ.

APODOSIS.

Scandalum vitandum, nocendum nemini. D. Chryſoſtomus tom. 5. in oratione contra concubinarios, tantum ineſſe mali in ſcandalo aſſerit, vt etiamſi quis grauiter peccet, & clam hoc faciat, minori pœnæ obnoxium dicat, quam qui leuiter præuaricatur.

Digitized by Google

tur ſed impudenter, atque id cum ſcandalo multorum.

---

## XXXIV. AVES DIOMEDEÆ.

### *Pietas.*

INSIGNES omnino ſunt, & memorabiles Diomedeæ aues: forma illis penè quæ fulicis, color candidus, ignei oculi, congreges volitant, nec ſine ratione: pergendi duces duæ ſunt, quæ tegant agmen, altera agmen anteit, altera inſequitur. Ædem ſacram omni die celebrant ſtudio huiuſmodi. Aquis imbuunt plumas, aliſque impendio madefactis confluunt torulentæ, ita ædem excuſſo humore purificant, tunc pennulis ſuperplaudunt: inde diſcedunt quaſi peracta religione. *Solin. Polyh. p. 30. & 3. edit. Pal.*

### APODOSIS.

Symbola ſunt, & icones pietatis. Color candidus, puritatem. Ignei oculi, lumen & ardorem. Congregatio, ſocietatem bonorum ſignificat: frequentatio templi quotidiana, irrigatio religioſarum ædium, cultum, qui in pijs elucet hominibus, non obſcure deſignat. Nec verò tantum manufactis templis Pietas contenta eſt.

*Aſt vbi peccatum regnauerat aurea templi.*
*Atria conſtituens texit ſpectamine murum*
*Ornamenta animæ, quibus oblectata decore,*
*Æternum ſolio diues ſapientia regnet.*
*Prudent. in Pſycomac.*

---

## XXXV. AVES HERCYNIÆ.

### *Doctores & concionatores.*

SALTVS Hercynius aues gignit, quarum pennæ per obſcurum emicant & interlucent, quamuis obtenta nox denſet tenebras: vnde homines loci illius plerumque nocturnos excurſus ſic deſtinant, vt illis vtantur ad præſidum itineris dirigendi, præia-

Sol. Polyh. pag. 68. edi. Pict.

ctiſque per opaca vallium rationem viæ moderentur indicio plumarum refulgentium.

APODOSIS.

Hæc icon cócionatores, & pios ſcriptores deſignat, qui inter huius vitæ tenebras pennis emicant, & viam ſalutis præmonſtrant.

*Mundo ſua ſidera præſunt.*

## XXXVI. AVES RVTA CONTRA FELIS INSIDIAS MVNITAE.

*Durum eſt ſed ſalutare.*

FELES pro ſui ingenij rapacitate ſolent auibus inſidiari eaſque infelices in pabulum ſuæ crudelitatis vertere: at verò ſi aues rutæ ſylueſtris folia ſub alis habuerint appenſa, raptoris (vt aiunt) inſidias declinant, & ab eo lædi non poſſunt. Hoc teſtatur Sotion, qui citatur Geoponicon lib. 13. Αἴλουροι ὄρνιθο. οὐκ ἅπτεται ἐὰν κρεμασθῇ ὑπὸ τὴν πτέρυγα αὐτῆς ἄγριον πήγανον.

APODOSIS.

Animæ, quæ rerum cœleſtium contemplationi ſunt addictæ, dæmonis fugiunt inſidias, ſi ſe νεκρώσει, quaſi ruta acerbâ quidem illa, ſed ſalutari munierint:

*Quo natura negat cum facit ire viam.*

## XXXVII. BERNECAE, SEV BARLIATHES.

*Reſurrectionis typus.*

BARLIATHES ſunt aues ex ligno creſcentes, quas vulgus Bernecas appellat: fertur enim quod lignum de abiete marinis aquis inſidens, quando ſucceſſu temporis putreſcere cœperit, humorem ex ſe craſſum emittit, ex quo denſato formantur paruæ ſpecies auium, ad magnitudinem alaudarum: primū ſunt nudæ, deinde maturantes plumeſcunt, ac roſtris ad lignum pendentes per mare fluitant vſque ad maturi-

ſuritatem, donec ſe commouentes abrumpant, ſicque creſcant ac roborentur, vſque ad debitam formam, Vincent. Nat. hiſt. *l.* 14. *c.* 90. Geſnerus quoque meminit, & easdem aues *Brantas & Corniclas* nominari vulgo tradit.

APODOSIS.

Typus reſurrectionis in hac tabula proponitur. ex putrido ligno pulchræ emergunt aues, ex putri corpore excitabuntur noua beatorum corpora incredibili ſpecie & amœna luce.

*Quæ nunc herba fuit, lignum iacet, herba futura.* *Drac. de opere Dei.*
*Aeriæ nudantur aues, cum penna vetuſta*
*Et noua ſubueſtit reparatas pluma volucres.*

---

## XXXVIII. CAPRIMVLGVS.

*Rapina ſeu pauperum oppreſſio.*

CAPRIMVLGI appellantur grandiores merulæ aſpectu, fures nocturni, interdiu enim viſu carent: intrant paſtorum ſtabula, caprarumque vberibus aduolant, ſuctum propter lactis, qua iniuria vber emoritur, capriſque cæcitas, quas ita mulſere, oboritur. *Pl. nat. hiſt. l. 10. c. 40.*

APODOSIS.

Tales ſunt violenti pauperum oppreſſores, qui miſeros exſugunt tanta & tam inexhauſta auiditatis crudelitate, vt ſpirantia adhuc cadauera non relinquant, antequam omnem humorem & ſpiritum ebiberint. Pecunia enim mortalium animus eſt miſerorum.

*Χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.*

---

## XXXIX. CHARADRIVS.

*Gula.*

CHARADRIVS ales eſt non modo profundæ, ſed & fœdæ voracitatis, qui dum auidè pabulatur ſtatim digerit, tanta eſt in eo vis caloris, & inter

*in Gorgia.* comedendum crebro ventrem exonerans egerit, vt nouo pabulo quaſi recens, & ieiunus ſufficiat. Plato χαραδριοῦ βίον: vbi comment. χαράδριος ὄρνις ἅμα τῷ ἐσθίειν ἐκκρίνει. inter vorandum alui proluuiem excernit.

AP. Simile eſt quod de Gulone animali diximus alibi: torquentur in Vitellios helluones, qui ſtomachum cibis ſaburrant, tantamque ſaginam ingerunt, vt mox deplere cogantur. De his Theodoretus, *lib. de virtute actiua.* ὑπερμαζῶσι, καὶ τρυφῶσι, καὶ πᾶν εἶδος ἐπιπονᾶσι χλιδῆς, οἱ συφώδη βίον ἀσπαζόμενοι.

*Non eſt neceſſe omne perſcrutari profundum, nec ſtrage animalium ventrem onerare, nec conchylia vltimi maris ex ignoto littore eruere. Dij iſtos Deæque perdant quorum luxuria iam inuidioſi Imperij fines tranſcendit vltra Phaſin capi volunt quod ambitioſam popinam inſtruat, nec piget à Parthis a quibus nondum pœnas repetijmus, aues petere: vndique conuehunt omnia vota faſtidienti gulæ.* *Seneca ad Heluiam.*

## XL. CICONIA TARENTINA.

### Ο ΕΝ ΤΑΡΑΝΤΙ ΠΕΛΑΡΓΟΣ.

*Gratia relata.*

TARENTINA mulier, nomine Heracleis, & cæteris rebus ex maximè raro fœminarum genere fuit, & verò ab omni ſtupro integram caſtamque ſe marito conſeruauit, quippe quæ vt viuentem eum ſtudioſè ac diligenter coluiſſet, ſic poſteaquam è vita exceſſiſſet, ſe fidiſſimam, & ab omni libidine continentem humato coniugi præſtans, vrbanas commemorationes, & domũ in qua mortuum vidiſſet maritum, adeò malè odit, vt præ mœrore ad ſepulchri monimentum, vbi ſepultura affectus ille eſſet, miſerrimè commoraretur. Hæc igitur fœmina, cum æſtiuo anni tempore Ciconijs pullorum ſuorum volatum experientibus, vnus & infirmiſſima ætate & alarum debi-

debilitate delapſus, alterum crus fregiſſet, eiuſmodi caſum intuita, & cognito morbo, miſericordem pullo præbuit: nam & vulnus blandè cautèque obligauit, medicamentis & cibo potioneque adhibitis, cicatricem obduxit, & ad incolumitatem perduxit: atque iam ad volatum confirmatum, è manibus dimiſit, hic admirabili quadam naturæ intelligentia, non ignorans, ſe conſeruatæ vitæ præmium mulieri debere: anno poſt, cum ad vernum Solem forte apricantem eam quæ ſibi benignè fecerat, perſpexiſſet, demiſſo atque humili volatu proximè ad ipſam profecta, in eius ſinum lapidem euomuit: deinde in tecto ſubſedit. Cuius facti admiratione commota Heracleis dubitabat quid iſthuc eſſet. Cum igitur lapidem intus alicubi depoſuiſſet, eum fulgere, & radiatam domum ex eo ſplendere perſpexit: vbi vero Ciconiam comprehendiſſet, & vulneris cicatricem percepiſſet, hanc agnouit eam eſſe quam miſeratione commota curauiſſet. *Ælian. li. 8. cap. 22.*

APODOSIS.

Grati alumni memoriam beneficij diutiſſimè retinent, & qua poſſunt animi teſtificatione in beneficiorum auctores perfunguntur.

*Κάριτος ἀπεμνησθῆναι τὰ ζῶα ϗ κατ' τῦτο ἀγαθά*, ibidem notat Ælianus. Sed & hoc muti agri inculcant qui longè plus afferunt quam acceperunt. Ex Byzacio Africæ campo Auguſti procurator ex vno grano, vix credibile dictu, quadringenta paucis minus germina Romam miſit. Itaque. *Plin. li. 18.*

*Dicit amicus ager domino, ſæpe plurima reddam:*
*Si bene mi facias, memini tibi ſoluere grates.* *Septimius apud Terentianum.*

## XLI. CICONIÆ

### *Sancti.*

CICONIÆ vigiliarum cuſtodumque vrbium ſigna perhibentur, propterea quod ædium fa-



Digitized by Google

ſtigia & acroteria plurimum inhabitant, hinc augurium Attilæ dederunt, fore vt Aquileiam vrbem quam per triennium obſederat, expugnaret, viſæ ſiquidem Ciconiæ vno impetu ex vrbe migrare, fœtuſque ſuos roſtris ſublatos foras aſportare, erectus augurio Imperator, inſtat acrius & voti compos euadit. Vide *Pier. l.* 17. *c.* 9.

APODOSIS.

Tum demum vrbi calamitas impendent cum ſancti & Religioſi homines, qui ſtant in vigilia eandem deſerunt hos πολιέχοις. Theodoretus appellat in oratione τῶν μαρτύρων.

## XLII. COLVMBA GEMMIS PICTVRATA, AD IDOLVM VENERIS, *Curationis medicæ ſymbolum.*

COLVMBAS aues eſſe venereas, & à Gentilibus Veneri conſecratas nemo neſcit. hoc & Aelianus in varia hiſtoria memorabili exemplo confirmauit. Aſpaſia (inquit) Hermotimi filia Phocenſis viri pauperrimi, cum mentum ei maximo formæ detrimento intumuiſſet, nec haberet vnde ſumptum in medicos faceret, in ſomnis columbam vidit: quæ in mulierem mutata, bono animo eam eſſe iuſſit, & roſea ſerta Veneris iam arida contrita tuberi imponere, quod cum feciſſet tumor euanuit, ipſaque rurſus inter formoſiſſimas puellas numerata eſt; tandem cum in intimam ſe Cyri Darij filij amicitiam inſinuaſſet, ingens Veneris ſimulachrum fieri curauit, iuxta quod gemmis picturatam columbam collocauit.

AP. Illuſtrat hæc hiſtoria Hori Hieroglyphicum, vbi ait, Hominem qui ſe ipſe ex oraculo priſtinæ ſanitati reſtituerit, volentes innuere, palumbum pingunt, lauri folium tenentem. Indicat præterea grati animi præclariſſimum monumentum.

LXIII.

## XLIII. COLVMBAE VNGVENTATAE.

*Boni exempli vis.*

COLVMBAE Vnguentorum ſuauiſſimis odoribus delectantur impenſius. Quamobrem vt in ſuis columbarijs retinerentur, ſolebant antiqui parietes & feneſtras, opobalſami oleo circumlinere. Quin vt alias quoque columbas ineſcarent, vnam aut alteram emittebant odorum flagrantia delibutam, quam cæteræ omnes aſſectabantur. Hoc præter Diuum Baſilium in epiſtolis teſtatur etiam Didy. Geop. l. 14. Ἐὰν μύρῳ χρίσῃς τὰς περιστεράς, καὶ ἕξουσιν ἄλλας ἄξουσιν.

APODOSIS.

*Eſt pellax virtutis odor.*

## XLIV. CORNIX MARRETIS.

*Emiſſarius.*

MARRES Rex Aegyptiorum cornicem cicurem habuit, qua tanquam ſedula & fideli tabellaria in perferendis epiſtolis vſus eſt, mortuam magnificè ſepeliuit, & cippi etiam honore decorauit: ἀνθ' ὧν ἀποθανοῦσαν ὁ Μάῤῥης ἐτίμησεν αὐτήν, καὶ στήλῃ καὶ τάφῳ. Ael. de anim. l. 6. c. 7.

APODOSIS.

Rectè cadit παροιμία in emiſſarios & otacouſtas qui magna celeritate domini ſui nuncios perferentes vltro citroque permeant, omnia audiunt, & percontantur, garriunt deinde quicquid in buccam.

Simile eſt quod de columba ſua narrat Anacreon in Odario,

ἐρασμίη πέλεια.



Digitized by Google

## XLV. CORNIX PROCVL A PARTHENONE.

*Indocti cathedris indigni.*

Æl. l. 5. de Anim. c. 8. CORNIX in arce Athenienſium nunquam ſedet: κορώνη δ' εἰς τὴν Ακρόπολιν Αθηναίων οὐκ ἐπίϐατον.

AP Cornix indoctum locuculeium ſignificat, qui cum ſit ſapientiæ præſidijs deſtitutus, garrit quicquid in buccam, & inepte conuiciatur. Talis omnino à cathedris ſcholarum, & concionum excludendus, ne docendi munus, quod per ſe graue eſt, imperitorum hominum verboſitate puerili deteratur: hoc ſecus tamen fieri videmus, cum adoleſcentes non tam ætate quam moribus, ventilante gloriola, formidanda viris grauibus munia, & appetunt & plerumq; non ſine ſuo aliorumque detrimento inuadunt. Multarum virtutum comitatu ſeptum eſſe oportet, qui alios docendos aggreditur:

Petron. Ar. *His animum ſuccinge bonis, ſic flumine largo*
*Plenus Pierio diffundes pectore verba.*

## XLVI. CORNICVLA SOCRATIS.

*Diſcipulus magiſtrorum depeculator.*

SOCRATES narrabat ſibi dormienti per inſomnium Platonem mutatum in cornicem, quæ ſuo capiti aſſultans glabram caluam roſtro [illegible] ſacrificaret, & peruicacius circumcirca tunderet.

Ath. l. 11. p. 1000. B. AP. Tales ſunt callidi diſcipuli, qui magiſtrorum gloriam depeculantur: ſi modo is erga Socratem fuit Plato, quem ſemper obſeruantiſſime coluit, & in dialogis vbique honoris cauſſa appellauit. callidius longè Hermodorus, qui conſcriptos à Platone libros quæſtuoſa ſcientia vendebat in Sicilia. Cicero: *Placetne tibi librum edere iniuſſu meo? hoc ne Hermodorus quidem faciebat, is qui Platonis libros ſolitus eſt diuulgare*, ex quo λόγοισιν Ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται. 13. ad Att.

XLVII.

## XLVII. CORVVS MARINVS.

*Ingratus animus.*

EST quoddam genus coruorum aquaticum, ij nigerrimi ſunt præter pectus, & ventrem, quibus cinereum colorem natura præſcripſit. Incomparabilem habent vorandi auiditatem, venantur piſces, *tardi* ſunt volatus, diuque ſub aquis manent quando ſe immergunt: habent roſtra dentata vt falces meſſorũ, quibus retinent lubricos piſces. Ingratiſſimæ ſunt aues natura, quia ſtercoribus egeſtis cortices ac arborum ramos, vbi habitant, inficiunt, vt ſubito areſcant. *Olaus mag. l. 19. c. 8.*

APODOSIS.

Ingratus inexplebiliter captat beneficia, authores interim beneficij ſuis ſordibus inquinat. Ioan Bodinus ſcribit Iulianum Apoſtatam habuiſſe in inſignibus Aquilam quæ ſagittis de ſuiſmet pennis concinnatis configeretur, vt ſignificaret commune eſſe omnibus imperijs vt ab ijs euerterentur, quos ad nimios honores euexiſſent. *Aliud ſymbolum Iuliani.*

*Ἀντ' εὐεργεσίης Ἀγαμέμνονα τίσαν Ἀχαιοί.*

## XLVIII. CORVVS SINARVM VENATOR.

*Auarus diues*

PRAEGRANDES ac domeſticos Sinarum Mandarini habent coruos, piſcationi aſſuetos. Horum colla nodo ita laxato conſtringunt, vt nequaquam intercluſa reſpiratione, cibos tamen tranſmittere, ac deglutire non valeant. Ita è caueis dimiſſi ſeſe admirabili ſolertia in aquas immergunt: piſciculos minutos ore conceptos, maiores autem roſtro apprehenſos domum inde cum abiere identidem referunt. *Maff. l. 6.*

AP. Typus eſt auari diuitis, & rapacis, qui dæmonis inſtin-

inſtinctu totus in prædis & rapinis exercetur, quibus ipſe minime fruitur: ita cacodæmonis ſolertiâ præpeditus ſine vllo bonorũ vſu iacturam futuræ beatitudinis acerbiſſimam facit. Iſidor. Peluſiota. ζῆ μὲν ἀθλίως μασιζόμενος, νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ ἀνάπαυσιν οὐκ εἰδὼς, οὐδ' ὕπνου: vide ep. 233. in qua nobiliſſima auaritiæ deſcriptio.

## XLIX. CORVI.

*Filij parentum negligentiæ vltores.*

CORVI vt meminerunt ſe, cùm pulli eſſent à parentibus fuiſſe deſertos, famiq́ue expoſitos, ita parentes ſuos ſenio confectos deuorant paulò aliter Ælianus lib. 2. ὁ κόραξ ὁ ἤδη γέρων ὅταν μὴ δύνηται τρέφειν τοὺς νεοττοὺς, ἑαυτὸν αὐτοῖς προτείνει τροφήν.

AP. Cadit igitur parabola vel in prauos filios qui à parentibus malè tractati impiè vlciſcuntur. hinc prouerbium, κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν: vel in parentum indulgentiam qui ſe fortunis & vita exuunt, vt filios & alant & ad honores euehant:

*O fides alma alta pennis, & iuſiurandum Iouis.*

## L. CORVI ALBI ISLANDIÆ.

*Adulatores.*

LEGE conſtitutum eſt in Islandia, id eſt, in terra glaciali, vt quicumque noxiam beſtiam occiderit, à fiſco vel regio præfecto, iuxta crudelitatem occiſi cadaueris conſtitutum ſuſcipiat emolumentum. Cum itaq; Corui etiam albi ibidem agnellos & porcellos impetuoſo volatu ac vngularum raptu occidendo ſunt ſæuiores, iuuenes hanc depopulationem ſagittis vlciſcuntur, & occiſorum duntaxat coruorum roſtra mercedem petituri præſidibus offerunt.

*Olaus Mag. lib. 5. c. 15.*

APODOSIS.

Corui albi ſunt adulatores, qui cum candorem be-

beneuolentiæ ſimulent, ſimplices viros vt mites agnos depaſcuntur. felix qui

*Coruum deluſit hiantem.*

## LI. CORVI DELPHICÆ MINERVÆ.

*Inuidi Doctis inimici.*

ATHENIENSES, cum Mineruæ ſignum inauratum, cum palma aurea miſiſſent Delphos, impetu facto corui roſtris aurum morſicantes abraſerunt, eo tempore quo Athenienſes expeditionem Siculam pararent. *Pauſan. in Phocicis.*

AP. Inuidi blaterones ſignificantur, qui monumenta doctorum dehoneſtare, & aurei pectoris fœtus morſicando corrodere ſtudent : ſed tandem egregiæ virtutis incrementis obruuntur.

*Magnanima inuidiâ virtus caret, alta ſepulchri*
*Protinus extruitur, cœloq; educitur ara.*

## LII. CORVI ΦΙΛΟΣΤΟΡΓΙΑ.

*Eucharistia.*

CORVVS, iam ætate affecta, cum pullos alere non poteſt, ſeipſum eis cibum præſtat : hi autem comedunt patrem, vnde prouerbium eſſe natum ferunt, Mali corui malum ouum. *Æl. l. 3. cap. 43.*

APODOSIS.

Coruus ſe pullis ſenio confectum præbet in pabulum : at Phœnix noſter Chriſtus Dominus non ſenio contabeſcens, ſed æternæ virtutis vigore decorus, ſe nobis in cœleſtem alimoniam præbuit :

Δειπνουμένοις γλυκὺν ἄρτον ἀπ᾽ οὐρανοῦ ἀστερόεντος. *Sybilla.*

## LIII. COTVRNIX AD SPECVLVM.

*Luxuria ad periculum cæca.*

COTVRNICES cum efferueſcunt in venerem, ſi è regione ſpeculum ipſis obijciatur, & ante id laqueus

queus

Athen. l. 9. queus, quod ſpeculum repræſentat, accurrentes te̅ndicula ſe implicant.

### APODOSIS.

Tales ſunt omnes libidinoſi, & voluptuarij, qui vt boni ſpeciem, quàm per ſomnium tantum viderunt, aſſequantur, in omnia capitis diſcrimina præcipiti, & effrænato curſu ruunt.

Hor. Sat. 2. l. 1.

*Sic illis multo corrupta dolore voluptas;*
*Atque hæc rara cadit dura inter ſæpè pericla.*

## LIV. CVCVLVS IVNONIS. ΗΡΑΣΚΟΚΚΥΞ.

*Mulierum imbecillitas.*

Pauſ. in Cor. p. 59. IN Iunonis ſceptro apicem tenebat cuculus; ales quidem ex genere accipitrum; ſed degener & timidus.

### APODOSIS.

ep. 236. Cuculus mulierum reginæ tributus ſignificat in mulieribus conſilij infirmitatem. Iſid. Peluſiota: γυναικεία φύσις ἐᾳδίως τῷ πάθει ἁλισκομένη. Cornel. Tacitus; *Non imbecillus tantum & impar laboribus hic ſexus: ſed ſi licentia ſit ſæuus & ambitioſus.* l. 3. Annal.

## LV. CYANVS AVIS.

*Solitarius.*

Ælianus. AVIS, cui cyanus nomen eſt, natura ſua ab hominum conſuetudine abhorret, vrbanas commorationes & domos odio perſequitur, locorum etiam agreſtium vbi homines verſari ſoleant, inſolens eſt: eis verò locis in quibus eſt ab hominibus ſolitudo, & montium iugis & præcipitijs delectatur, non continentem, non inſulas hominum frequentia habitabiles, in amore habet: Scyro & ſi qua eſt eiuſmodi alia ſterilis & ab hominibus inops delectatur.

AP. Solitarij imago qui inſanas hominum ſubſtru-

Digitized by Google

ſtructiones, aureas baſilicas & omnes humanæ gloriæ quiſquilias fugiens, in ſolitudine ſuum fixit domicilium.

Ἔα με πέτραις ἐμμένειν ἀοικήτοις·
Οἶκος δὲ μοι πᾶς, καὶ μίξις ἀνθρώπων,
Μνήμην παλαιῶν συμφορῶν ἀναφλέξει.
*Permitte petris me manere deſertis:*
*Domus mihi omnis, viſus omnis humanus*
*Malum reducit omne priſtinum menti.* — *Ignatius diaconus*
*Seu te flammatæ* Syrthes *& inhoſpita teſqua,*
*Seu cœno viridante palus, ſeu nigra receſſu*
*Incultum mage ſaxa tenent, vbi Sole remoto*
*Concaua longæuas aſſeruant antra tenebras.*
*Seu te præruptis perrecta in rupibus altis,*
*Succinctos gelido libantem ceſpite ſomnos.* — *Sidonius. Euchariſt. & ad Fauſt.*
*——quæ quamquam frigora portet*
*Conceptum Chriſti numquam domat illa calorem.*

## LVI. CYGNVS.

*Solitarius gloriam fugiens.*

CYGNVS quoque in eodem fermè eſt argumento. Significat enim ſolitarium vanæ gloriæ contemptorem, quod Gregorius Nazianzenus præclara fabella indicat. (*In epiſt. ad Celeuſ. præſ.*) Hirundines (inquit) olim cygnis obijciebant; quod hominum conſuetudinem recurſarent, neque Muſicam publicè canerent: ſed prata, & fluuios, & ſolitudinem amarent. & parum admodum cantillarent, idque inter ſe tantum, quaſi eos Muſicæ puderet. Noſtræ verò aiebant, ciuitates ſunt & thalami: Nos hominibus, & fortunas noſtras eis narramus: nempe vetera illa, & Attica, Pandionē, Athenas; Tereum; Thraciam, pergrinationem; nuptias, luctum, ſtuprum, linguæ exſectionem, literas; & poſtremo Ityn, & quod ex hominibus in aues transformatæ ſimus. At Cygni loquacitate earum offenſi vix reſponſo dignati ſunt. Reſponderunt ta-

men: Atqui noſtri gratia in ſolitudinem exire qui velint non deſunt, vt muſicam noſtram audiant. Vos verò etiam in contubernio hominum moleſtæ eſtis, ita vt merito illi vos auerſentur quæ ne linguis quidem exſectis ſilere poſſitis. Ad hanc fabulam referri poteſt, quod habet Phædrus de contentione formicæ & Muſcæ. Hæc enim iactat.

*Fabula* 80. *Exta præguſto Deûm*,
*Moror inter aras, templa perluſtro omnia,*
*In capite Regis ſedeo, cum viſum eſt mihi,*
*Et Matronarum caſta delibo oſcula*, &c.

Deinde. *Eſt glorioſus ſanè conuictus Deûm*
*Sed illi qui inuitatur, non qui inuiſus eſt.*

## LVII. GALLVS LEONIS ET BASILISCI TIMOR

*Gallorum Rex.*

Leo à Gallinaceo magno timore afficitur. Eodem timore eſt Baſiliſcus: cum enim eum videt, tremit animo: cumque eundem audit canentem, timore concuſſus emoritur. Quam rem non ignorantes qui per Africam, in qua ſerpentes iſti proueniunt, iter faciunt, Gallum itineris comitem ſibi adiungunt, qui eos à tam peſtilenti malo Baſiliſci prohibeat. Ælian. *lib.* 3. *cap.* 31. Gallus autem ſacer erat Marti & in templis dedicabatur, vt auctor eſt Euſtathius, quod ſit animal πρόχειρον εἰς τὰς μάχας, vt loquitur Pauſanias.

APODOSIS.

Gallorum Rex Dei fretus auxilio, & fortibus terrori, & improbis exitio eſt, aſcriptum columnis Romanis, *Gallos cantando Neronem excitaſſe*: cum impuri hominis iugum excuſſiſſent Vide *Sueton. in Neron.*

*LVII.*

## LVIII. GALLVS METHONENSIS VITES SVO CRVORE EXPIANS.

*Salus ex victima piaculari.*

METHONIS ad arcendos à vineis Africi ventis flatus, viri duo Gallum gallinaceum, pinnis alarum albis in contraria diſcerptum laniant, ac deinde ſuam quiſque partem tenens, currendo luſtrant vitem, donec in eundem locum, ex quo antea diſceſſerant ſe receperint, & illico gallum defodiunt, hoc præſentiſſimum remedium arbitrati. *Pauſan. in Corinth.*

AP. Gallus ſymbolum eſt diuinitatis vt qui ſolis ſupra cæteras aues ſit ſtudioſiſſimus, & tantù diem prænuncians errores ambageſquè omnes ſolutum iri, ægris ſolatium, meticuloſis fiduciam, mœſtis lætitiam cum redeuntis lucis beneficio promittat. Quæ omnia Chriſto ſeruatori mirificè congruunt, vt qui ferream illam quatuor millium annorum noctem diſcuſſit, & nobis deſideratam lucem poſt malorum iliadem, & tot inferorum terrores attulit: ἐνθνητοῖς πορθμευτὰς ἦλθον φωτὸς παγαῖς, inquit Syneſius. Quid autem deſignat albi galli ad propagandas vites laceratio; niſi Chriſti paſſionem? qui in crucis arbore dilaceratus, & Eccleſiæ vitem ſuo cruore irrigans, omnem deinde fructuum abundantiam in noſtrum transfudit ſinum.

*Placuit grex totus ab vno.*

## LIX. GLOTTIS.

*Pigritia vel ſocietas infida.*

GLOTTIS, vt hirundo cœlum mutat, hanc initio blandita peregrinationem auide profectam, pœnitentia in volatu cum labore ſcilicet ſubit, reuerti incomitatam piget, & ſequi nec vnquam plus vno die pergit, & proximo hoſpitio deſerit. *Plin. lib. 10. cap. 23.*

AP. Tales ſunt ſegnes, & infidi ſocij, qui feruent in principijs, & ad omnia videntur paratiſſimi, ſed ad minimam rerum offenſiunculam, totus illico peregrinationis ſimul & amicitiæ ardor intepeſcit, & amicos, quos ſtudioſè antea complectebantur, turpiter & nefariè deſerunt. Seneca ad Lucilium: *Turpe eſt cedere oneri, & luctari cum officio, quod ſemel recepiſti. Non eſt vir fortis ac ſtrenuus qui laborem fugit, ne creſcat illi animus ipſa rerum difficultate, nihil eſt quod non expugnet pertinax operá, & intenta, ac diligens cura.*

---

## LX. GRACCVLVS.

*Alieno danno ſapere.*

SOLENT Gracculi agros infeſtare, quorum inſultus ruſtici hac ratione reprimunt, vnum ex inſidijs captum in oculatiſſima totius agri parte ſuſpendunt, quo ſpectaculo cæteri quamprimum deterrentur, Geoponicon lib. 14. Κολοιοὺς ἀποβάλοις ἐὰν ἕνα θηράτας κρεμάσῃς, οἱ γὰρ λειποὶ ὁρῶντες αὐτὸν, φεύξονται νομίζοντες πάγας εἶναι ἐν χώρᾳ.

APODOSIS.

*Felix quem faciunt aliena pericula cautum.*

Gregor. Naz. ſeu Apol. in Chriſto patiente.

Αὐτὴ μὲν οὔπω ναὸς εἰσέβην σκάφος,
Γραφῇ δ' ἰδοῦσα, καὶ κλύουσ', ἐπίσαμαι.
*Nunquam carinam ſum nauis ingreſſa, tamen*
*Picta ex tabella edocta, ex audituque id ſcio.*

---

## LXI. GRVS CVM LAPILLO.

*Prudentia.*

Ælian. li. 3. cap. 13.

GRVES vt ſatis eſt compertum, lapillum geſtant, ſiue ad explorandum mariane ſuperuolent an terras, ſiue ad firmandum corporis pondus, ne ingruenti cedat tempeſtati.

AP. Hoc Hieroglyphicum prudentiæ omnia ſagaciſſimè explorantis, & in ſtabilitatem vitæ gra-



Digitized by Google

uitate conſiliorum firmantis. *Nam ſi incertè errat animus, præter viam viuitur*, vt eſt Ennij ſententia. Polybius Romanorum tam perſpicacem fuiſſe in rebus gerendis prudentiam aſſerit, vt eorum meditationes acies ſine ſanguine, acies autem & conflictus meditationes cum ſanguine poſſint appellari. Μελέται Ρωμαίων χωρὶς αἵματος παρατάξεις, αἱ δὲ παρατάξεις μεθ' αἵματος μελέται.

## *LXII.* GRVES.

*Vigilantia.*

EXCVBIAS habent nocturnis temporibus lapillū pede ſuſtinentes, qui laxatus ſomno, & decidens indiligentiam coarguat. Cæteræ dormiunt capite ſubter alam poſito alternis pedibus inſiſtentes: dux erecto prouidet collo ac prædicit. Vide Solinum Polyhiſtorem in deſcriptionibus. *Pl l.10.c.25*

APODOSIS

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. *Iliad. β.*

Apollonius cum Veſpaſianum nondum Imperatorem diluculo ad tractanda negotia ſurgere comperiſſet, dixiſſe fertur, ἀνὴρ ἄρξει. *Phil. in Ap.*

## *LXIII.* GRVVM PENNA.

*Conſtantia.*

CÆTERARVM fermè auium plumæ cum tempore colores mutent, Gruum eodem ſemper colore perſeuerant. Vide Geſner. *in Grue.*

APODOSIS.

Conſtans hac icone in omni ætate hominis ſignificatur ingenium. *Benè compoſitæ mentis eſſe exiſtimo, ſecum conſiſtere, ſecum morari.* *Seneca.*

## *LXIV.* HELIODROMVS.

*Tantus amor lucis.*

HELIODROMVS auis Indica, quæ mox nata euolat



Digitized by Google

ad Orientem verſusSolem: & ſtatim cum ſol vertit ſe ad Occidentem, rurſus eundem ſequitur: annum vitæ non excedit. Kiranides qui & ſuo more multa vana de eadem aue ſubiungit.

APODOSIS.

Lux iſta quæ oculis cernitur eſt μεγάλε φωτὸς ἀντίτυπος. vt loquitur D. Greg. Nazianz. oratione ſecunda in ſanctum Paſcha. Helidromus autem auis imago eſt ſanctorum qui ad illud æternæ lucis ſacratum, & βυθὸν θεολαμπῆ mentis aciem noctes dieſque dirigunt.

---

## LXV. HIRVNDINES VOLATERRANI CECINÆ.

*Victoriæ nuncij.*

Plin. l. 10. cap. 24.

CECINA Volaterranus equeſtris ordinis, quadrigarum dominus, comprehenſas in vrbem ſecum auferens, victoriæ nuncias amicis hirundines mittebat, in eumdem locum remeantes, *illito victoriæ colore.*

APODOSIS.

Apud. Arrian. de exp. Alex. lib. 1.

Non temerè felicitatis & victoriæ ſymbolum eſt, hirundo, nam vt ait Ariſtander, σύμτροφος καὶ συνοικάνθρώποις ὄρνις ἐστί. Idcirco Alexandro ſub meridiem quieſcente ferunt hirundinem dormientis caput circumuolitaſſe, magnos garritus edentem, & modò in hoc, modò in illud lectuli latus inſediſſe, turbulentius quam illius auis conſuetudo fert canentem: nec prius deſtitiſſe quam Regem in profundum ſoporem demerſum excitaret: Quod prodigium Alexander cum ad Ariſtandrum detuliſſet, interpretatus eſt fore illi aduerſus arcana inimicorum conſilia & inſidias victoriam, ibidem:

*Nulla Deum ſuperare poteſtas.*

*LXVI.*

## LXVI. HIRVNDINVM MVRVS.
### SIVE CHELIDONIVS.

*Infirma mundi domant fortia.*

IN genere ſymbolorum ſpectabilis eſt murus Chelidonius: in Nilo ſiquidem pariuntur lapides Colloces dicti, quos hirundines aduerſus Nili aluuionem colligunt, vt ex eis murum, quem Chelidonium nominant, ædificent, ad coërcendos aquarum impetus, & vt regio diluuio non deuaſtetur. Thraſyllus *in Ægiptiacis*, & Plutarch. iunior *in Nilo*. λίθοι κόλλωτες, καλούμενοι, τούτοις κατὰ τὴν ἀσίβειαν τοῦ Νείλου συλλέγουσαι χελιδόνες, κατασκευάζουσιν τὸ προσαγορευόμενον χελιδόνων τεῖχος ὥσπερ ἐπέχει τοῦ ὕδατος τὸν ῥοῖζον. Meminit quoque Plinius cap. 23. l. 10.

A P. Mirum eſt quo pacto præpotens ille Deus voluerit à tam puſillis animantibus tam vaſto flumini frænum inicij: an vt nos doceat quod paruum quoq; animal apud Auianum Leoni inculcat:

*Diſce tamen, breuibus quæ ſit fiducia monſtris,*
*Et faeias quicquid paruula turba cupit.*

## LXVII. IBIS.

*Cor Dèo gratum.*

IBIDEM Ægyptiis honori multas ob cauſas eſſe fama eſt; ſed hæc inter cæteras ἰδιότητας non minima quod cordis figuram exprimit, cum collum & caput ſub plumis abdiderit. Ælian. *l.* 10. *c.* 39. *de Animal.* aliam affert rationem de ſuo, vt ſolet Pierius *l.* 17. *c.* 19. Iidem Perſeæ arboris fructum Iſidi gratiſſimum putant, quod cordis ſpeciem referat. Pl. *in Iſid. & Oſirid.* Meminit quoque Ibidis Orus *lib.* 34. Καρδίαν βουλόμενοι γράφειν ἶβιν ζωγραφοῦσι. Ioſephus Moyſen refert in expeditione contra Æthiopas Ibides ſecum detuliſſe, quod non religione auis fecit, *Iudaicarũ antiq. l.* 2. *cap.* 10.

 ſed

Digitized by Google

ſed vt exercitum aduerſus ſerpentes muniret, quibus ibis eſt infeſtiſſima. Verba auctoris ſunt pag. 58. πρὸς ἀσφάλειαν καὶ ἀβλαβῆ πορείαν τοῦ στρατεύματος, πλέγματα ἀμφιρῆ κιβωτοῖς ἐκ βίβλου κατασκευάσας, καὶ πληρώσας ἴβεων, ἐκόμισε. πολεμιώτατον δ' ἐστὶν ὄφεσι τοῦτο τὸ ζῶον.

## APODOSIS.

Ex eo apparet particulam Deodilectam cor humanum eſſe, quod ſibi tam ſæpè in diuinis literis depoſcit Deus. Significat præterea Ibis vt ex Ioſephi narratione patet, felicem viæ & conſiliorum auſpicem, qui infeſta inimicorum conſilia amoliatur, & per ardua ſecuri itineris copiam præbeat.

*Ne dubites auctore bono.*

---

## LXVIII. IBIDIS NIDVS IN PALMIS.

*Generoſarum mentium celſitudo & quies in virtute.*

IBIS in palmis ad euitandas feles nidificat.

*Ælian. lib. de animalibus, cap. 29.*

AP. Generoſi verè ſunt qui in virtute, in excelſis & diuinis cogitationibus, in egregijs operibus, vitijs & caſibus humanis ſuperiores côquieſcunt. *Quis generoſus; ad virtutem benè à natura compoſitus, Hoc vnum intuendum eſt, alioqui ſi ad vera reuocas, nemo non inde eſt, ante quod nihil eſt. A primo mundi ortu vſque ad hoc tempus perduxit ex ſplendidis ſordidiſque alternata ſeries. Non facit nobilem atrium plenum fumoſis imaginibus. Nemo in noſtram gloriam vixit, nec quod ante nos fuit, noſtrum eſt. Animus facit nobilem, cui ex quacumque conditione ſupra fortunam licet ſurgere.*

*Senec. epiſt. 54.*

Opportunè verò apud Silium Italicum, virtus de ſe prædicat:

*Caſta mihi domus, & celſo ſtant colle penates.*
*Ardua ſaxoſo perducit ſemita cliuo,*
*Aſpera principio.* Deinde,
*Mox celſus ab alto*
*Infra te cernes hominum genus.*

LXIX

## LXIX. LARVS.

*Vanitas oſtentatorum.*

LARVS ales vorax clamore arguto dum parturit vociferatur, partuſque edit plumoſos vtique; ac apprimè pennatos, ſed exili carne, vt eſt in parœmijs de Ceppho & Laro.

APODOSIS.

Hominem ſignificat de quo magna aliqua fuerit expectatio, quam tamen ignauè, & humiliter fefellerit. Tales ſunt omnes oſtentatores, qui verbis montes aureos, & gemmarum riuos promittunt, reipſa paleas obtrudunt. *Larus, rapacitas.*

Βομβύλιοι ἄνθρωποι.

Larus quoque notiſſimum voracitatis indicium, vnde Ariſtophanes Cleonem rapacem Magiſtratum Athenienſium appellat Λάρον δώρων καὶ κλεπτός. In eodem genere eſt Morfex auis de genere Mergorum, quæ ſe cibis ingeſtis ita ſaburrat, vt è nido egredi iterue ſuſcipere non poſſit, antequam vomitorio hanc corporis ſarcinam expulerit. *Cleon Larus donorum.* *Morfex auis, Gulæ & rapacit. ſymbolum.*

## LXX. LVSCINIA EPVLONEM SVVM DISCRVCIAT.

*Conſcientiæ ſtimulus ex innocentium oppreſſione.*

LVSCINIA auium argutiſſima & tranquillo præ cæteris animo, ſuauiſſima & imprimis canora voce ſolitarijs in locis cantillat. Eius etiam carnes vigiliam fouere aiunt. Mihi verò qui cibo veſcantur huiuſmodi homines nec boni nec ſapientes videntur. Sed illius etiam deorum atq; hominum regis, vt Homero placet, nempe ſomni priuatio, infelix infelicis cibi munus mihi videtur. *Ælian. l. 1. de animal. c. 43.*

APO. Luſcinia ſymbolum eſt innocentiæ, quam qui vi & iniuria opprimit, facile quidem facit: At vero, ſi mo-

## LXXV. MILVI NVNCII VERIS ADORATI

*Nuncij bonorum.*

MOs erat apud populos nonnullos miluos adorare quod illi poſt rigentis hyemis inclementiam vernæ tempeſtatis fideles nuncij apparerent. Vide adagium προκυλινδεῖται ἰκτίνῳ, prouoluitur ad miluum.

Ap. Cadit in boni alicuius nuntios, quos obuijs vlnis amplectimur, eximè conueniet D. Ioanni Baptiſtæ, qui lucem, & cœleſtis veris clementiam prænunciauit, vnde vox eius mirifica lætitiæ iucunditate aures perfudit.

Iuuenc. l. 1.

*Vox latè reſonat deſertis vallibus, amplas*
*Sternite iam ſtratas, omnis ſit recta viarum*
*Semita, quæ Domini dignè veſtigia geſtet.*

## LXXVI. MILVVS IOVI SACRA NON TANGIT.

*Sacrilegio abſtinendum.*

Æli. de an. l. 2. ca. 47.

MIlvi ad rapinas incitatiſſimi, vt nec macelli carnibus parcant, Ioui ſacra non tangunt: τῶν δὲ ἐκ τοῦ Διὸς ἱερουργίας οὐκ ἂν προσάψαιντο.

APODOSIS.

Fures quamquam audaces ſacrorum religione mouentur.

*Nec facile in furtis timefactæ relligiones*
*Effugiunt animo pauidæ mortiſque timores.*

## LXXVII. MARSVPIVM A MILVO RAPTVM.

*Auaritia punita.*

LVGDVNENSIS incola vini mercator, vt lucra augeret, aquá miſcebat, atque non parum hac arte lo-

te locupletatus eſt, cum aquam pro vino venderet, nauigio igitur ad emporia traijciens Ararim fluuium, marſupium penes ſe pecunia oppletum habebat, atq; id è pelle confectum. Miluus animal ob pilos ratus, aduolat & exportat. Mox cum ſibi prædam nihil ſentiret prodeſſe, præcipitat in fluuium, ex quo nunquam emerſit. *Greg. Turon. in gloria conf. c. 109*

APODOSIS.

Auaros & improbos ferit tandem diuina Nemeſis, & vno temporis momento amittunt opes, per multos annos ex omnium fraudum & ſcelerum genere concretas. Inde fides veteri dicto: *Malè parta, malè dilabuntur.*

---

# LXXVIII. MONOCORDIATA SIVE AVIS PARADISIACA ET ΑΠΟΥΣ.

*Contemplatio*

MONOCORDIATA in aëre abſq; nido, abſq; arbore, abſque ſaxo, aut altero fulcimento nidificat, & oua parit in dorſo maris ſui comparis, ibique fouet, & excludit: numquam vllo loco conſidet, ſemper in aëre ſubſiſtens, quod penè excedit omnem fidem. Maximilianus auctor eſt, qui addit numquam viſam fuiſſe niſi mortuam, quod tunc deficiente vitali ſpiritu labatur in terram. Vide Geſnerum, apud quem prolixa eſt Melchioris de eadem deſcriptio. Nonnulli putant apud veteres eſſe Rhyntacem, cuius Plutarchus meminit in Artoxerxe: γίνεται δὲ μικρὸν ἐν Πέρσαις ὀρνίθιον, ᾧ περιττώματος οὐδὲν ἔστιν, ἀλλ' ὅλον διάπλεων πιμελῆς τὰ ἐντός· ᾗ καὶ νομίζουσιν ἀνέμῳ καὶ δρόσῳ τρέφεσθαι τὸ ζῷον. Naſcitur apud Perſas exigua auis, quæ omni caret excremento, habetque omnia inteſtina adipe differta: vnde vento arbitrantur & rore hoc animal viuere. De hoc verè dici poteſt.

*Sana*

*Sæua nec humani patitur contagia mundi*
*Par volucer ſuperis.*

AP. Hac Icone pij ac religioſi homines ſignificantur, qui contemplationis alis ſubnixi terras relinquunt, & in Deo ſuauiſſimè conquieſcunt, de quibus Theodoret. κ̓ τῷ ὀφθαλμῷ τῷ κάλλει τῶν ὁρωμένων ἐπιτέρπεσθαι διακωλύοντες σχολὴν τῷ νῷ παρέχουσιν ἐπιτρυφᾶν τῇ θεωρίᾳ τῶν νοητῶν.

*Iuuat immenſo ſpatiantem viuere cælo,*

Subijciam hic pereruditi viri in eodem argumento poema præſtantis ingenij fœtum: nihil arbitror me hoc genere vidiſſe & ſubtilitate limatius, & carminis ſuauitate elegantius.

AVIS PARDISEA. SIVE APVS,
Ex Geſneri tabula.

de Angelis orat. 3.

*Vos ô queis cœlum domus eſt, quos fortior aura*
*Numinis ardentis ſuſpendit in æthere niſu,*
*Heroes pretioſæ animæ mortale ſonantem*
*Si licet in veſtras muſam deducere laudes,*
*Huc ſpectate Apodem: vobis natura laborat,*
*Atque opere in pulchro partem facit. hoc quoque nomen*
*Indus* a *alit, Phœbi indus amor, cui prima Deorum*
*Munera, & Eoæ cuſtodia credita gazæ.*
*Nec vero tantum unigenâ ſe Nilus alumno*
*Iactarit, licet ille ſibi poſt fata ſuperſtes*
*Inter odoratas Arabum demeſſe fauillas*
*Hauriat e buſto natali funere vitam.*
*Ac licet aut* b *roſtro chelidon, aut mole* c *coturnix*
*Par fuerit, tamen &* d *pennatum ſyrmate longo*
*Creſcit in immodicum quantus Iouis armiger ales*
*Titanum furias, ſæuumq; Capanea letho*
*Fulminat, aut Phrygios Domino tranſuectat amores.*
*Principio* e *enodes ceruix lentatur ad alas*
*Luteolis, & fuluo rutilat criſpata metallo,*
*Sic color in precio eſt,* f *inferne virentia currit*
*Cyaneum per menta decus, Thaumantida ceu cum*
*Roſcida*

a Naſcitur in Moluccis inſulis.
b Roſtrum magnitudine & forma ſimile hirundini.
c Corporis magnitudine & penè forma coturnici ſimilis.
d Pennæ extenſææ quãt fermè aquilam.
e Pennæ à prima ceruice vertebra à roſtri initium coloris lutei ſplendentis auri pumodo
f Quæ mentum regunt mirè virides.

*Roſcidus aduerſo percuſſit Delius aſtro.*
*Ex currunt* g *alæ in caudam, , tenuique receptum*
*Tranſmittunt ſub nube diem, nam* h *fuſcus innerrat*
*Splendor clementique faces demitigat vmbra.*
*Diſcolor* i *interea primo ſub tegmine pluma*
*Vellus agit, magnoque minor ſe lumine veſtit*
*Aſtriferum miſſura iubar, blattamque, crocumque*
*Camporumque oculos, voſque alba liguſtra, tuaſque*
*Obſcurat Narciſſe comas, , iam vilior aura*
*Ceſton habet, vincique dolet Cadmeia torquis.*
*Plus etiam* k *ordo placet natiuum circinat orbem*
*Neſcia curuari, tergoque immobilis hæret.*
*Iliacâ talem clypeum de cæde reportat,*
*Æacides,* l *& adhuc iaculis pendentibus horret.*
*Qualis cæruleos* m *caudæ ſtellantis honores,*
*Explicat aprico volucris Iunonia Soli*
*Iamque ſuperſtitio* n *Scythicis adiuncta tyrannis,*
*Circum mille fremant acies, & ferreus imber*
*Pila rotet, ſperant humanis inuiti telis*
*Pectora, & hoſtili certos de ſtrage triumphos.*
*Si criſtis aſſurgit apex, galeamque coronat.*
Nec *minor eſt virtus celeres præuertitur Euros*
*Aëra per liquidum* o *prono ratis æquore currat,*
*Læta laborantes impellant carbaſa venti,*
*Scilicet anteuolat puppes, & remige penna*
*Hoſpita venturo præſignat littora nautæ.*
*Tellurem* p *preſſiſſe pudet, frondoſa ſub auris*
*Eligitur Dryas, hic tectum paruique penates:*
*Incumbit ramis, & caudâ prenſat obuncâ* q
*Obſequio fugiente pedum, cœloque propinquus,*
*Matutina bibit rorantis ex æthere mella,* r
*Relliquias diuûm: menſis cum Aurora remotis*
*Faſtidita legit, miſtamque vapore caduco*
*Ambroſiam, latè mortalibus impluit ægris.*
*Hinc illa aërij mellis cœleſtia dona,*
*Et non imparili diſtentæ nectare cannæ*
*Fortunatorum nemorum, qua primus in orbem*
*Circu-*

*g* Pēnæ alatum pellucidæ.
*h* Fuſcæ ſed fulgentes.
*i* Subnaſcūtur maiori. minores aliæ multi colores.
*k* Alę naturaliter vno & eodem modo cōſiſtunt in orbem digeſtæ.
*l* Tanquam cuti infixa ſpicula.
*m* Pauonū fœminarū pennis ex toto perſimiles.
*n* Reguli Mahomet. pro criſtis vtūtur, iiſq; ſe tutos in bello exiſtimant.
*o* Nauim quantūuis celerē circumvolat.
*p* Terrā viua nunquā tangit
*q* Hoc vel ignoratum vel neglectū Geſnero
*r* Rore veſcit

*Circulus it, mediæ dirimens confinia lucis.*
*Si quando dulces ad vitæ lumina pullos*
*Eniti fragilique dedit committere cruſto*
*Caſta venus non furtiuo de ceſpite nidus.*
*Aut lutea aſſurgunt libantibus æquora pennis*
*Mœnia: compoſiti ſed mas ſinuamina ſ dorſi*
*Subdit amans viuaque thorum de tergore pluma*
*Et pater, & natale ſolum, facit: hic pia coniunx.*
*Spemque metumque locat curui tum fornice ventris*
*Incubat; & ſimili reddit ſe prole parentem.*
*Dicite terrarum domini; quos matre cadentes*
*Excipiunt Indo Bithyna cubilia dente,*
*Quis Cæſar cunis vnquam tam mollibus infans*
*Vagijt, aut Grata qui Porphyro-gennitus aula*
*Sarrano meruit nomen ſuſceptus in oſtro?*
*Ne tamen incurrat violento flamine Corus,*
*Dilectaſque euertat opes, t mas licia caudam*
*In gemina extendit, multoque volumine circum*
*Implicat impoſitæ ſocialia membra maritæ.*
*Æole, ſi quis ineſt ventis fauor, Æole ſi qua*
*Ius habet in ſuperos pietas, o parce quietos*
*Sollicitare thoros: nouus hæc vt pignora perdat*
*Crudelis; thalamo iungat ferale ſepulchrum,*
*Atque animam teſta triplicem peſſundet in vna*
*Crudelis; prolem per amica ſilentia finget*
*Alcyone; & media vitam de morte reportat.*
*Et meruere Apodes, Apodes meruere necari;*
*Sed ventis loquor, vnde ſciant miſereſcere venti?*
*Ite feri, effractis ruite, exundate cauernis*
*Vnà omnes, quatite horriſonis ſtridoribus alas,*
*Vos mea ridet Apus, veſtri ſecura furoris*
*Vincula nectit Amor, nodoque arcanus honeſto*
*Copulat alituum par nobile, nobilis ales.*

ſ Dorſum maſculo. venter fœminæ cauus, ſic pullos fouent & excludunt.

t E maris dorſo fila gemina prodeunt, quibus incubantem fœminam ſibi alligat firmius.

## LXXIX. NOCTVA.

*Hæreſis*

MVLIERIBVS veneficia & cantiones exercentibus ſimilis eſt noctua, captioſum animal: hæc enim capta, ſuos inprimis aucupes, ſic captionibus ſuis in ſe elicit, vt eam velut ludicrum quoddam aut amuletum in humeris circumgeſtent. Noctu quidem vigilat, & voce quaſi quibuſdam præſtigiis & illecebris aues allicit, eaſque ſibi aſſidere facit. Interdiu verò alia aucupij inductione vtitur, & auibus illudit; ridiculè nimirum in aliam atque aliam ſpeciem vultum conuertens, quibus aues peradoleſcentes in admirationem raptæ, manere apud eam perſeuerant, maximo eorum in quæ ſe formas timore percuſſæ. *Ælian. li. 1. de animal. cap. 29.*

APODOSIS.

Noctua hæreſis, vox præſtigiatoris, oratio hæreticorum faſcinans: variæ facies, hæreticorum inconſtantia, qui cothurno verſatiliores, in ſola hæreſi ſunt conſtantes, ſi modo conſtantia eſt dementiſſimi pectoris pertinacia.

*Latet anguis in herba.*

## LXXX. NOCTVA OVIS CICONIÆ INCVBANS.

*Vana Sapientia pietatem lædit.*

SI noua Ciconiæ oua contigerit Noctua, faſcinat & incubationem omnem, ac ſi oua eſſent ὑπηνέμια, ſeu ſubuentanea, irritam reddit: ſed platano arbore ab infeſti animalis iniuria pietatis cultrix ales ſe diligentiſſimè tuetur. *Ælian. li. 1. cap. 35.*

AP. Ciconia, pietas: oua, pietatis fœtus: noctua, vana ſapientia, quæ plurimum obeſt pietati: Platanus, crucis arbor qua omnis vanitas & humanæ ſcientiæ pompa excutitur. ὁ Θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου ἐμώρανε τὴν φθαρτὴν καὶ χαμαίζηλον. Deſcribitur



Digitized by Google

tur à Prudentio in Hamartigenia huius vanæ ſapientiæ ſuppellex:

*Ira, ſuperſtitio, mœror, diſcordia, luxus,*
*Sanguinis atra ſitis, vini ſitis, & ſitis auri,*
*Liuor, adulterium, dolus, obtrectatio, furtum,*
*Ambitio vitioſa tumet doctrina ſuperbit,*
*Perſonat eloquium nodos fraus abdita nectit.*
*Inde canina foro latrat facundia toto,*
*Hinc gerit Herculeam vilis ſapientia clauam*
*Oſtentatque ſuos vicatim gymnoſophiſtas.*

## LXXXI. NOCTVÆ OVVM.

*Sapientia.*

OVVM Noctuæ ſi forte puer coctum comederit antequam vini vſum habeat, futurus eſt tota vita abſtemius. Philoſtr. in Apollonio Aiunt autem noctuam Baccho inimicam à vitibus abigi, quod vinum mortalibus criminata ſit.

AP. Noctua ſymbolum eſt ſapientiæ, cuius qui fœtus aureos à teneris vnguiculis delibant, reliquum vitæ curriculum in ſumma moderatione, in ſobrietate, ſæpiſſimè traducunt.

Εφόδιον ἀπὸ νεότητος ἀναλάμβανε τὴν σοφίαν.

## LXXXII. OSSIFRAGA.

*Charitas.*

*Baſil. in Hexam. homil. 3.*

EIECTVM à parente pullum Aquilæ Oſſifraga excipit & alit.

AP. Charitas eorum qui alienos liberos à parentibus neglectos fouent.

*Prosp. Epigramm. 2.*

*Naturæ quiſquis propriæ non ſpernis honorem.*
*In quocumque hominum quæ tua noſcis ama,*
*Namque quod artificis ſummi fecit manus, vnū eſt*
*Quæq; auctore bono condita ſunt, bona ſunt.*
*Diuinum in nullo figmentum deſpiciatur,*
*Sola malis ſtudiis addita non placeant.*

LXXXIII.

## LXXXIII. OTIS AD CANES.

*Concionator terror improborum.*

OTIS auis eſt tarda & quæ corporis pondere depreſſa ægrè ſeſe attollit è terra, hæc canem præter cæterarum auium naturam vehementer perhorreſcit: μόνη δὲ ὠτὶς πέφρικε κύνας.

APODOSIS.

Inertes animæ quæ terrena ſapiunt, concionatores diuini verbi præcones ferre non poſſunt: ſed eorum verba quaſi fulgura perhorreſcunt.

*Hac fulmen ab arce venit.*

## LXXXIV. PASSERCVLVS AREOPAGITÆ.

*Innocentum oppreſſio vindicata.*

CVM ſub dio iudicia exerceret Areopagus, paſſer fortè, quem accipiter vrgebat, in Areopagitæ iudicis deuolat ſinum: ille, vti vt cætera auſterus, necat ſupplicem. Ex quo Senatus grauiſſimo iudicio damnatus eſt, & ordine motus, non ob paſſerculi mortem, quæ leuis fortaſſe videbatur, ſed διὰ ἰταμότητος τῶν τρόπων. *Hellad Beſantinous in Chreſtom.*

AP. Innocentes, & ſupplices à iudicibus benignè tractandi in quo, ſi officio defuerint, vindicare iniuſtitiam, & iniquitati hominum intercedere ſuperioris eſt poteſtatis.

*Parce ſupplici.*

## LXXXV. PAVONIS LINVM.

*Pœnitentia.*

PAVO Lini radice vt nobili alexipharmico vtitur. *Ælian lib. 11. cap. 18.*

APODOSIS.

Lini vſus omnium penè gentium ritu in ſacris frequentiſſimè & Lino olim amicti pœnitentes. Qui



Digitized by Google

*S. Ambr. ad virg. lapſ. cap. 8.*

opulentia & faſtu elati peccauerunt, Pauones imitati ad linum, pœnitentiæ veſtem confugiunt. *Deinde lugubris tibi accipienda eſt veſtis, & mens ac membra ſingula digna caſtigatione punienda.*

## LXXXVI. PELECANVS.

*Amor Sobolis.*

PELECANVS non modo femur vellicat, vt excuſſo ſanguine ſuos paſcat, ſed ſe quoque per furentis ignis vortices cruciabili tormento ad liberandam ſobolem ingerit.

AP. Amor parentum in liberos, φίλτατον τέκνον 4. Euripides. vid *Ælianum lib.* 3. *cap.* 23. Idem φιλοστοργίας. Symbolum eſſe poterit Aquila, quæ vt ait Rabbi Salomon, & qui eum ſequutus eſt Caietanus, refert aliquando pullos ſuos non vnguibus, vt cæteræ ſolent aues, ſed locatos in humeris protegit expanſione alarum; vt licet ab imo quis eos iaculis petat, ipſam potius, quàm pullos vulneret. idcirco Exod. *cap.* 19. *v.* 4. dicitur Deus ſuos portare *ſuper alas aquilarum.*

*Aquilæ* φιλοστοργίας.]

## LXXXVII. PELECANVS.

*Creſcit de vulnere ſalus.*

*D. Aug. in Pſal.* 101.

DE Pelecano notum vt pullis ſuo ſanguine vitam reddere dicitur.

### APODOSIS.

Typus Chriſti, qui nos peccatis mortuos ſuo ſanguine abluit, & ad melioris vitæ immortalitatem excitauit, quid? quod in eo ipſo loco crucifixus eſt Dominus in quo ſepultus eſt Adamus? vt eius veluti cruore irrigati cineres reuiuiſcerent, noſq; omnes qui in Adamo tanquam in mortuo ſtipite rami inutiles extabueramus, nouo germine inciperemus pubeſcere. Hæc præter authores quos affert Baronius, teſtatur Nonnus Panopolitanus.

*In metaph. Euang. D. Ioannis.*

Riccius

Εἰσόκε χῶρον ἵκανε φατιζομένοιο κρανίου.
Ἀδὰμ πρωτογόνοιο φερώνυμον ἄντυγι κόρσης.

## LXXXVIII. PELECANVS INTER CONCHAS.

*Labor & ſtudium.*

PELECANI fluuiatilibus Conchis ſe complent, eaſque cum ſtomachi calore concoxerint, euomunt: atque teſtis iam alui calore diductis, eligunt ex his quæ ſunt eſculenta. Lari aues, vt Eudemus ſcribit, ſublimes cochleas ſurripiunt, atque ex alto deijcientes magna vi ad ſaxa allidunt, itaque eſculenta teſtis ſeiunctis eligunt. Ælian. *de animal. c.* 20. *l.* 3. Simile *de ardeis cap.* 15. *l.* 5.

APODOSIS.

Si quid difficultatis & laboris deuorauerıs, fructus erit voluptatibus iucundior: *qui nucleum eſſe vult frangat nucem.*

## LXXXIX. PELECANVS AD IGNEM.

*Conatus irritus.*

PELECANVS vbi paſtorum inſidijs circumſeptus eſt ignibus, flammam alarum quaſſatione extinguere nititur, qui ignis acrior inardeſcit, alitis pennas inuadens, quibus exutus inſidiatoribus cedit in prædam. *Orus l.* 1. 51.

APODOSIS.

Torquetur in eos qui contra vim ingentis mali, leuiora quærunt remedia, quibus foueatur potius quam opprimatur malum, ardet quippe ignis, ventilat Pelecanus, at aquæ ſitula opus, non ventulo. Similiter omninò faciunt, qui flagrantes permotionum æſtus, leuiſſima oratione putant compeſcere, & blandiendo malum permulcent potiùs, quàm curant.



Digitized by Google

ſi modo vllum ſenſum habet humanitatis, cruciabili poſtea conſcientiæ flagello torquetur; nam oppreſſi innocentis ſpecies obiecta ſomno excutit, atque in furorem agit. Plut. τὸ συνειδὸς οἷον ἕλκος ἐν σαρκὶ τῆς ψυχῆς τὴν μεταμέλειαν αἱμάσσουσαν ἀεὶ καὶ νύσσουσαν ἐναπολείπει.

*de animi tranq.*

## LXXI. LVSCINIA STESICHORI.

*Eloquentia.*

*Plin. l. 10, cap. 29.*

LVSCINIA in ore Steſichori infantis cecinit.

AP. Eloquentiæ ſymbolum eſt Luſcinia, aut Siren in ore.

----- Σὺ δέ μοι καὶ τὸ λάλημα φέρεις
Κἂν τὸ Σειρήνων γλυκερώτερον.
*Et tu mihi iſtam orationem offers.*
*Siren bus ſuauiorem.* Item,

*Agath. ſchol. l. 7. Anth.*

Meneclides de Bacchide, οἷον ἐφθέγγετο, οἷον ἔβλεπεν, ὅσαι ταῖς ὁμιλίαις αὐτῆς Σειρῆνες ἐνίδρυντο: *Qualis erat oratio? qualis aſpectus? quot in eius colloquijs inerant Sirenes?* Vanus Kiranides addit. Cor Luſciniæ ſi quis ea adhuc palpitante cum melle glutierit, & aliud cor eiuſdem auis cum lingua portauerit, ſuauis ad loquendum erit, & ſonoræ vocis, & libenter audietur. Extat Philipp. *epigramm. lib.* 1. Anth. 40. de Luſcinia, quæ Boream fugiens cum per mare volaret, Delphini dorſo ſuſcepta, vectaque ſit, & illum nantem carminibus ſuis delectauit.

*Μεμφομένην Βορέην ἐπιπωτώμην ὑπὲρ ἅλμης,*
Πνεῖ γὰρ ἐμοὶ Θρήκης ἤπιος οὐδ᾽ ἄνεμος.
Ἀλλά με τὴν μελίγηρυν ἀηδόνα δέξατο νώτοις
Δελφὶν, καὶ πτηνὴν πόντιος ἡνίοχει.
Πιστοτάτῳ δὲ ἐρίκῃ πορθμευομένη τὸν ἄκωπον
Ναύταν τῇ στόματος θέλγον ἐγὼ κιθάρῃ.

## LXXII. LVSCINIÆ ORPHEI.

*Imitatio illuſtrium authorum.*

FERVNT Thraces luſcinias quæ iuxta Orphei ſepul-

ſepulcrum nidificant, ſuauius & mollius canere.

AP. Monumenta doctiſſimorum virorum, quæ ab imitantibus frequentantur, genium eloquentiæ inſpirant. Dionyſ. Longinus. περὶ ὕψους. Ἀπὸ τῆς τῶν ἀρχαίων μεγαλοφυΐας εἰς τὰς τῶν ζηλούντων ἐκείνους ψυχὰς, ὡς ἀπὸ ἱερῶν στομίων, ἀπόῤῥοιαί τινες φέρονται, ὑφ' ὧν ἐπιπνεόμενοι, καὶ οἱ μὴ λίαν φοιβαστικοὶ, τῷ ἑτέρων συνενθουσιῶσι μεγέθει. Pauſan. in Bœotic. 305 lib. 25.

## LXXIII. MELEAGRIS.

*Liberorum neglectus,*

CLYTVS Mileſius libro primo de Meleto, & Meleagridibus, hæc ſcribit. Circa delubrium virginis ſunt aues, quas Meleagridas appellant. Locus paluſtris eſt in quo nutriuntur. Animal illud non ita prolem amat, & iuniores pullos adeo negligit, vt ſacerdotibus eos curare neceſſum ſit. Athen. lib. 14 p. 655.

AP. Tales ſunt parentes, qui prolem negligunt, ac ſimul voluptatis ardor deferbuit, omnem in ſe charitatis ſenſum intepeſcere atque extingui patiuntur: longè remoti ab illo Plautino Charmide, qui exclamat in Trinummo.

*Quibus ærumnis deluctaui filio dum diuitias quæro.*

## LXXIV. MEROPS.

*Abſurdus ſeu ordo præpoſterus.*

MEROPS auis contra vt fertur volat atque cæteræ, aliæ enim omnes quaſi ſurſum ad oculos verſus, illa verò retro ad caudam verſus volat, & profectò naturam volatus admiratione & inſolentia pleni quem facit hoc animal ſummopere miror. Ælian. de animal. l. 1. cap. 49.

AP. Talis eſt Homo præpoſterus, qui rerum ordinem peruertit: καλὸν τὸ τακτικόν. Xenoph. in eodem argumento ſunt Mæander qui ſolus fluuiorum eſt recurrens, εἰς ἑαυτὸν παλινδρομεῖ (inquit Plutarchus iunior) Araxa planta quæ ſola Virgines odit, vnde μισοπάρθενος nominatur. Oryx qui ſolis eſt aduerſo pilo. Paliurus arbor quæ ſola cuculo aue lætatur. l. 2. exp. Cyri. Idē in fluminibus.

LXXV.

Digitized by Google

## LXXV. MILVI NVNCII VERIS ADORATI

*Nuncij bonorum.*

MOs erat apud populos nonnullos miluos adorare quod illi poſt rigentis hyemis inclementiam vernæ tempeſtatis fideles nuncij apparerent. Vide adagium προκυλινδεῖται ἰκτίνῳ, prouoluitur ad miluum.

AP. Cadit in boni alicuius nuntios, quos obuijs vlnis amplectimur, eximè conueniet D. Ioanni Baptiſtæ, qui lucem, & cœleſtis veris clementiam prænunciauit, vnde vox eius mirifica lætitiæ iucunditate aures perfudit.

Iuuenc. l. 1.

*Vox latè reſonat deſertis vallibus, amplas*
*Sternite iam ſtratas, omnis ſit recta viarum*
*Semita, quæ Domini dignè veſtigia geſtet.*

## LXXVI. MILVVS IOVI SACRA NON TANGIT.

*Sacrilegio abſtinendum.*

Æli. de an. l. 2. ca. 47.

MILVI ad rapinas incitatiſſimi, vt nec macelli carnibus parcant, Ioui ſacra non tangunt: τῶν δὲ ἐκ τοῦ Διὸς ἱερουργίας οὐκ ἂν προσάψαιντο.

APODOSIS.

Fures quamquam audaces ſacrorum religione mouentur.

*Nec facile in furtis timefactæ relligiones*
*Effugiunt animo pauidæ mortiſque timores.*

## LXXVII. MARSVPIVM A MILVO RAPTVM.

*Auaritia punita.*

LVGDVNENSIS incola vini mercator, vt lucra augeret, aquá miſcebat, atque non parum hac arte lo-

te locupletatus eſt, cum aquam pro vino venderet, nauigio igitur ad emporia traijciens Ararim fluuium, marſupium penes ſe pecunia oppletum habebat, atq; id è pelle confectum. Miluus animal ob pilos ratus, aduolat & exportat. Mox cum ſibi prædam nihil ſentiret prodeſſe, præcipitat in fluuium, ex quo nunquam emerſit.

*Greg. Turon. in gloria conf. c. 109*

### APODOSIS.

Auaros & improbos ferit tandem diuina Nemeſis, & vno temporis momento amittunt opes, per multos annos ex omnium fraudum & ſcelerum genere concretas. Inde fides veteri dicto: *Malè parta, malè dilabuntur.*

---

# LXXVIII. MONOCORDIATA SIVE AVIS PARADISIACA ET ΑΠΟΥΣ.

### *Contemplatio*

MONOCORDIATA in aëre abſq; nido, abſq; arbore, abſque ſaxo, aut altero fulcimento nidificat, & oua parit in dorſo maris ſui comparis, ibique fouet, & excludit: numquam vllo loco conſidet, ſemper in aëre ſubſiſtens, quod penè excedit omnem fidem. Maximilianus auctor eſt, qui addit numquam viſam fuiſſe niſi mortuam, quod tunc deficiente vitali ſpiritu labatur in terram. Vide Geſnerum, apud quem prolixa eſt Melchioris de eadem deſcriptio. Nonnulli putant apud veteres eſſe Rhyntacem, cuius Plutarchus meminit in Artoxerxe: *γίνεται δὲ μικρὸν ἐν Πέρσαις ὀρνίθιον, ᾧ περιττώματος οὐδὲν ἐστιν, ἀλλ᾽ ὅλον διάπλεων πιμελῆς τὰ ἐντός· ᾗ καὶ νομίζουσιν ἀνέμῳ καὶ δρόσῳ τρέφεσθαι τὸ ζῷον.* Naſcitur apud Perſas exigua auis, quæ omni caret excremento, habetque omnia inteſtina adipe differta: vnde vento arbitrantur & rore hoc animal viuere. De hoc verè dici poteſt.



Digitized by Google

*Sæua nec humani patitur contagia mundi*
*Par volucer ſuperis.*

AP. Hac Icone pij ac religioſi homines ſignificantur, qui contemplationis alis ſubnixi terras relinquunt, & in Deo ſuauiſſimè conquieſcunt, de quibus Theodoret. καὶ τῷ ὀφθαλμῷ τῷ κάλλει τῶν ὁρωμένων ἐπιτέρπεσθαι διακωλύοντες χολὴν τῷ νῷ παρέχουσιν ἐπιτρυφᾶν τῇ θεωρίᾳ τῶν νοητῶν.

*Iuuat immenſo ſpatiantem viuere cælo,*

Subijciam hic pereruditi viri in eodem argumento poema præſtantis ingenij fœtum: nihil arbitror me hoc genere vidiſſe & ſubtilitate limatius, & carminis ſuauitate elegantius.

AVIS PARDISEA. SIVE APVS,
Ex Geſneri tabula.

*Vos ô queis cœlum domus eſt, quos fortior aura*
*Nam nis ardentis ſuſpendit in æthere niſu,*
*Heroes pret oſæ animæ mortale ſonantem*
*Si licet in veſtras muſam deducere laudes,*
*Huc ſpectate Apodem: vobis natura laborat,*
*Atque opere in pulchro partem facit, hoc quoque nomen*
*Indus a alit, Phœbi indus amor, cui prima Deorum*
*Munera, & Eoæ cuſtodia credita gazæ.*
*Nec vero tantum vnigenâ ſe Nilus, alumno*
*Iactarit, licet ille ſibi poſt fata ſuperſtes*
*Inter odoratas Arabum de meſſe fauillas*
*Hauriat e buſto natali funere vitam.*
*Ac licet aut* b *roſtro chelidon, aut mole* c *coturnix*
*Par fuerit, tamen &* d *pennatum ſyrmate longo*
*Creſcit in immodicum quantus Iouis armiger ales*
*Titanum furias, ſæuumq. Capanea letho*
*Fulminat, aut Phrygios Domino tranſuectat amores.*
*Principio* e *enodes ceruix lentatur ad alas*
*Luteolis, & fuluo rutilat criſpata metallo,*
*Sic color in precio eſt,* f *inferne virentia currit*
*Cyaneum per menta decus, Thaumantida ceu cum*

*Roſcidis*

de Angelis orat. 3.

a Naſcitur in Moluccis inſulis.

b Roſtrum magnitudine & forma ſimile hirundini.

c Corporis magnitudine & penè forma coturnici ſimilis.

d Pennæ extenſæ æquāt fermè aquilam.

e Pennæ à prima ceruicis vertebra à roſtri initium coloris lutei ſplendentis auri puriſſimi modo. f Quæ mentum regunt mirè virides.

*Roſcidus aduerſo percuſſit Delius aſtro.*
*Ex currunt g ale in caudam, , tenuique receptum*
*Tranſmittunt ſub nube diem, nam h fuſcus inerrat*
*Splendor clementique faces demitigat vmbra.*
*Diſcolor i interea primo ſub tegmine pluma*
*Vellus agit , magnoque minor ſe lumine veſtit*
*Aſtriferum miſſura iubar, blattamque, crocumque*
*Camporumque oculos , voſque albæ l guſt a, tuaſque*
*Obſcurat Narciſſe comas, , iam vilior aura*
*Ceſton habet, vincique dolet Cadmeia torquis.*
*Plus etiam k ordo placet natiuum circinat orbem*
*Neſcia curuari , tergoque immobilis hæret.*
*Iliacâ talem clypeum de cæde reportat,*
*Æacides, l & adhuc iaculis pendentibus horret.*
*Qualis cæruleos m caudæ ſtellantis honores ,*
*Explicat aprico volucris Iunonia Soli*
*Iamque ſuperſtitio n Scythicis adiuncta tyrrannis,*
*Circum mille fremant acies , & ferreus imber*
*Pila rotet , ſperant humanis inuiti telis*
*Pectora, & hoſtili certos de ſtrage triumphos.*
*Si criſtis aſſurgit apus , galeamque coronat.* o

Nec *minor eſt virtus : celeres præuertitur Euros*
*Aëra per liquidum o prono ratis æquore currat,*
*Læta laborantes impellunt carbaſa venti,*
*Scilicet anteuolat puppes, & remige penna* m
*Hoſpita venturo præſignat littora nautæ.*
*Tellurem p preſſiſſe pudet ; frondoſa ſub auris*
*Eligitur Dryas , hic tectum paruique penates :*
*Incumbit ramis ; & caudâ prenſat obuncâ* q
*Obſequio fugiente pedum, cæloque propinquus,*
*Matutina bibit roranti ex æthere mella , r*
*Relliquias diuûm: menſis cum Aurora remotis*
*Faſtidita legit , miſtamque vapore caduco*
*Ambroſiam, latè mortalibus impluit ægris.*
*Hinc illa aërij mellis cælſtia dona,*
*Et non imparili diſtentæ nectare cannæ*
*Fortunatorum nemorum, qua primus in orbem*
*Circu-*

g Pēnæ alatum pellucidæ.
h Fuſcæ ſed fulgentes.
i Subnaſcūtur maiori. minores aliæ multi colores
k Alę naturaliter vno & eodem modo cōſiſtunt in orbem digeſtæ.
l Tanquam cuti infixa ſpicula.
m Pauonū fœminarū pennis ex toto peiſimiles.
n Reguli Mahomet. pro criſtis vtūtur, iiſq; ſe tutos in bello exiſtimant.
o Nauim quantūuis, celerē circumvolat.
p Terrā viua nunquā tangit q Hoc vel ignoratum vel neglectū Geſnero r Rore veſcitur.

*Circulus it, mediæ dirimens confinia lucis.*
*Si quando dulces ad vitæ lumina pullos*
*Emitti fragilique dedit committere cruſto*
*Caſta venus non furtiuo de ceſpite nidus.*
*Aut lutea aſſurgunt libantibus æquora pennis*
*Mœnia: compoſiti ſed mas ſinuamina ſ dorſi*
*Subdit amans viuaque thorum de tergore pluma*
*Et pater, & natale ſolum, facit: hic pia coniunx.*
*Spemque metumque locat curui tum fornice ventris*
*Incubat; & ſimili reddit ſe prole parentem.*
*Dicite terrarum domini; quos matre cadentes*
*Excipiunt Indo Bithyna cubilia dente,*
*Quis Cæſar cunis vnquam tam mollibus infans*
*Vagijt, aut Grata qui Porphyro-gennitus aula*
*Sarrano meruit nomen ſuſceptus in oſtro?*
*Ne tamen incurrat violento flamine Corus,*
*Dilectaſque euertat opes, t mas licia caudam*
*In gemina extendit, multoque volumine circum*
*Implicat impoſitæ ſocialia membra maritæ.*
*Æole, ſi quis ineſt ventis fauor, Æole ſi qua*
*Ius habet in ſuperos pietas, o parce quietos*
*Sollicitare thoros: nouus hæc vt pignora perdat*
*Crudelis; thalamo iungat ferale ſepulchrum,*
*Atque animam teſta triplicem peſſundet in vna*
*Crudelis; prolem per amica ſilentia fingit*
*Alcyone; & media vitam de morte reportat.*
*Et meruere Apodes, Apodes meruere necari;*
*Sed ventis loquor, vnde ſciant miſereſcere venti?*
*Ite feri, effractis ruite, exundate cauernis*
*Vna omnes, quatite horriſonis ſtridoribus alas,*
*Vos mea ridet Apus, veſtri ſecura furoris*
*Vincula nectit Amor, nodoque arcanus honeſto*
*Copulat alituum par nobile, nobilis ales.*

ſ Dorſum maſculo. venter fœminæ canus, ſic pullos fouent & excludunt.

t E maris dorſo fila gemina prodeunt, quibus incubantem fœminam ſibi alligat firmius.

## LXXIX. NOCTVA.

*Hæreſis*

MVLIERIBVS veneficia & cantiones exercentibus ſimilis eſt noctua, captioſum animal: hæc enim capta, ſuos inprimis aucupes, ſic captionibus ſuis in ſe elicit, vt eam velut ludicrum quoddam aut amuletum in humeris circumgeſtent. Noctu quidem vigilat, & voce quaſi quibuſdam præſtigiis & illecebris aues allicit, eaſque ſibi aſſidere facit. Interdiu verò alia aucupij inductione vtitur, & auibus illudit, ridiculè nimirum in aliam atque aliam ſpeciem vultum conuertens, quibus aues peradoleſcentes in admirationem raptæ, manere apud eam perſeuerant, maximo eorum in quæ ſe format timore percuſſæ. *Ælian. li. 1. de animal. cap. 29.*

APODOSIS.

Noctua hæreſis, vox præſtigiatoris, oratio hæreticorum faſcinans: variæ facies, hæreticorum inconſtantia, qui cothurno verſatiliores, in ſola hæreſi ſunt conſtantes, ſi modo conſtantia eſt dementiſſimi pectoris pertinacia.

*Latet anguis in herba.*

## LXXX. NOCTVA OVIS CICONIÆ INCVBANS.

*Vana Sapientia pietatem lædit.*

SI noua Ciconiæ oua contigerit Noctua, faſcinat & incubationem omnem, ac ſi oua eſſent ὑπηνέμια, ſeu ſubuentanea, irritam reddit: ſed platano arbore ab infeſti animalis iniuria pietatis cultrix ales ſe diligentiſſimè tuetur. *Ælian. li. 1. cap. 35.*

AP. Ciconia, pietas: oua, pietatis fœtus: noctua, vana ſapientia, quæ plurimum obeſt pietati: Platanus, crucis arbor qua omnis vanitas & humanæ ſcientiæ pompa excutitur. ὁ Θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου ἑώρακε τὴν φθαρτὴν καὶ χαμαίζηλον. Deſcribi-

tur à Prudentio in Hamartigenia huius vanæ ſapientiæ ſuppellex:

*Ira, ſuperſtitio, mœror, diſcordia, luxus,*
*Sanguinis atra ſitis, vini ſitis, & ſitis auri,*
*Liuor, adulterium, dolus, obtrectatio, furtum,*
*Ambitio vitioſa tumet doctrina ſuperbit,*
*Perſonat eloquium nodos fraus abdita nectit.*
*Inde canina foro latrat facundia toto,*
*Hinc gerit Herculeam vilis ſapientia clauam*
*Oſtentatque ſuos vicatim gymnoſophiſtas.*

## LXXXI. NOCTVÆ OVVM.

*Sapientia.*

OVVM Noctuæ ſi forte puer coctum comederit antequam vini vſum habeat, futurus eſt tota vita abſtemius. Philoſtr. in Apollonio Aiunt autem noctuam Baccho inimicam à vitibus abigi, quod vinum mortalibus criminata ſit.

AP. Noctua ſymbolum eſt ſapientiæ, cuius qui fœtus aureos à teneris vnguiculis delibant, reliquum vitæ curriculum in ſumma moderatione, in ſobrietate, ſæpiſſimè traducunt.

Ἐφόδιον ἀπὸ νεότητος ἀναλάμβανε τὴν σοφίαν.

## LXXXII. OSSIFRAGA.

*Charitas.*

EIECTVM à parente pullum Aquilæ Oſſifraga excipit & alit. *Baſil. in Hexam. homil. 3.*

AP. Charitas eorum qui alienos liberos à parentibus neglectos fouent.

*Naturæ quiſquis propriæ non ſpernis honorem.* *Proſp. Epigramm. 2.*
*In quocumque hominum quæ tua noſcis ama,*
*Namque quod artificis ſummi fecit manus, vnū eſt*
*Quæq; auctore bono condita ſunt, bona ſunt.*
*Diuinum in nullo figmentum deſpiciatur,*
*Sola malis ſtudiis addita non placeant.*

LXXXIII.

## LXXXIII. OTIS AD CANES.

*Concionator terror improborum.*

OTIS auis eſt tarda & quæ corporis pondere depreſſa ægrè ſeſe attollit è terra, hæc canem præter cæterarum auium naturam vehementer perhorreſcit: μόνη δὲ ὠτὶς πέφρικε κύνας.

APODOSIS.

Inertes animæ quæ terrena ſapiunt, concionatores diuini verbi præcones ferre non poſſunt: ſed eorum verba quaſi fulgura perhorreſcunt.

*Hac fulmen ab arce venit.*

## LXXXIV. PASSERCVLVS.

AREOPAGITÆ.

*Innocentum oppreſſio vindicata.*

CVM ſub dio iudicia exerceret Areopagus, paſſer fortè, quem accipiter vrgebat, in Areopagitæ iudicis deuolat ſinum: ille, vir vt cætera auſterus, necat ſupplicem. Ex quo Senatus grauiſſimo iudicio damnatus eſt, & ordine motus, non ob paſſerculi mortem, quæ leuis fortaſſe videbatur, ſed διὰ ἰταμότητος τῶν τρόπων. *Hellad Beſantinous in Chreſtom.*

AP. Innocentes, & ſupplices à iudicibus benignè tractandi in quo, ſi officio defuerint, vindicare iniuſtitiam, & iniquitati hominum intercedere ſuperioris eſt poteſtatis.

*Parce ſupplici.*

## LXXXV. PAVONIS LINVM.

*Pœnitentia.*

PAVO Lini radice vt nobili alexipharmico vtitur *Ælian lib. 11. cap. 18.*

APODOSIS.

Lini vſus omnium penè gentium ritu in ſacris frequentiſſimè & Lino olim amicti pœnitentes. Qui

 opu-

S. Ambr. ad virg. lapſ. cap. 8.

opulentiâ & faſtu elati peccauerunt, Pauones imitati ad linum, pœnitentiæ veſtem confugiunt. *Deinde lugubris tibi accipienda eſt veſtis, & mens ac membra ſingula digna caſtigatione punienda.*

## LXXXVI. PELECANVS.

*Amor Sobolis.*

PELECANVS non modo femur vellicat, vt excuſſo ſanguine ſuos paſcat, ſed ſe quoque per furentis ignis vortices cruciabili tormento ad liberandam ſobolem ingerit.

AP. Amor parentum in liberos, φίλτατον τέκνον 4. Euripides. vid *Ælianum lib. 3. cap. 23.* Idem φιλοστοργίας. Symbolum eſſe poterit Aquila, quæ vt ait Rabbi Salomon, & qui eum ſequutus eſt Caietanus, refert aliquando pullos ſuos non vnguibus, vt cæteræ ſolent aues, ſed locatos in humeris protegit expanſione alarum; vt licet ab imo quis eos iaculis petat, ipſam potius, quàm pullos vulneret. idcirco Exod. *cap. 19. v. 4.* dicitur Deus ſuos portare *ſuper alas aquilarum.*

*Aquilæ φιλοστοργία.*

## LXXXVII. PELECANVS.

*Creſcit de vulnere ſalus.*

D. Aug. in Pſal. 101.

DE Pelecano notum vt pullis ſuo ſanguine vitam reddere dicitur.

APODOSIS.

Typus Chriſti, qui nos peccatis mortuos ſuo ſanguine abluit, & ad melioris vitæ immortalitatem excitauit, quid? quod in eo ipſo loco crucifixus eſt Dominus in quo ſepultus eſt Adamus? vt eius veluti cruore irrigati cineres reuiuiſcerent, noſq; omnes qui in Adamo tanquam in mortuo ſtipite rami inutiles extabueramus, nouo germine inciperemus pubeſcere. Hæc præter authores quos affert Baronius, teſtatur Nonnus Panopolitanus.

*In metaph. Euang. D. Ioannis.*

Ricorn

Εἴδονι χάλκεον ἦχον φατιζομένοιο κρανίς.
Αδὰμ πλοβγόνοιο φιρώνυμον ἄντυγι κόρσης.

## LXXXVIII. PELECANVS INTER CONCHAS.

*Labor & ſtudium.*

PELECANI fluuiatilibus Conchis ſe complent, eaſque cum ſtomachi calore concoxerint, euomunt: atque teſtis iam alui calore diductis, eligunt ex his quæ ſunt eſculenta. Lari aues, vt Eudemus ſcribit, ſublimes cochleas ſurripiunt, atque ex alto deijcientes magna vi ad ſaxa allidunt, itaque eſculenta teſtis ſeiunctis eligunt. Ælian. *de animal. c.* 20. *l.* 3. Simile *de ardeis cap.* 15. *l.* 5.

APODOSIS.

Si quid difficultatis & laboris deuoraueris, fructus erit voluptatibus iucundior: *qui nucleum eſſe vult frangat nucem.*

## LXXXIX. PELECANVS AD IGNEM.

*Conatus irritus.*

PELECANVS vbi paſtorum inſidijs circumſeptus eſt ignibus, flammam alarum quaſſatione extinguere nititur, qui ignis acrior inardeſcit, alitis pennas inuadens, quibus exutus inſidiatoribus cedit in prædam. *Orus l.* 1. 51.

APODOSIS.

Torquetur in eos qui contra vim ingentis mali, leniora quęrunt remedia, quibus foueatur potius quam opprimatur malum, ardet quippe ignis, ventilat Pelecanus, at aquæ ſitula opus, non ventulo. Similiter omninò faciunt, qui flagrantes permotionum æſtus, leuiſſima oratione putant compeſcere, & blandiendo malum permulcent potiùs, quàm curant.



Digitized by Google

# XC. PERDIX.

## *Dæmonis calliditas.*

PERDIX Diabolus pro nequitiâ vel multarum rerum comparatione perhibetur: hæc auis quocumque caſu, vel feræ alicuius incurſu priuata fuerit ouis proprijs, inſidiatur alienis, & nidi habitatore pulſo partus inuadit extraneos: quos cum vſque ad ſpem fœtuum genitali tẽpore confouerit, parentem eam præda efficit, non natura. Interea verus vocanti ac lamentanti pater ſimilis, ſyluas queſtibus replet: tunc adulta iam ſoboles voce proprij genitoris auditâ curam queruli clamoris intelligit: atque ita ad originariam ſedem læta peruolat, nutrimenta generis ſui conſcia, & adulteri nutritoris oblita.

APODOSIS.

*Euſe. Emiſ. hom. 3. de Epiphan.* Quid ad hæc dicis ô homo, precioſũ vas ſapientiæ, imago diuinitatis & poſſeſſor generoſæ rationis? Quid de creatore tuo ſubtrahis? ecce etiam bruta cognoſcunt quid proprio debeatur authori: & quæ non habent intellectum, habere probantur affectum. Callidum perſuaſorem captiua generatio derelinquit, remanet præda deceptus, & raptor orbatus. Igitur & diabolus humanum genus quod non creauerat, occupauerat: Quod non genuerat mentito patris nomine poſſidebat, ſed vbi vocem per prophetas vel per ſemetipſum pius auctor emiſit: vbi perditis ſalutifera charitas inclamauit, dicens, *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis:* (aduerte quod ſub nomine oneris pondus indicat ſeruitutis) ad paternos ſinus confeſtim auidum cucurrit examen. Tunc princeps mundi huius ſub aduentu Domini Saluatoris, in dimidio dierum ſuorum perdidit, quos ipſe in finem vſque ſeculi poſſeſſurum eſſe credebat, & in gremium redemptionis captiuitatem perditio inuita transfudit.

## XCI. PERDIX AD CASSES.

*Superbia ſeu fiducia vana.*

EX perdicibus qui vocis contentione & cantu valent, & linguæ facultati confidunt: quique pugnaces & ad certamen habiles ſunt, ſe minimè dignos credunt, qui ad extruendas menſas capiantur: vnde fit quod parum de ſuà libertate contra venatores depugnent, quo minus comprehendantur, ſibi præfidentes, quod à cæde ſtudiosè ad cantus & certamina ſeruabuntur. Reliqui autem perdices & potiſſimum qui nuncupantur Cyrthæi, ſibi conſcij, quod nec ad certamina valent, neque pulchrè cantare ſciunt, & ſi capiantur, futuros ſe prandium his qui cœperint: naturali quadam machinationis commentatione ſeipſos macie conficiunt nimirum cum ab omni alia eſca, quæ ad pinguedinem eos perducere queat, ſe ſua ſponte abſtinent, tum vt ne idonei ſint ad hominum menſas, cupidè allijs veſcuntur: cuius rei experientes, his præteritis aliò venationem conuertunt. Qui verò hoc ignorant, eos ſi facultas ſit capiunt, quicumque autem ipſos captos decoxerit, eorumque carnes inſuaues expertus fuerit, ſe iam & tempus & operam cognoſcit in his venandis perdidiſſe. *Ælian. de Animal. l. 4. cap. 13.*

APODOSIS.

Venator diabolus egregios ſæpe animos fiducia inflatos capit, contra qui vela ſubmittunt, & ab illa excitatæ fortunæ inſtabili fiducia, ad moderationem vitę deflectunt, & ſi quam habent ingenij aut aliarum rerum opulentiam prudenter occultant, longe ſunt tutiores. Extat apud Rufum Feſtum Auianum lepidiſſima fabella, vbi canna humilis quercui delapſæ, & cauſſam ſciſcitanti cur tam placidè ſe in ſuo ſtatu contineret?

*Stridula mox blando reſpondit canna ſuſurro,*
*Seque magis tutam debilitate docet.*



Digitized by Google

Fortè excipis.

*Tu rapidos* (inquit) *ventos ſæuaſq́; procellas*
** Deſpicis. & totis viribus acta ruis:*
*Aſt ego ſurgentes paulatim demoror auſtros,*
*Et quamuis leuibus prouida cedo notis.*
*In tua præruptus offendit robora nimbus,*
*Motibus aura meis ludificata perit.*

## XCII. PERDICES PAPHLAGONVM.

*Amor Dei non purus.*

PAPHLAGONIAE Perdicum cor geminum reperiri docent Theophraſtus & Aelian *lib.* 10.*c.*35.
Παφλαγόνων ἄρα πέρδικων διπλῆν ὁρᾶσθαι, καὶ καρδίαν.

### APODOSIS.

Cor geminum habent qui animum diuidunt Deo & rebus creatis. At vero ſoli Creatori debetur hæc pars corporis.

*Vnde vigens ſenſus dominatrix quo vegetat mens.*

## XCIII. PERDICVM PVLLI.

*Ingenium præcox*, vel, *Vana gloria.*

Æl. lib. 4. c. 12. de an.

PERDICVM fœtus etiam nunc circumplicatione teſtarum comprehenſi, à parentibus ſui excluſionem ex ouis minimè expectant: ſed per ſe ipſi tanquam fores pulſantes, oua elidunt, & iam foras eminentes ſeipſos impulſu ſuo impellunt: ouiq; etiamnum tegumento circumveſtiti, currunt: atque à dimidia teſtæ parte, ſi adhuc circa caudam adhæreſcat, ſemet excutientes liberant, & velociſſimè ad cibi inquiſitionem proſiliunt.

### APODOSIS.

Multi nimis præcoces tempus actionibus aptum non expectant, ſed præproperè feſtinant non ſine detrimento τὸν ὡραῖον χρόνον. *nimis maturè magnum ingenium non eſt vitale.*

XCIV.

## XCIV. PICA.

*Imitatio Authorum.*

PICA alioqui loquaciſſima auditis Romæ buccinatoribus ſiluit è veſtigio, tantoque ita ſilentio dies aliquot meditata; repente quaſi expergefacta, omnẽ eum buccinarum ſonum, harmoniam, & numeros ſummâ admiratione reddidit. Vide Pier. *Hier. l. 2. cap 17.*

APODOSIS.

Summorum auctorum imitatores primum quidem ſilent, cogitatè ſecum omnia meditantes, mox facundiæ & eruditionis depromunt opulentiam.

*Semper ego auditor tantum, nunquamne reponam?*

## XCV. PICAE VOX.

*Mendax inconſtantia.*

PICA voces identidem alias atq; alias commutat, ſingulis enim ferme diebus diuerſam emittit vocem: ἡ δὲ κίττα φωνὰς μὲν μεταβάλλει πλείστας. καθ' ἑκάστην γὰρ, ὡς εἰπεῖν, ἡμέραν ἄλλην ἀφίησι. *Ariſt. 9. de Anim. c. 13.*

AP. Tales omnino ſunt, vani, inconſtantes, mendaces, qui non modo quotidie, ſed per ſingulas horas & momenta, aliud atque aliud dicunt, in ſola inconſtantia conſtantes.

*mille adde catenas,*
*Effugiet tamen hæc ſceleratus vincula Proteus.*
*Quum rapies in ius malis ridentem alienis,*
*Fiet aper, modo auis, modo ſaxum, & cum volet arbor.*

*Horat. Satyr. 3. l. 2.*

## XCVI. PLATALEA.

*Laborum alienorum raptor.*

LEGI etiam ſcriptum eſſe auem quandam quæ Platalea nominetur: eam ſibi cibum quærere aduolantem ad eas aues quæ ſe in mari mergerent: Quæ cum emerſiſſent, piſcemque cepiſſent, vſque eo pre- *Cic. 2. de nat. Deor.*



Digitized by Google

eo premere earum capita mordicus, dum illæ amitterent id quod ipſa inuaderet. *Cic. 2. de nat. Deor.*

APODOSIS.

Platalea typus eſt potentiorum hominum, qui alieno ſudore partos labores diripiunt. Merguntur quidem illæ miſeræ aues, ſed non paſcuntur. Sic inopes grauiſſimis plerumque conflictantur laboribus, vt pigram violentorum rapacitatem expleant.

*Boet. metr. 5. lib. 1.*

*Premit inſontes*
*Debita ſceleri noxia pœna,*
*At peruerſi reſident celſo*
*Mores ſolio, ſanctaque calcant*
*Iniuſta vice colla nocentes.*

---

## XCVII. PICVS MARTIVS.

*Amor clauſa recludit.*

*Æl. l. 1. de an. cap. 45.*

PICVS Martius qui à Græcis δρυοκολάπτης appellatur, gibbo, & eminente roſtro arbores percutit: & excauato in eis loco pullos ſuos tanquam in nidum imponit: ad nidi inſtructionem non ferulis inter ſe connexis eget, neque domunculis & ſubſtructionibus. Si quis lapide immiſſo, ei foramen obſtruxerit, ille ex his coniectura aſſequutus inſidias ſibi oppoſitas eſſe, herbam lapidi contrariam affert, eamque contra lapidem ponit: lapis velut offenſus, & non facile ferens vim herbæ, exilit, atque rurſus foramen Pico aperitur.

APODOSIS.

Verus amor ictu fulmineo potentior, omnes difficultates perrumpit, omnes nodos expedit, nihil clauſum, nihil inuium putat. Talis dilectio Mariarum in ſacris, quarum deſiderio velificata virtus cœleſtis, lapidem qui ad ſacroſancti ſepulchri vallum oppoſitus fuerat diſpulit.

*Quid non audes amor?*

XCVIII.

## XCVIII. PLATALEA.

*Meditatio, vel delectus rerum & doctrinæ.*

PLATALEA auis ſcribitur conchis ſe ſolere complere, eaſq; cum ſtomachi calore concoxerit euomere, atque ita eligere ex ijs quæ ſunt eſculenta. Cic. 2. de nat. Deor. n. 124.

APODOSIS.

Doctrinam prius meditando concoquere oportet atq; digerere, antequam nobis & alijs in optimum eſculentum cedat.

*Omnis mora odioſa eſt, ſed facit ſapientiam.* Publ. Syr.

## XCIX. PSITTACVS BASILII.

*Oratio infantium efficax.*

BASILIVS Macedo Imperator cum filium Leonem in carcerem conieciſſet, oculos eidem ob intentatam parenti mortem eruturus: Pſittacus, qui ſeruum quendam deplorantem Leonis vicem audiſſet, & identidem vociferantem. O Leo! ô Leo! ipſe quoque vocem imitatus, Imperatore cum Senatoribus cœnante cœpit dicere, ô Leo! ô Leo! tum Senatus data occaſione pro ſalute rei deprecatur, acceſſit, & exorauit. Zon. in Baſ. Macedone.

Oratio infantium, non os diſertum ſæpè apud Deum efficax. *Non ſunt voces ad aures Dei niſi animi affectio.* Aug. de Cat. rech. rud.

## C. PSITTACVS SENEX.

Ὀψιμάθεια.

PSITTACVS auis Indica plumarum amictu ſuperbiens docetur loqui & voces humanas ediſcere, quas fideliter reddat, & iuuenis quidem vrgente ferula diligenter addiſcit. At ſi conſenuerit, quaſi intepeſcente vi ingenij, nec blanditijs, nec minis, nec verberibus adduci poteſt, vt aliquid addiſcat, vnde adagium, *Senex Pſittacus negligit ferulam.*

Ar.

Digitized by Google

## CIII. SEMENDA.

*Reſurrectio vel mors bonorum.*

NICOLAVS de Comitibus ſcribit in vlteriore India auem eſſe cui nomen Semenda, trifiſſo roſtro, ſentireque ſe morituram; mortis igitur hora eam deferre ligna in nidum ſuum, cantillareque ſuauiter, atque alarum percuſſione incendere ligna, ipſam illo igne conſumi, indeq; vermiculum gigni qui poſtea in auem creſcit.

*Combuſtus q; ſenex tumulo procedit adultus.*
*Conſumens dat membra rogus.* Dracontius.

### APODOSIS.

Simile omnino eſt quod narratur de Phœnice, in quo certè excellens reſurrectionis typus, qua corpora noſtra tot ſæculis abſumpta Dei verbo reparantur, & ad melioris vitæ redeuntem poſtliminio iucundiſſimam faciem excitantur:

Οὐ καλὸν ἁρμονίην ἀναλυέμεν ἀνθρώποιο,
Καὶ τάχα δ' ἐκ γαίης ἐλπίζομεν ἐς φάος ἐλθεῖν.
Λείψαν ἀποιχομένων ἔπισθεν δὲ θεοὶ τελέθονται.
*Non eſt decorum harmoniam diſſoluere corporis,*
*Etenim ſtatim emerſuras in lucem ſperamus*
*Relliquias mortuorum, qui & poſtea dij futuri ſunt.*
Phocyllides.

## CIV. STRVTHIONIS OVA.

*Ingeniorum diſcretio.*

STRVTHIO etſi permulta oua parit, non tamen omnibus incubat, ſed fœcunda ab infœcundis ſecernens, hæc negligit, illa fouet.

### APODOSIS.

Diſcernenda hominum ingenia, nec fruſtrà in infrugiferis ſudandum ne.

*Expectata ſeges vanis eludat auenis.*

CV.

## CV. STRVTHIONVM ASPECTVS.

*Oculi benigni.*

STRVTHIONES & teſtudines, vt memorat Plinius, ſpectando fouent oua.

Plin. lib. 8. cap. 10.

AP. Amicos ſæpe vel ſoli fouent aſpectus, oculi enim, vt ait Damaſcenus, ἀγάλματα τῆς ψυχῆς ἀκούει, per quæ ipſa anima influit; ἵππον πιαίνει Διονύτου παρουσία. πόθου ἑρμηνείας.

In vita Iſid. Demet. Phi

## CVI. STRVTHIOCAMELI OVA.

*Liberorum neglectus.*

STRVTHIOCAMELVS oua quidem parit, ſed ea nullo incubatu fouet, aut pullos nutrit. vnde Sacer Hieremias in Threnis, *Filia populi mei crudelis ſicut Struthio in deſerto.*

AP. Tales plerique parentes qui ſobolem deſertam eſſe patiuntur. Cæterum ita intelligendum non quod nulla prorſus foueat, alioqui genus interiret: ſed quod multa pariens non omnia ad frugem educat, & fœcunda ab infœcundis ſecernens, tantum frugiferis incubet, ὡς μὲν ἀποτίκτει πολλά, οὐ πάντα δὲ ἀποκυεῖ.

Ælian. l. 14. cap. 37.

## CVII. TOCCA.

*Deformis facundus.*

IN nouo orbe inuenitur Tocca auis, Cornici ſimilis, præterquam quod eſt albo pectore & aureo roſtro, cuius longitudo totum corpus adæquat.

Ex hiſt. de nouo mundo.

AP. Belle παροιμιακῶς dicitur in facundũ & candidum moribus, ſed nigrum & deformem oratorem. Roſtrum enim aureum eloquentiæ aureo flumine verborum effluentis typus eſt, albedo pectoris candorem animi ſignificat: Cætera quæ Cornicis colorem referunt ad deformitatem corporis ſpectant.

*Sæpe ſub ſordido pallio latet ſapientia.*

*Mores ſibi fingere quiſque poteſt, faciem nemo.*

CVIII.

Digitized by Google

## CVIII. TROCHILVS IN FAVCIBVS CROCODILI ILLÆSVS.

*Ferocia beneficijs manſueta.*

Æl. l. 3. c. 11.

CVM his quæ ſibi adiumentum importare queunt, & acerrimè fera Animalia pacem gerunt, & fœdere deuinciuntur, & ab ingenita ſibi malitia remittunt. Cuiuſmodi Crocodilus cenſendus eſt, quem inter natandum hiantem hirudines in illius os innatantes referciunt & moleſtiam illi exhibent. id ille ſentiens, Trochilo ad medicinam dolori ſuo faciendam eget. Itaque hirudinibus vbi refertus eſt, ad littus progreſſus, & ſolis radios intuens aduerſos, maximè hiat: tumque Trochilus in illius fauces roſtrum inſerens, hirundines extrahit: quod facillimè patitur Crocodilus ſentiens auxilium: ita fit is hirundinibus vt prandeat, ille adiuuetur: proque præmio Trochilo computat, quod nihil eum lædat.

APODOSIS.

Nulla tam immitis fera quæ beneficijs non manſueſcat. cadit etiam in Chriſtum qui in mortis faucibus teneri à morte non potuit, ſed diſtrictos in vniuerſum genus humanum mortis dentes ferreos declinauit, prædamque extraxit ſua virtute rediuiuus.

Syneſ. hy. 9.

Φρίξεν σὲ γέρων τότε Αἴδας ὁ παλαιγενὴς,
Καὶ λαοβόρος κύων, ἀνεχάσσατο βηλοῦ.

---

## CIX. VVLTVR AD ODORES.

*Luxuria virtutis inimica.*

Æl. de ani. 7. l. 3.

VVLTVRES cadaueribus paſcuntur, iiſdem mortem affert vnguentorum odor.

APODOSIS.

Obſcœnitate gaudent impuri, odore caſtimoniæ offenduntur, & omnis honeſtatis amiſſo ſenſu degenerant in belluas. Hieron. *Fornicatio & voluptas peruertit ſenſum animamque debilitat: de rationabili homi-*

In c. 4. Oſe.

*homine brutum efficit animal, vt balneas, & lupanaria, & libidinum caſtra ſectetur.*

## CX. VVLTVRES VENTO FOETI.

S. *Spiritus inſpiratiô.*

VVLTVRES omnes ſunt fœminæ, neque coitu gignuntur, ſed vento inſufflante. *Baſil. in Hexa. hom. 8.*

APODOSIS.

Sic natura incredulos docere voluit VERBI incarnationem, quæ ſacroſancti pneumatis opere in viſceribus B. Virginis inſigni miraculo facta eſt. D. Ambroſ. *quæ autem* (inquit) *eſt illa porta ſanctorum, illa exterior ad Orientem quæ manet clauſa, & nemo pertranſibit per eam niſi ſolus Deus Iſrael? nonne eſt hæc porta Maria per quam in huius mundum intrauit redemptor; hæc porta Iuſtitiæ ſicut ipſa dixit, ſine nos implere omnem iuſtitiam: hæc porta eſt B. Maria, de qua ſcriptum, quia Dominus tranſibit per eam.* *ep. 38. ad Syri. Papam.* *D. Cyp. in Symb. Apo.*

Hoc ergo incredibile videtur diuina virtute ad totius mundi redintegrationem factum, cuius exempla etiam in animalium natiuitate cernuntur.



Digitized by Google

# PARABOLARVM HISTORICARVM

## LIBER SEPTIMVS.

## QVADRVPEDES.

### I. AGNVS TANAGRÆVS.

*Christo Soteri.*

TANAGRAEI eum qui cæteris puberibus forma præſtare videtur, feſto die Mercurij eligunt, vt agnum humeris portans, muros vrbis luſtret, hoc enim exiſtimant ad firmitatem ciuitatis attinere, & ſimili ratione à Mercurio vſurpatum. *Pauſ. in Bœot. p. 298.*

AP. A quo melius hunc librum ordiamur quam ab Agno Domini innocentiſſimo, qui per atrocia ſupplicia circumductus, humanum genus ſuo cruore expiauit, & ciuitatem ſanctam ſempiternis præſidijs muniuit?

*Inexpugnabile mundi præſidium.*

### II. ALBAN ANIMAL.

*Aſper admonita.*

ALBAN animal, vt teſtatur Albertus, & poſt Albertum Holcotius *lect. 75. ſupra librum Sapientiæ,* contra cæterarum animantium ingenium fel habet in aure.

Apo-

APODOSIS.

Præclarus eſt typus eorum, qui delicati ſunt, &, vt ita dicam, iracundis auribus, quas quælibet oratio, quæ modo ad eorum mentem non fuerit, exulcerat.

*Sed quid opus teneras mordaci radere vero*
*Auriculas?*

## *III.* ALCES VNGVLA.

*Humilitas vtilis.*

ALCES animal in vngula infima & abiectiſſima parte corporis vim habet ſalutiferam: qua morbo Epilepſiæ & hyſtericis malis medetur, quamobrem & amuleti vice geſtari ſolet: Vide Geſnerum in Alce.

AP. In minimis rebus ſæpe res magnæ deprehenduntur.

*Et infima proſunt.*

*Materiæ ne quære modum, ſed perſpice vires.* Aſtr. l. 4.
Monet Manilius.

## *IV.* APER TEVTHRANTIS.

*Parce ſupplici.*

TEVTRAS Myſorum Rex cùm venationis gratia, in montem Thraſyllum aſcendiſſet, & immanem aprum excitaſſet, cum ſtipatoribus eum acriter eſſet inſecutus: ſed Venatores anteuertens aper ſupplex in Dianæ Orthoſiæ templum confugit, quo cum iſti irrumpere conarentur, Aper humana voce exclamaſſe fertur: φεῖσαι, ὦ βασιλεῦ, τῷ θρέμματι τῆς θεᾶς. *Parce ô Rex Alumno Deæ.* Teuthras verò elatus & extra ſe raptus, animal interfecit. Ex quo Diana cædis auctori impetiginem & furorem immiſit adeò acerbum, vt ab humano cœtu diſiunctus degeret in ſolitudinibus: Nec prius ſanæ menti reſtitutus eſt, quam eius mater Lyſippe, Dianæ altari extructo Aprum aureum humana facie dedicaret. Μιλησι-ακῶν. *Pl. Iun. in Caio.*



Digitized by Google

AP. *Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos.*

## V. ASELLA OCNI.

*Mulier prodiga vel labor irritus.*

*Pauſan in Phocaicis, pag. 345.*

NOTA Ocni Aſella, quæ funem à domino ſumma cura textum arrodebat: παρέϛηκε ἡ θήλεια ὄνος ἐπεσθίουσα τὸ πεπλεγμένον ἀεὶ τοῦ σχοίνου.

AP. Pauſanias refert ad nauum & induſtrium hominem, qui prodigam & ſumptuoſam fœminam habuerit: τοῦτον εἶναι τὸν ὄκνον φιλεργὸν φασὶ ἄνθρωπον. γυναῖκα δὲ ἔχειν δαπανηράν: & de viro, inquit, qui laborat ſine fructu, dicunt, ὡς ὁ ἀνὴρ οὗτος συνάγει τοῦ ὄκνου τὴν θώμιγγα.

## VI. ASINVS AMBRACIOTARVM.

*Monumentum infame.*

*Pauſan. in Phocaicis, pag. 334.*

AMBRACIOTÆ, victis nocturna pugna Moloſſis, aſinum in Apollinis Delphici templo ad victoriæ memoriam dedicarunt.

AP. Multi ea monumenta affectant, quæ potius dedecori ſunt, quàm honori: ita cæca hominum cupiditas, quid vnaquaque in re ſit optimum, non videt.

*Egregiam verò Laudem & ſpolia ampla refertis.*

## VII. ASINVS AMMONII.

*Studium indefeſſum.*

*Damaſc. in vita Iſid. apud Phot.*

ASINVS Ammonij ſæpè pabulum licet eſuriens, Poëticas audiendo diſciplinas negligebat, ita hoc ſtudio capiebatur, φασὶ ἀκροώμενον τῶν ποιητικῶν μαθημάτων πολλάκις τροφῆς ἀμελεῖν.

AP. Studium pertinax, vel manſuefacta ſtoliditas. Aſinus infeliciſſimum animal in typum vbique ſtoliditatis & dedecoris venit. Hinc illa vexatio aſini apud Ægyptios: hinc Ochi cognomen: hinc Cumæorum *Onobatides*, de quibus Plutarch nunc autem

*in Quæſt. Græcis.*

laboris

laboris & indefeſſi ſtudij erit inſigne monumentum.

## VIII. ASINVS BALNEATORIS.

*Doctor & concionator ſibi infructuoſus.*

ASINVS balneatoris ligna, & carbones dorſo portare ſolet ad alios dealbandos, cum ipſe ſudore, & puluere oppletus, carbonumque nigredine deformatus nunquam lauetur. *Plutarch.* περὶ τῆς φιλοπλουτίας πάσχων ὥσπερ ὄνος βαλανίου ξύλα καὶ φρύγανα κατακομίζων, ἀεὶ καπνοῦ καὶ τέφρας ἀναπιμπλάμενος, λουτροῦ δὲ μὴ μετέχων.

### APODOSIS.

Tabula hæc oſtendit vulgare paſtorum malum, qui, vt contingit in multis, alijs ſudant, alijs laborant, alios à peccatorum ſordibus emerſos innocentiæ candore veſtiunt, ſibi inutiles, & infructuoſi. *Æthiops in balneum niger intrat, niger egreditur, balneator nummos accipit: ita concionator ſi nihil ſibi profecerit.* *Vide Gregor. Papam. ep. 101.*

## IX. ASINVS MAVRVSIVS.

*Feruor in principijs.*

HVIC initio curſus velociſſimus, volare eum non currere diceres, ſed hic feruor illico intepeſcit, & in maximam tarditatem degenerat celeritas. *Ælian. l. 14. de animalibus cap. 10.*

### APODOSIS.

Principia ſæpè feruent, tepent media, vltima frigent, quo fit, vt qui ita ſe gerunt, nunquam ad ſolidam virtutem perueniant, cui perſeuerantia opus eſt vel maximè.

*Nam leuiter quamuis, quod crebro tunditur ictu,*
*Vincitur, in longo ſpatio tamen atque labaſcit.*
*Nonne vides etiam guttas in ſaxa cadentis*
*Humoris, longo in ſpatio pertundere ſaxa?*

*Lucretius de rerum natur. l. 4.*



Digitized by Google

## X. ASINVS NAVPLIENSIVM.

*Gratia inuentoribus relata.*

*Pauſ. in Corinth.* NAVPLIENSES in Peloponeſo habitantes de aſino memorant, quod arroſo vitis palmite vuarum in poſterum vberiorem prouentum exhibuerit, ea de cauſa, apud eos etiam tum videtur aſini figura, vtpotè qui putandarum vitium morem docuerit.

*Ael. in Varia histor.* AP. Inuentores & authores rerum ſua gratia non ſunt fraudandi, & licet inferioris plerumque ſint notæ illi à quibus aliquid diſcimus, ingenuè tamen beneficium ab ijſdem acceptum profiteri ſinceræ humilitatis eſt.

*Nec preſſa eſt gloria facti.*

Sic Aſpaſia columbam cuius ope ſanata fuerat ex auro & gemmis conflatam, iuxta Veneris ſimulachrum dedicauit.

## XI. ASINVS PICTORIENSIS.

*Iudex indoctus.*

*Amm. Mar. l. 26. cap. 2.* IN oppido Pictorienſi propè horam diei tertiam ſpectantibus multis, aſinus tribunali aſcenſo audiebatur deſtinatius rugiens.

APODOSIS.

Indoctus ad honoris apicem euectus.

*Quoties voluit fortuna iocari!*

## ASINVS SARACORORVM.

ΟΝΟΣ ΣΑΡΑΚΟΡΩΝ

*Ab externa corporis ſpecie non iudicandum.*

*Aelian. de Animalib.* ASINI Saracororum bellatores ſunt, non ἀχθοφόροι.

APODOSIS.

Hoc prouerbio ſignificantur ij, qui cum ſpecie duntaxat, aut imperiti videantur, aut ignaui,

tem

rem tamen peritè gerunt ac fortiter. Idcirco Ἀχαίοις ἐκ πόρρου μὴ κρίνε. Epictetus conditione ſeruus, membris mutilus, paupertate Irus, quantas habuit virtutis diuitias?

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σώματι πηρὸς,
Καὶ πενίην, Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

---

## XIII. ASINVS TIBERII RADIOS EMITTENS.

*Sanctitas humilis.*

Hic ſcintillas emittens è corpore domino ſignificauit futurum imperium τὴν βασιλείαν διὰ ἑαυτοῦ παθήματος προσημαίνοντα, hoc eſt, σπινθῆρας ἀπὸ τοῦ σώματος πολλοῖς καὶ μεγάλοις ἀφιείς. *Damaſ. in vita Iſid.*

APODOSIS.

Contemptus anteà Aſinus luce circumfundi viſus eſt: ſic multi habentur pro ſtolidis & contemptis, qui intus clariſſimarum virtutum fulgore collucent, quas licet magnopere abſcondant, in opem mortalium tamen ſuaui luce diffunduntur: hoc eſt,

*In tergo theſaurum gerere.*

---

## XIV. ASINI ALBI CAPITE PVRPVREO.

*Diuites indocti.*

ASINI albi capite purpureo viſuntur in India, ὄνοι ἄγριοι εἰσὶ, ἵπποις καὶ μείζοις, λευκοὶ δὲ εἰσὶ τὸ σῶμα, κεφαλὴν πορφυροῖ καὶ ὀφθαλμοὺς ἔχουσι κυανέοις. *Cteſ apud Photium. Æl. l. 4. c. 52 de Animal.*

APODOSIS.

Tales quidem ſunt diuites fortunis abundantes, & cultu ſplendidi, & omni fortunæ choragio inſtructi, ad ſummum omnis liberalis diſciplinæ & virtutis expertes, quos vulgò *aureas pecudes* nominant.



Digitized by Google

APODOSIS.

Diſcendum eſt à puero, ſi modo diſcere auemus, quæ præcipiuntur, tunc addiſcuntur facilius, redduntur fidelius, hærent firmius, at contra ſenes vt iam langueſcente ingenio, ægrè, & cum tenui fructu addiſcunt, ſi modo quid addiſcunt.

Georg 3.

*Tu quos ad ſtudium, atque vſum formabis agreſtem*
*Iam vitulos hortare, viam ſi inſiſte domandi.*
*Dum faciles animi, iuuenum dum mobilis ætas*

## CI. PSITTACORVM CAVTIO.

*Cautio prouidentia paſtorum.*

PSITTACORVM mira eſt ſolertia & prouidentia, communiſque boni tuendi circumſpectio. Quando etenim gregatim paſcuntur, obſeruatum eſt in Braſilia ſemper in ſummo arboris duos aut ad minus vnum conſidere ſpectatorem, reliquis in agro depaſcentibus, is ex ſummo arboris cacumine quaſi ſpeculator euigilans proſpectat, ſi quid periculi ſuperueniat ſignum edit, quo reliqui poſſint euolando ſaluti conſulere: ſi nullum cognoſcatur periculum imminere, ſaturatis cæteris, ipſi quoque ſpectatores deſcendunt ex arbore vt ſuas partes agant, *hiſt. Indic.*

APODOSIS.

Paſtores & Reipub. moderatores dum cæteri epulantur aut dormiunt communi ſaluti proſpicere debent.

*Dum Pſittacorum viridis exultat phalanx,*
*Vnus ſub alta nixus arbore excubat,*
*Solerſque vigili proſpicit cura ſuis,*
*Ne quod rapaces aucupis ludant manus.*
*Sic vnus amplo conſulens paſtor Gregi,*
*Somnos tuetur omnium ſolus vigil.*

CII.

Digitized by Google

## CII. SCOPES. ΣΚΩΠΕΣ.

*Choreæ fugiendæ.*

SCOPES aues quarum Homerus in Odyſſea mentionẽ facit, cum earum multas circa Calypſus antrum verſari ſcribit, viri ſaltandi benè periti tradunt, cum ſaltatione comprehendi, tum genus quoddam ſaltationis eſſe, quæ, ſi adhibenda ijs fides ſit, Scops appellatur: Nam quod iis auibus iucundiſſimum ſit quoſdam ridicule imitari, ex eo profectum verbum eſt σκώπτειν, id eſt, effingere, & non aberrare ab eis imitandis, quos ludicra aſſimilatione imitantur. Minor eſt hæc auis quàm noctua: plumbei coloris ſaturati ſimilitudinẽ eius pennæ gerunt, & albicantibus maculis diſtinguuntur: à ſupercilijs ſecundum vtraque tempora duæ plumæ exiſtunt. Callimachus duo genera ponit, Scôpas & Aiſcôpas, id eſt, Semperaſiones: quorum alterum vocale ſit, alterum mutum. *Ælian. lib. 15. cap. 28. Animal.*

APODOSIS.

Rectè cadit in ſaltatores, qui ſaltando ſæpe capiuntur à dæmone. audiant quicumque fuerint Ludij Chriſtiano nomine indigni Ethnicum hominem, qui ſaltationem poſtremum omnium vitiorum appellat. Cic. pro Muræna. Et D. Ambroſius. *illæ* (inquit de mulieribus.) *in plateis inuerecundos viris ſub conſpectu adoleſcentulorum intemperantium choros ducunt, iactantes comam, trahentes tunicas. ſciſſæ amictus, nudæ lacertos, plaudentes manibus, ſaltantes pedibus, perſonantes vocibus, irritantes in ſe libidines iuuenum, motu hiſtrionico, petulanti oculo, dedecoro ludibrio ſpectat corona adoleſcentium, & fit miſerabile theatrum, inter ſaltantium lapſus, oculo impuro & contaminato aſpectu, terra turpi ſaltatione polluitur, quæ obſcœnis cantibus verberatur.* *Ambroſ. de Helia & ieiunio, c. 18.*

CIII.

## CIII. SEMENDA.

*Reſurrectio vel mors bonorum.*

NICOLAVS de Comitibus ſcribit in vlteriore India auem eſſe cui nomen Semenda, triſido roſtro, ſentireque ſe morituram; mortis igitur hora eam deferre ligna in nidum ſuum, cantillareque ſuauiter, atque alarum percuſſione incendere ligna, ipſam illo igne conſumi, indeq; vermiculum gigni qui poſtea in auem creſcit.

*Combuſtusq; ſenex tumulo procedit adultus.*
*Conſumens dat membra rogus.* Dracontius.

### APODOSIS.

Simile omnino eſt quod narratur de Phœnice, in quo certè excellens reſurrectionis typus, qua corpora noſtra tot ſæculis abſumpta Dei verbo reparantur, & ad melioris vitæ redeuntem poſtliminio iucundiſſimam faciem excitantur:

Οὐ καλὸν ἁρμονίην ἀναλυέμεν ἀνθρώποιο,
Καὶ τάχα δ᾽ ἐκ γαίης ἐλπίζομεν ἐς φάος ἐλθεῖν.
Λείψαν ἀποιχομένων ἔπιθεν δὲ Θεοὶ τελέθονται.
*Non eſt decorum harmoniam diſſoluere corporis,*
*Etenim ſtatim emerſuras in lucem ſperamus*
*Relliquias mortuorum, qui & poſtea dij futuri ſunt.*
Phocyllides.

## CIV. STRVTHIONIS OVA.

*Ingeniorum diſcretio.*

STRVTHIO etſi permulta oua parit, non tamen omnibus incubat, ſed fœcunda ab infœcundis ſecernens, hæc negligit, illa fouet.

### APODOSIS.

Diſcernenda hominum ingenia, nec fruſtrà in infrugiferis ſudandum ne.

*Expectata ſeges vanis eludat auenis.*

CV.

## CV. STRVTHIONVM ASPECTVS.

*Oculi benigni.*

STRVTHIONES & teſtudines, vt memorat Plinius, ſpectando fouent oua. *Plin. lib. 8, cap. 10.*

AP. Amicos ſæpe vel ſoli fouent aſpectus, oculi enim, vt ait Damaſcenus, ἀγάλματα τῆς ψυχῆς ἀκοῶν, per quæ ipſa anima influit; ἱππὸν πιαίνῃ Δεσπότου παρουσία. περὶ ἑρμηνείας. *In vita Iſid. Demet. Phi*

## CVI. STRVTHIOCAMELI OVA.

*Liberorum neglectus.*

STRVTHIOCAMELVS oua quidem parit, ſed ea nullo incubatu fouet, aut pullos nutrit. vnde Sacer Hieremias in Threnis, *Filia populi mei crudelis ſicut Struthio in deſerto.*

AP. Tales plerique parentes qui ſobolem deſertam eſſe patiuntur. Cæterum ita intelligendum non quod nulla prorſus foueat, alioqui genus interiret: ſed quod multa pariens non omnia ad frugem educat, & fœcunda ab infœcundis ſecernens, tantum frugiferis incubet, ὡς μὲν ἀποτίκτει πολλά, οὐ πάντα δὲ ἀποκυεῖ. *Ælian. l. 14. cap. 37.*

## CVII. TOCCA.

*Deformis facundus.*

IN nouo orbe inuenitur Tocca auis, Cornici ſimilis, præterquam quod eſt albo pectore & aureo roſtro, cuius longitudo totum corpus adæquat. *Ex hiſt. de noue mundo.*

AP. Belle παροιμιακῶς dicitur in facundũ & candidum moribus, ſed nigrum & deformem oratorem. Roſtrum enim aureum eloquentiæ aureo flumine verborum effluentis typus eſt, albedo pectoris candorem animi ſignificat: Cætera quæ Cornicis colorem referunt ad deformitatem corporis ſpectant.

*Sæpe ſub ſordido pallio latet ſapientia.*

*Mores ſibi fingere quiſque poteſt, faciem nemo.*

CVIII.

## CVIII. TROCHILVS IN FAVCIBVS CROCODILI ILLÆSVS.

*Ferocia beneficijs manſueta.*

Æl. l. 3. c. 11

CVm his quæ ſibi adiumentum importare queunt, & acerrimè fera Animalia pacem gerunt, & fœdere deuinciuntur, & ab ingenita ſibi malitia remittunt. Cuiuſmodi Crocodilus cenſendus eſt, quem inter natandum hiantem hirudines in illius os innatantes referciunt & moleſtiam illi exhibent. id ille ſentiens, Trochilo ad medicinam dolori ſuo faciendam eget. Itaque hirudinibus vbi refertus eſt, ad littus progreſſus, & ſolis radios intuens aduerſos, maximè hiat: tumque Trochilus in illus fauces roſtrum inſerens, hirundines extrahit: quod faciliimè patitur Crocodilus ſentiens auxilium: ita fit is hirundinibus vt prandeat, ille adiuuetur: proque præmio Trochilo computat, quod nihil eum lædat.

### APODOSIS.

Nulla tam immitis fera quæ beneficijs non manſueſcat. cadit etiam in Chriſtum qui in mortis faucibus teneri à morte non potuit, ſed diſtrictos in vniuerſum genus humanum mortis dentes ferreos declinauit, prædamque extraxit ſua virtute rediuiuus.

Syneſ. hy. 9.

Φρίξεν δὲ γέρων τότε Αΐδας ὁ παλαιγενὴς,
'Καὶ λαοβόρος κύων, Ανεχάσσατο βηλοῦ.

---

## CIX. VVLTVR AD ODORES.

*Luxuria virtutis inimica.*

Æl. de ani. 7. l. 3.

VVLTVRES cadaueribus paſcuntur, ijſdem mortem affert vnguentorum odor.

### APODOSIS.

Obſcœnitate gaudent impuri, odore caſtimoniæ offenduntur, & omnis honeſtatis amiſſo ſenſu degenerant in belluas. Hieron. *Fornicatio & voluptas peruertit ſenſum animamque debilitat: de rationabili*

In c. 4. Oſe.

homi-

*homine brutum efficit animal, vt balneas, & lupanaria, & libidinum caſtra ſectetur.*

## CX. VVLTVRES VENTO FOETI.

S. *Spiritus inſpiratio.*

VVLTVRES omnes ſunt fœminæ, neque coitu gignuntur, ſed vento inſufflante. Baſil. in Hexa. hom. 8.

APODOSIS.

Sic natura incredulos docere voluit VERBI incarnationem, quæ ſacroſancti pneumatis opere in viſceribus B. Virginis inſigni miraculo facta eſt. D. Ambroſ. *quæ autem* (inquit) *eſt illa porta ſanctorum, illa exterior ad Orientem quæ manet clauſa, & nemo pertranſibit per eam niſi ſolus Deus Iſrael? nonne eſt hæc porta Maria per quam in huuc mundum intrauit redemptor; hæc porta Iuſtitiæ ſicut ipſa dixit, ſine nos implere omnem iuſtitiam: hæc porta eſt B. Maria, de qua ſcriptum, quia Dominus tranſibit per eam.* ep. 38. ad Syri. Papam. D. Cyp. in Symb. Apſ.

Hoc ergo incredibile videtur diuina virtute ad totius mundi redintegrationem factum, cuius exempla etiam in animalium natiuitate cernuntur.

# PARABOLARVM HISTORICARVM

## LIBER SEPTIMVS.

## *QVADRVPEDES.*

### I. AGNVS TANAGRÆVS.

*Chriſto Soteri.*

Pauſ. in Bœot. p. 298.

TANAGRÆI eum qui cæteris puberibus forma præſtare videtur, feſto die Mercurij eligunt, vt agnum humeris portans, muros vrbis luſtret, hoc enim exiſtimant ad firmitatem ciuitatis attinere, & ſimili ratione à Mercurio vſurpatum.

AP. A quo melius hunc librum ordiamur quam ab Agno Domini innocentiſſimo, qui per atrocia ſupplicia circumductus, humanum genus ſuo cruore expiauit, & ciuitatem ſanctam ſempiternis præſidijs muniuit?

*Inexpugnabile mundi præſidium.*

### II. ALBAN ANIMAL.

*Aſper ad monita.*

ALBAN animal, vt teſtatur Albertus, & poſt Albertum Holcotius *lect.* 75. *ſupra librum Sapientiæ,* contra cæterarum animantium ingenium fel habet in aure.

Apo.

APODOSIS.

Præclarus eſt typus eorum, qui delicati ſunt, & vt ita dicam, iracundis auribus, quas quælibet oratio, quæ modo ad eorum mentem non fuerit, exulcerat.

*Sed quid opus teneras mordaci radere vero*
*Auriculas?*

## III. ALCES VNGVLA.

*Humilitas vtilis.*

ALces animal in vngula infima & abiectiſſima parte corporis vim habet ſalutiferam: qua morbo Epilepſiæ & hyſtericis malis medetur, quamobrem & amuleti vice geſtari ſolet: Vide Geſnerum in Alce.

A P. In minimis rebus ſæpe res magnæ deprehenduntur.

*Et infima proſunt.*

*Materiæ ne quære modum, ſed perſpice vires.* *Aſtr. l. 4.*

Monet Manilius.

## IV. APER TEVTHRANTIS.

*Parce ſupplici.*

TEVTRAS Myſorum Rex cum venationis gratia, in montem Thraſyllum aſcendiſſet, & immanem aprum excitaſſet, cum ſtipatoribus eum acriter eſſet inſecutus: ſed Venatores anteuertens aper ſupplex in Dianæ Orthoſiæ templum confugit, quo cum iſti irrumpere conarentur, Aper humana voce exclamaſſe fertur: φεῖσαι, ὦ βασιλεῦ, τοῦ θρέμματος τῆς θεᾶς. *Parce ô Rex Alumno Deæ*. Teuthras verò elatus & extra ſe raptus, animal interfecit. Ex quo Diana cædis auctori impetiginem & furorem immiſit adeò acerbum, vt ab humano cœtu diſiunctus degeret in ſolitudinibus: Nec prius ſanæ menti reſtitutus eſt, quam eius mater Lyſippe, Dianæ altari extructo Aprum aureum humana facie dedicaret. Μιλησια-κῶν. *Pl. Iun. in Caio.*

Ap. *Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos.*

## V. ASELLA OCNI.

*Mulier prodiga vel labor irritus.*

*Pauſan in Phocaicis, pag. 345.*

NOTA Ocni Aſella, quæ funem à domino ſumma cura textum arrodebat: παρέϛηκε ἡ θήλεια ὄνος ἐπεσθίουσα τὸ πεπλεγμένον ἀεὶ τοῦ σχοίνου.

Ap. Pauſanias refert ad nauum & induſtrium hominem, qui prodigam & ſumptuoſam fœminam habuerit: τοῦτον εἶναι τὸν ὄκνον φιλεργόν φασὶ ἄνθρωπον. γυναῖκα δ' ἔχειν δαπανηράν: & de viro, inquit, qui laborat ſine fructu, dicunt, ὡς ὁ ἀνὴρ οὗτος συνάγει τοῦ ὄκνου τὴν θώμιγγα.

## VI. ASINVS AMBRACIOTARVM.

*Monumentum infame.*

*Pauſan. in Phocaicis, pag. 334.*

AMBRACIOTÆ, victis nocturna pugna Moloſſis, aſinum in Apollinis Delphici templo ad victoriæ memoriam dedicarunt.

Ap. Multi ea monumenta affectant, quæ potius dedecori ſunt, quàm honori: ita cæca hominum cupiditas, quid vnaquaque in re ſit optimum, non videt.

*Egregiam verò Laudem & ſpolia ampla refertis.*

## VII. ASINVS AMMONII.

*Studium indefeſſum.*

*Damaſc. in vita Iſid. apud Phot.*

ASINVS Ammonij ſæpè pabulum licet eſuriens, Poëticas audiendo diſciplinas negligebat, ita hoc ſtudio capiebatur, φασὶ ἀκροώμενον τῶν ποιητικῶν μαθημάτων πολλάκις τροφῆς ἀμελᾶν.

Ap. Studium pertinax, vel manſuefacta ſtoliditas. Aſinus infeliciſſimum animal in typum vbique ſtoliditatis & dedecoris venit. Hinc illa vexatio aſini apud Ægyptios: hinc Ochi cognomen: hinc Cumæorum *Onobatidæ*, de quibus Plutarch *in Quæſt. Græcis.* nunc autem

laboris

laboris & indefeſſi ſtudij erit inſigne monumentum.

## VIII. ASINVS BALNEATORIS.

*Doctor & concionator ſibi infructuoſus.*

ASINVS balneatoris ligna, & carbones dorſo portare ſolet ad alios dealbandos, cum ipſe ſudore, & puluere oppletus, carbonumque nigredine deformatus nunquam lauetur. *Plutarch.* περὶ τῆς φιλοπλουτίας πάσχων ὥσπερ ὄνος βαλανέως ξύλα καὶ φρύγανα κατακομίζων, ἀεὶ καπνοῦ καὶ τέφρας ἀναπιμπλάμενος, λουτροῦ δὲ μὴ μετέχων.

APODOSIS.

Tabula hæc oſtendit vulgare paſtorum malum, qui, vt contingit in multis, alijs ſudant, alijs laborant, alios à peccatorum ſordibus emerſos innocentiæ candore veſtiunt, ſibi inutiles, & infructuoſi. *Æthiops in balneum niger intrat, niger egreditur, balneator nummos accipit: ita concionator ſi nihil ſibi profecerit.* *Vide Gregor. Papam. ep. 101.*

## IX. ASINVS MAVRVSIVS.

*Feruor in principijs.*

HVIC initio curſus velociſſimus, volare eum non currere diceres, ſed hic feruor illico intepeſcit, & in maximam tarditatem degenerat celeritas. *Ælian. l. 14. de animalibus cap. 10.*

APODOSIS.

Principia ſæpè feruent, tepent media, vltima frigent, quo fit, vt qui ita ſe gerunt, nunquam ad ſolidam virtutem perueniant, cui perſeuerantia opus eſt vel maximè.

*Nam leuiter quamuis, quod crebro tunditur ictu,*
*Vincitur, in longo ſpatio tamen atque labaſcit.*
*Nonne vides etiam guttas in ſaxa cadentis*
*Humoris, longo in ſpatio pertundere ſaxa?*

*Lucretius de rerum natur. l. 4.*



Digitized by Google

## X. ASINVS NAVPLIENSIVM.

*Gratia inuentoribus relata.*

*Pauſ. in Corinth.*

NAVPLIENSES in Peloponeſo habitantes de aſino memorant, quod arroſo vitis palmite vuarum in poſterum vberiorem prouentum exhibuerit, ea de cauſa, apud eos etiam tum videtur aſini figura, vtpotè qui putandarum vitium morem docuerit.

*Ael. in Varia hiſtor.*

AP. Inuentores & authores rerum ſua gratia non ſunt fraudandi, & licet inferioris plerumque ſint notæ illi à quibus aliquid diſcimus, ingenuè tamen beneficium ab ijſdem acceptum profiteri ſinceræ humilitatis eſt.

*Nec preſſa eſt gloria facti.*

Sic Aſpaſia columbam cuius ope ſanata fuerat ex auro & gemmis conflatam, iuxta Veneris ſimulachrum dedicauit.

## XI. ASINVS PICTORIENSIS.

*Iudex indoctus.*

*Amm. Mar. l. 26. cap. 2.*

IN oppido Pictorienſi propè horam diei tertiam ſpectantibus multis, aſinus tribunali aſcenſo audiebatur deſtinatius rugiens.

APODOSIS.

Indoctus ad honoris apicem euectus.

*Quoties voluit fortuna iocari!*

## ASINVS SARACORORVM.

ΟΝΟΣ ΣΑΡΑΚΟΡΩΝ

*Ab externa corporis ſpecie non iudicandum.*

*Aelian. de Animalib.*

ASINI Saracororum bellatores ſunt, non ἀχθοφόροι.

APODOSIS.

Hoc prouerbio ſignificantur ij, qui cum ſpecie duntaxat, aut imperiti videantur, aut ignaui,

tem

Digitized by Google

rem tamen peritè gerunt ac fortiter. Idcirco Ἀχαιοῖς ἐκ πόρρου μὴ κρίνε. Epictetus conditione ſeruus, membris mutilus, paupertate Irus, quantas habuit virtutis diuitias?

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σώματι πηρὸς,
Καὶ πενίην, Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

## XIII. ASINVS TIBERII RADIOS EMITTENS.

*Sanctitas humilis.*

Hic ſcintillas emittens è corpore domino ſignificauit futurum imperium τὴν βασιλείαν διὰ ἑαυτοῦ παθήματος προσμένουσιν, hoc eſt, σπινθῆρας ἀπὸ τοῦ σώματος πολλοὺς καὶ μεγάλους ἀφιείς. *Damaſ. in vita Iſid.*

APODOSIS.

Contemptus anteà Aſinus luce circumfundi viſus eſt: ſic multi habentur pro ſtolidis & contemptis, qui intus clariſſimarum virtutum fulgore collucent, quas licet magnopere abſcondant, in opem mortalium tamen ſuaui luce diffunduntur: hoc eſt,

*In tergo theſaurum gerere.*

## XIV. ASINI ALBI CAPITE PVRPVREO.

*Diuites indocti.*

Asini albi capite purpureo viſuntur in India, ὄνοι ἄγριοι ἴσοι, ἵπποις καὶ μείζους, λευκοὶ δὲ εἰσὶ τὸ σῶμα, κεφαλὴν πορφυροῖ καὶ ὀφθαλμοὺς ἔχουσι κυανέους. *Cteſ. apud Photium. ÆL. l. 4. c. 52 de Animal.*

APODOSIS.

Tales quidem ſunt diuites fortunis abundantes, & cultu ſplendidi, & omni fortunæ choragio inſtructi, ad ſummum omnis liberalis diſciplinæ & virtutis expertes, quos vulgò *aureas pecudes* nominant.

## XV. ASINI EPEI TRIBVTVM.

*Diſcipulorum infrequentia caſtigata*, vel *Diues ex ſubditorum bonis*.

SIMONIDES cum in Carthæa degeret Cei inſulæ oppido, agendi canendique choros rationem docuit ſchola procul à mari ſita in vrbis ſuperiore parte, iuxta templum Apollinis: aquam verò tunc petebat ex inferiore vrbis regione, aduehente aſino quem Epeū appellabat, quod Epeus heros ſimiliter diceretur Atridis aquam miniſtraſſe. Cum igitur ita hæc ſe haberent, Simonides ſanxit vt ſi quis diſcipulorum ad condictam horam abeſſet, Aſino hordei ſemimedium daret: vnde illud epigramma.

Φημὶ ὅν οὐκ ἐθέλοντα φέρειν τέττιγος ἄεθλον,
Τῷ πανοπηϊάδῃ δώσειν μέγα δεῖπνον Ἐπειῷ.
*Aio qui nolit Cicadæ obire certamen,*
*Luculentam cœnam det Epeio Panopeiadæ.*

APODOSIS.

Significat ad aſinos eos eſſe ablegandos qui Muſarum ſuauitate frui recuſant. Rectè etiam cadet in eos qui aliorum nomine exigunt, id quod in ſuam rem conuertunt: nam Epeio aſino exigebatur cœna, cuius lucrum & fructum Simonides capiebat.

*Sic vos non vobis fertis aratra boues.*

## XVI. ASTVRCO NERONIS.

*Initia ſpecioſa, finis contemptus.*

Suet. in Neron. c. 46. NERO Aſturconem quo maximè delectabatur poſteriore corporis parte in ſpeciem ſimiæ abijſſe per quietem videre viſus, ac tantum capite integro hinnitus edere canoros, oſtento fuit quod illa equi ferocitas in ſimiæ ludibrium eſſet abitura.

AP. Aſturco capite, poſteriori parte ſimia, ſignificat initia plerumq; ſpecioſa, ridiculum ſortiri finem.

Sic

Sic pro Elephantis Culices, pro Leonibus Mures oſtendi dicuntur. Sineſius, ἐκκραγὼν κατ' αὐτῷ δίς που καὶ τρίς, καὶ τοῖς ἐξ ἁμάξης λοιδορησάμενος, καὶ πάντα ἐπανατεινάμενος, ἅπερ ἂν εἰρῆσθαι, καὶ παρ' ἐμοῦ τοῦ παντὸς ἂν ἐτιμησάμην, ἀπέδειξε τὸ κάθαρμα μῦν ἀντὶ λέοντος. *epiſt. 79. ad Anaſt.*

---

## XVII. BOS SVSIS ΒΟΥΣ ΣΟΥΣΙΣ.

*Labor certa menſura definitus.*

SVSIDAS boues numerandi ſcientiam tenere Creſias ſcribit. Nam Suſis regi ſingulæ quotidie centum cados in hortos ſicciores & minus riguos, hauriunt. Quem quidem laborem, ſiue quod ſit eis certus & conſtitutus, ſiue etiam quia diu multumq; in eo ſe exercuerint, promptiſſime obeunt: nullam enim earum ad opus remolleſcere videres. Ad alterum verò ſupra quam diximus cadum hauriendum, nec verberibus, nec blanditijs inducere poſſes. *Ælian. de anim. l. 7. cap. 1.*

APODOSIS.

Diſertè eo loco parœmia indicat eos, qui ſupra ordinarios labores nihil omnino volunt aſſumere, quotidiana tamen penſa accuratè ſatis obeunt.

*Compoſito ſecurus aceruo.*

---

## XVIII. BOVES NEVRICI.

*Calumniatores obliqui.*

BOVES Neurici cornua habent in humeris, vt Ariſtoteles ait, τοῖς δὲ ἐν Νευροῖς βοῒς Ἀριστοτέλης φησὶν ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχειν τὰ κέρατα. *Ælian. l. 5. de animal. cap. 27.*

APODOSIS.

Cornua habent in humeris, qui non recta fronte inuadunt, ſed obliquè feriunt, obſcuris dicterijs & ambagibus, alienam carpentes famam.

*Obliquus ferit ille, caueto*

## XIX CAMELVS.

*Pueri leniter tractandi.*

Maiol. colloq. 7.

CAMELVS, muſica ac modulatione plurimum capitur: itaque ſi feſſus longo itinere ſubſiſtat, ductor non flagris, aut verberibus ad progrediendum eum ſtimulat, ſed ſonitu cantuque demulcet: alioqui ageret fruſtra.

APODOSIS.

Pueri bonæ indolis non verberibus cogendi, ſed honeſtatis amore, quod potentiſſimum eſt illecebræ genus, capiendi. Cauendum tamen ne nimia parentum indulgentia deteriores fiant, & mollius educati quam par eſt, magnarum rerum grauitati, & ſeriæ vitæ ponderibus ſint impares:

*Indulget nemori nimium dum ſtultus Amyntas,*
*Et gaudet fama, luxuriaque ſoli.*
*Cedentes oneri ramos, ſyluamque fluentem*
*Videt, concuſſas ipſe ſequutus opes.*

## XX. CANIS ÆSCVLAPII.

*Paſtor fidus & diligens honore digniſſimus.*

SACRILEGVS primum obſeruato tempore intempeſto, quo dormientes arctiſſimus ſomnus complecteretur, de multa nocte intra Æſculapij templum ingreſſus eſt: deinde vt multa donaria ex æde ſurripuiſſet; cum rem iam putaret confectam, ſeque latere, diſceſſum parabat: at excubitor Canis ad templi cuſtodiam intus inuigilans, æditimis qui noctu ad ſacras ædes vigilias agebant, multo vigilantior, expilatorem direptoremque inſequebatur, quàm maximè poterat commiſſum ſacrilegium horribili fremitu ſuo prædicans. Fur primum & ſocij huius ſceleris ſaxis lapidatione facta, canem appetebant, deinde vbi is latrare non deſiſteret, illum demulcere conabatur, panes & offas, canum illecebras obijciens. Nam hæc quoque prouidè

vt ipſe putabat ſecum attulerat. Verum cuſtos incorruptus canis, vel fur cum euaſiſſet in domum vbi habitabat, vel cum inde exiret, ſe illi implacabilem, inexpiabilemque præbens, furem allatrare non deſinebat. Tandem intellectum eſt vnde canis eſſet, ac ſimul animaduerſum quæ ornamenta deeſſent. Itaque ex hac canis vociferatione is eſſe, qui tale furtum feciſſet, in Athenienſium ſuſpicionem adductus eſt atque vt tormentis in eum quæſiuiſſent totam rem cognouerunt. Denique ex lege hic capite damnatus, extremum dedit ſupplicium. Cani verò cibus publicè præbitus, & publicæ curæ, vt fidus cuſtos habitus eſt: nempe qui æditimorum nulli inferior vigilantia fuiſſet. Ælian. l. 7. c. 13. de Animal.

Ap. Paſtores fidi & acerrimi concionatores mercede & honore digni ſunt, qui Eccleſiam tuentur, & fures qui in veſtimentis ouium veniunt, intus autem ſunt lupi rapaces, à Chriſti grege arcent, quam ſtudioſiſſimè.

*Vigileſque ſuo pro cæſare curæ.*

## XXI. CANIS AD NILVM.

*Cautio vitæ humanæ.*

ALII quidem canes, feras tum inueſtigare, tùm etiam capere probè norunt: at verò Ægyptij fugaciſſimi ſunt. Nam cum illa quæ in Nilo degunt, timeant, ab his admodum fugitiui ſunt, neq; quamuis illuc ſitis ad bibendum eos attrahat, ferarum Nili metus quietè ipſos potione ſe complere ſinit. Ideo ne quid eorum, quæ infra aquam degunt, emineat foras, ipſoſque obtorta gula de ripa in altitudinem abripiat, non inclinatione corporis abiecta incumbunt ad bibendum: ſed vt primum ad ripam acceſſerunt, feſtinanter, & in curſu lingua lambentes, rapiunt, ac certè vt ita dicam, potionem furantur. Ælian. l. 6. cap. 53. de Animal.

Ap. Symbolum rectè cadit in eos, qui ſibi pru-

dentes

Digitized by Google

denter in vitæ periculis proſpiciunt, & neceſſarijs etiam voluptatibus ſe non immergunt, ſed leuiter intingunt. Tales ſunt, inquit Theodoretus, Religioſi, qui τῷ ὀφθαλμῷ τῷ κάλλει τῶν ὁρωμένων ἐπιτέρπεσθαι διακωλύοντες, χολὴν τῷ νῷ παρέχουσιν ἐπεντρυφᾶν τῇ θεωρίᾳ τῶν νοητῶν. Itaque licet voluptas clamet quod Crocodilus cani apud Phædrum:

*Quàm libet lambe ocyus,*
*Accede, pota leniter, & noli dolos*
*(inquit) vereri: At: ille facerem mehercule*
*Niſi eſſe ſcirem carnis te cupidum meæ.*

## XXII. CANIS VOMENS.

*Venienti occurrere morbo.*

CANIS ὑπὸ πλήθους ὀχλούμενος laborans ob redundantiam, herbam in macerijs arripit & deuorat, cuius beneficio ventrem exonerat, & priſtinæ ſanitati reſtituitur.

*Ælian. lib. 8. c. 9. Vide multa huius generis l. 1. c. 35.*

### APODOSIS.

Tertull. in lib. de pœnitentia: Cur ceſſas aggredi quod ſcias mederi tibi? mutæ quidem animæ & irrationales, medicinas ſibi diuinitus attributas in tempore agnoſcunt, ceruus ſagitta transfixus, vt ferrum & irreuocabiles moras eius de vulnere expellat, ſcit ſibi dictamno medendum. Hirundo ſi excœcauerit pullos, nouit illos rurſus oculare de ſua chelidonia. Peccator reſtituẽdo ſibi inſtitutam à domino exomologeſin ſciens, præteribit illam quæ Babylonium regem in regna reſtituit.

## XXIII. CAPRA GLADIVM.

*Malum ſibi creare.*

*Zeno. Cent. I. adag. 27.*

IVNONI Acreæ Corinthij ſacra facturi erant, victimarium cultrum popæ nullum habebãt, cum ecce tibi capra. (hæc enim erat Iunoni deſtinata victima) pedibus exſcalpens, in ſuam perniciem eruit.

APO-

APODOSIS.

Fit ſæpè, vt improbi cum minimè cogitant diuina Nemeſi vlciſcente ſuæ mortis cauſſas procurent, παροιμία ἐπὶ τῶν κακῶς τι καθ' ἑαυτῶν ποιούντων, inquit Zenobius. Nota autem Iunonem illam fuiſſe Actrǽā cognominatam, non Aſcræam, vt rectè animaduertit ad hunc locum Andreas Schottus è noſtra Societate vir doctiſſimus. Nam præter Liuium, Pauſaniam & Strabonem, meminit quoque Tertullianus Iunonis Actææ, à Promontorio ſic appellatæ. *Tertul. l. ad vxorem.*

---

## XXIV. CAPRA INDICA AD CINAMOMVM.

*Voluptuarius.*

CINAMOMI appetentiſſimæ ſunt capræ Indicæ ad manum enim porrigentis admurmurant, & ſi abigantur, ingemiſcunt. Philoſt. θρηνοῦσι καθάπερ λωτοῦ ἀποσπώμεναι. *l. 3. cap. 1.*

APODOSIS.

Voluptuarij ad corporis delicias toti adhinniunt, ægrè ab iiſdem auocantur. D. Cyprianus epiſt. 2. *Quando parſimoniam diſcit qui epularibus cœnis & largis dapibus aſſueuit, & qui pretioſa veſte conſpicuus in auro atque in purpura fulſit ad plebeium ſe ac ſimplicem cultum quando deponit, tenacibus ſemper illecebris aſſuetum, neceſſe vt ſolebat violentia inuites*, &c.

---

## XXV. CAPRA OLIVAM.

*Caſtitas violata.*

M. Varro Romanorum omnium doctiſſimus ſcribit, quod ſi Capra oliuam primum germinantem tetigerit, ſterileſcit.

APODOSIS.

Quod præclara ingenia luxuriæ veneno afflata, dum effloreſcere incipiunt, emoriuntur. Meminerint

adole-

Adoleſcentes dicti illius quod affertur ab Ammiano lib. 25. c. 5. *Vt egregius Pictor vultum ſpecioſum effingit, ita pudicitia celſius conſurgentem vitam exornat*, ſine eadem omnes marceſcunt Virtutes.

---

## XXVI. CATVS A PICA DEVORATA STRANGVLATVS.

*Vltus poſt fata.*

NON illepidum eſt emblema præſentis vltionis in Cato qui viuus à pica mortua quam ipſe deuorauerat, ſuffocatur, quod belliſſimis verſibus dixit Petronius.

*Mordaces morſu ſolitus conſumere mures,*
*Inuiſum & domibus perdere dente genus,*
*Catus in obſcuro cepit pro Sorice picam,*
*Multiloquumq́; vorax ſorbuit ore caput.*
*Pœna tamen præſens prædonem plectit edacem:*
*Nam claudunt rabidam cornea labra gulam.*
*Faucibus obſeſſis vitalis ſemita ceſſit,*
*Et ſatur eſcali vulnere captor obit.*
*Non habet exemplum volucris vindicta perennæ.*
*Hoſtem pica ſuum mortua diſcruciat.*

---

## XXVII. CERIGONVM CATVLI.

*Pueri molliter nutriti*, vel *Matrum indulgentia.*

ILLVD verò mirum in Cerigonibus, id animanti nomen buxeo colore, vulpeculæ magnitudine, ex eius aluo duæ dependent veluti manticæ: in ijs catulos circumfert, & quidem adeo pertinaciter ſuo quemq; vberi affixos, vt à perpetuo ſuctu non auellantur, antequam ad paſtum ipſi per ſe progredi valeant. Maff. hiſt. Indic. lib. 2. pag. 46.

APODOSIS.

Cum Cerigone comparentur matres, quæ tanta ſunt φιλοσοργίᾳ, vt filios, iam grandiores, molliter nutriant, nec patiantur à ſuis complexibus diuelli.

Ion-

*Teneroque columbo,*
*Et ſimilis Regum pueris pappare minutum*
*Poſcis? & iratus mammæ lallare recuſas?*

## XXVIII. CYNOCEPHALVS.

### *Calumniator.*

CYNOCEPHALVS hominis corpus, caninam habet faciem, ſtridorem muris, animal omnino ferum, quod nunquam cicuratur. *Agatharcides.*

AP. Calumniatoris typus, canina facies, rabiem dicacitatis, ſtridor muris, obmurmurationem, feritas intractabilis, maledici ingenium ſignificat: alia pictura eſt calumniæ apud Lucianum ex Appelle expreſſa, vbi pingitur eximiè compta, vultu tamen ipſo, & geſtu corporis efferam rabiem præ ſe ferens, ſiniſtra facem tenet flammiuomam, dextra Adoleſcētem, capillis prehenſum, manus in cœlum intendentem, ſecum rapit: anteit vir pallidus in ſpeciem impurus, acie oculorum minimo hebete: cæterum planè iis ſimilis qui ſontico morbo contabuerunt: hinc facilè coniicias liuorem eſſe, ad dextram conſidet quiſpiam auribus prælongis inſignis, quales Midæ eſſe ferunt, qui duabus mulierculis ignorantia, & ſuſpicione comitatus, manum porrigit venienti calumniæ: ornatrices quoque ſuas habet calumnia, inſidias, ac fallaciam, à tergo verò pœnitentiam, quæ amictu lacero, capite demiſſo, cum lachrymis, & pudore procul venientem veritatem excipit. *Calumniæ pictura*

## XXIX. ELEPHANTVS.

### *Caſtitas.*

QVEMADMODVM moderatè Elephanti libidines contineant, explicare conuenit: ii igitur ab omni immoderata libidine caſtiſſimi ſunt,

nunquam enim, neque vi aut proteruius, neque nimis laſciuè ſocietatem veneris cum fœmina faciunt: ſed tanquam generis ſucceſſione carentes, liberis procreandis dant operam: ſic hi, ſua ſtirps vt ne deficiat, complexu venereo iunguntur, neque id ſanè pluſquàm ſemel in vita, & eo duntaxat tempore cùm ſe iniri fœminæ patiuntur, vt autem eorum quiſque vxorem impleuerit, non eam amplius attingit: apertè porrò ac palàm in aliorum oculis non coëunt: ſed ſecedentes, aut ſeſe in arbores denſas & frequentes occultant, aut in concauum locum, aut profundum ad occultandos eos idoneum, ſe abdunt. *Ælian. l. 7. cap. 18. de Animal.*

Apodosis.

Typus caſtitatis coniugalis; O quantum eſt pudicitiæ decus quod bruta ipſas allicit animantes. *Pudicitia flos morum, honor corporum, decor ſexuum, integritas ſanguinis, fundamentum ſanctitatis, præiudicium omnis bonæ mentis.* *Tertul. l. de pudicitia.*

---

## XXX. Elephas ad aspectum virginis mitescit.

*Incarnatio.*

Elephas mole corporis & furore terribilis, ad formoſæ mulieris occurſum concitatos animi motus frangere dicitur; γυναικὸς ὡραίας τὸ δὲ τὸ ζῷον ἡττᾶται, καὶ παραλύεται δὲ τοῦ θυμοῦ, ἐκκωφωθεὶς εἰς τὸ κάλλος. Ælian. Simile eſt quod de Monocerote narrat Albertus. *L. 1. de anim. cap. 38.*

Ap. Typus eſt incarnationis, in qua Deus vltionum in ſinu virginis deferbuit:

*Proſtrata manſueſcere profuit iræ*
*Imperiumq; pati, & Domino parere minori.*

---

## XXXI. Elephantis adeps.

*Fortitudo inuicta.*

Contra omnium ferarum venena, præſidium eſt

Eſt adeps Elephanti, θηρίων δ' ἀλεξιφάρμακον ἂν ἄρα πάντων πιμιλὴ ἐλέφαντος, quo qui fuerunt inuncti, etiamſi nudi contra atrociſsimas belluas confligant, illæſi diſcedunt. *Æl. l. 1. de anim. c. 37.*

### APODOSIS.

Non adeps Elephanti, ſed virtutis bonus odor optimum eſt aduerſus mala præſidium. Rectè etiam ſignificabitur Seruator noſter Chriſtus, eſt ille Elephas ἀλεξίγκκος, qui nos ſanguine, quaſi adipe, aduerſus cacodæmones tuetur. Nam vt ait D. Chryſoſtomus, Hic myſticus ſanguis dæmones procul pellit, Angelos, & angelorum dominum ad nos allicit: hic ſanguis effuſus abluit vniuerſum orbem terrarum, ſed quod maius eſt, efficit vt imago regia in nobis floreat, pulchritudinem atque nobilitatem animæ, quam ſemper irrigat, & nutrit, languere non ſinit. *Hom. 45. in Ioan.*

---

## XXXII. ELEPHANTVS AIAX.

*Honor fortium ſenum.*

NARRAT Philoſt. Aiacem Elephantum nomine ab Alexandri temporibus ad Tiberij, annis trecentis ſupra quinquaginta vixiſſe; & in pugna illa fuiſſe quæ grauiſſime à Poro rege contra Alexandrum pugnata eſt, eundem victor Alexander Soli dedicauit. Αλέξαν δρος ὁ Διὸς, τὸν Αἴαντα τῷ Ηλίῳ, ex quo indigenæ magno in pretio habebant, & non modo vittis corolliſque redimitum, ſed & vnguentis oblitũ & monili aureo conſpicuum, aſſeruabant. *l. 2. c. 6.*

### APODOSIS.

Sic fortes ſenes obſeruantia & indulgentia digni ſunt, qui (cum ferret ætatis vigor) laborioſiſſimè pro ſua quiſque virili decertarunt.

*[illegible]* *Auſonius.*

## XXXIII. ELEPHANTVS AIAX HONORE SPOLIATVS MORITVR.

*Æmulationis vis*

Pl.l. 8.c. 5. ANTIOCHO regi Badum experienti fluminis renuit Aiax Elephantus alioquin dux agminis ſemper. Tum pronunciatum eius fore principatum qui tranſiſſet, auſumq; Patroclum ob id phaleris argenteis, quo maximè gaudent & cætero apparatu donauit: ille qui notabatur inedia mortem ignominiæ prætulit. Mirus namque pudor eſt victuſq; errorem fugit victoris, terram ac verbenas porrigit.

APODOSIS.

*Qui velit ingenio cedere rarus erit.* Ouid.

## XXXIV. ELEPANTVS CADVCO TRVNCO INNIXVS.

*Diuitiarum & rerum humanarum inconſtantia.*

HISTORIAM ſatis notam de captura Elephantorum per arborem in qua decumbere ſolent ſerra iam pœnè ſectam & ſemirutam, pertexit Agatharcides Polyhiſtor. è Strabo l. 16. τρίτον δέ ἐστι γένος ἐλεφαντοφάγων, ὃ ἐπειδὰν οἱ ἐλέφαντες τὰς νομὰς ἐμφορηθέντες πρὸς ὕπνον τραπέωσι ζητῶσιν. οὐκ ἐπὶ γῆς δὲ ἀναπεσόντες ὑπνοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς παχυτάταις καὶ μεγίστοις δένδρεσι προσανακλίνοντες ἑαυτούς· οἱ δὲ ἀπὸ τῶν τούτων θήρας καὶ βίον ποιούμενοι, οὗ τὴν ὄπισθεν τοῦ δένδρου τόπον πρίουσιν, ὥστε μένειν ἐπὶ βραχείας ῥοπῆς· τὸ δὲ ζῷον ἀπὸ τῆς νομῆς ἐπὶ τὸν συνήθη κοίτης τόπον ἀνακλινόμενον αἰφνίδιόν τε πίπτει, τοῦ ξύλου κλασθέντος.

APODOSIS.

Tales ſunt qui fragili bonorum choragio confiſi, repentina calamitate obruuntur.

*Quis ſapiens bono*
*Confidat fragili?* Senec. Hippolyt.

Age-

Δραπέτης ὁ πλοῦτος ἐστὶ καὶ οἰκέτης. Chryſoſt. in Eutropium. Caduca nimirum & fragilia, pueribuſque conſentanea crepundijs, quæ vires atque opes humanæ vocantur; affluunt ſubitò, repentè dilabuntur: nullo in loco, nulla in perſona ſtabilibus nixa radicibus conſiſtunt. *Val. lib. 6.*

## XXXV. ELEPHANTVS DRACONEM MORTVVS OCCIDIT

*Vltio præſens*

ELEPHANTIS ferunt frigidiſſimum eſſe ſanguinem, ob id æſtu torrente præcipuè à draconibus expeti: quamobrem in amnes merſos inſidiari bibentibus: arctatiſque illigata manu in aurem morſum defigere, quoniam is tantum locus defendi non poſſit manu: dracones eſſe tantos vt totum ſanguinem capiant: itaque elephantos ab ijs ebibi, ſiccatoſque concidere: & dracones inebriatos opprimi, commorique. *Plin. l. 8. c. 12.*

Ap. Saturari odio & ſanguine inimici ſæpe in eorum funere quos oderunt, cœleſti caſu repente fulminati concidunt, adeò vt ex ipſius cineribus vltores reſurgere videantur. Diogenianus: Ἡ Νέμεσις παρὰ πόδας βαίνει, *Nemeſis ad pedes adeſt.*

## XXXVI. ELEPHANTVS GEMINO CORDE.

*Vir magnanimus, vel duplex.*

DVPLICI tum corde, tum ſenſu animi Elephantus eſſe dicitur, & altero quidem ira incendi, altero mitigari, leniri Maurorum peruagatum eſſe ſermonibus. *Ælian. l. 14. c. 6. de an.*

APODOSIS.

Vel magnanimos viros ſignificat, quos oportet eſſe veluti duplicis ſupra alios cordis generoſitate præditos, & vt ait Homer. ἠνορέας καὶ θυμολέοντας.

Vel ſimulatorem minimè ſimplicem, & vanum ; & inconſtantem, qui modo hunc, modo illum affectum induit.

*Cor mundi inſtar habens.*

## XXXVII. ELEPHANTI GEMITVS.

*Pœnitentia.*

Phil. c. 5. l. 2. FERTVR Elephantus noctu miſerabiliter immurmurans, deplorare ſeruitutem, ad quem ſi homo acceſſerit, ſiſtit querelas quaſi verecundus.

APODOSIS.

Gemitus Elephanti ſuſpiria peccatoris ſignificant, cui incuſſus erratorum dolor miſerabiles gemitus & lacrymas exprimit: ſed lacrymas quas Deus miſeratus ſuauiſſimè detergit, mentem cœleſtibus lenimentis recreans, ſunt omnino illi fletus, vt ait D. Bernardus, vinum Angelorum, egregiæ erga Deum charitatis indices. Olim quidem in pignus veræ amicitiæ ſanguinem de venis extractum ab amicis & aſſeruatum legimus, hoc imitantur qui amoris vi lachrymas eliciunt, quod Dauidem & Ionathan in illa mutua animorum complexione feciſſe refert Philo, additque lacrymas ipſas in tantæ amicitiæ pignus vaſculis exceptas eſſe, & ſimul reconditas. Qui igitur Deum eximia charitate diligit, & in peccatorum odium vbertim lacrymas fundit, rem gratiſſimam libat numini, vnde ipſe quoque ex fletu permagnas haurit ſuauitates.

## XXXVIII. ELPHANTI HORDEVM.

*Talio.*

SI Elephanti ſapienter factum, idque auditu dignum præterirem, me quis ignorantem fortaſſe prætérijſſe putet? quamobrem dicetur: cùm is qui hordeum huic admetiendi procuratorem habebat, hordei

hordei partem ſubſtraxiſſet, illiuſq; in locum lapidibus ſuppoſitis, ipſi debitam tamen menſuram cumulate ſeruaſſet, vt dominum vtriuſque, ſi quando vidiſſet, falleret: Elephantus videns hunc, qui ipſum debito fraudabat, polentam coquere: primum promuſcide ſabulum collegit, deinde in ollam infudit, ſicque ſolerter iniurijs, iniurias ſibi illatas vltus eſt. Ælian. l. 6. de Anim. cap. 52.

AP. *Sic ars deluditur arte.*

## XXXIX. ELEPHANTI LINGVA.

*Linguæ moderatio.*

ELEPHANTVS fera omnium mole maxima eademque prudentiſſima, linguam habet perexiguam, vt penè oculos fugiat: γλῶτταν δ' ἔχει μικρὰν σφόδρα, καὶ ἐντὸς, ὥστε ἔργον εἶναι ἰδεῖν. Ariſt. c. 6. l. 2. de anim.

AP. Generoſiſſimi quique & prudentiſſimi vt factis efficaces ita verbis parci, Gallici prouerbij legem ſequuti :

*Le dire fait rire.*
*Le faire fait taire.*
*Non credo auguribus qui aures verbis diuitant.* Accius in Aſtyanacte.

## XL. ELEPHANTI LITTERAE.

*Honoris cupiditas.*

MVTIANVS author eſt Elephantum literarum ductus Græcorum didiciſſe, ſolitumque præſcribere eius linguæ verbis: *Ipſe ego hæc ſcripſi & ſpolia Celtica dedicaui.* Pl. lib. 8. c. 3.

AP. Laudis guſtus omnes & brutas ipſas animantes capit. πᾶσιν ἔρως τοῦ μέλλοντος ἐνίδρυται. Phil. Neque, verò maledicetur de aliquo aſtydamante, qui laudes ſuas prædicet & ſcriptis mandet.

*Bella es, nouimus, & puella, verum eſt,* Martial. l. 1.
*Et Diues : quis enim poteſt negare?*
*Sed dum te nimium Fabulla laudas,*
*Nec diues, neque bella, nec puella es.*

## XLI. ELEPHANTVS AD MVSICAM.

*Literæ dicurant feritatem:*

QVÆ Indus & Afer de ſuæ vterque regionis animalibus referunt hæc ſunt. Si Indicus Elephantus robore ætatis confirmatus, capiatur, ex feritate ægrè traducitur ad manſuetudinem, & quod deſiderio libertatis teneatur, ideo cædes molitur: ac ſi vinculis deuinciatur & conſtringatur, magis incitatur animo, neque vllam ſeruitutem perpetitur. At enim Indi varijs & multiplicibus cibariorum illecebris, illum deliniré ſtudent, ille tamẽ nihil de ſua acerbitate remittens, nihilque ab ijs blanditijs miteſcens, ijs præclarè contemptis, pergit ijſdẽ infeſtus eſſe. Quid igitur ij comminiſcuntur & machinantur? inſtrumento quodam muſico, (ſcindapſum vocant) vernaculam cantiunculã ei canunt, is animum attendit, auremque ad audiendum erigit, & ſuauitate illius demulcetur, animi incitatio comprimitur. Tum paulatim in obiectũ cibum reſpicit, & tametſi omnibus vinculis exſoluitur, tamen cantu deuinctus, non amplius ad priſtinos mores à manſuetudine deficit, & cibo libenter veluti conuiua fruitur.

Ælian. l. 12. cap. 44. de Anim.

APODOSIS.

Literarum ſuauitate ferociores mitigantur.

*Nemo adeo ferus eſt qui non miteſcere poſſit,*
*Si modo culturæ patientem commodet aurem.*

Horat. ep. 1. lib. 1.

## XLII. ELEPHANTORVM OLEA.

*Pœnitentia.*

ELEPHANTI ſi quando ſaucij fuerint, oleæ flore infixa corpori tela excutiunt.

Ælian. lib. 2. cap. 18.

AP. Venenata vitiorum tela pacis & conciliationis nuncia pœnitentia expellit. Pacianus epiſtola primâ ad Symphorianum. Pigeat ſanè peccare, ſed pœnitere non pigeat, pudeat periclitari, ſed non pudeat

deat liberari, quis naufrago tabulam ne euadat, eripiet? quis ſanandis vulneribus inuidebit?

Item, paſtores contra reptilia ſelenes herbæ ſucco pedes inungunt, βοτάνη Σελήνη καλουμένη τὸν καταφερόμενον ἀπ' αὐτῆς ἀφρὸν, περὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ θέρους οἱ ποιμένες αἴροντες ἀλείφουσι τοὺς πόδας, καὶ οὐδὲν ὑπὸ τῶν ἑρπετῶν ἀδικοῦνται. *Plutarch. in Inacho.*

## XLIII. ELEPHANTI PARTVS.

*Opus tardum ſed magnum.*

ELEPHANTI per octodecim menſes vterum ferre dicuntur, at pariunt Elephantos: κύουσι δὲ τοὺς μὲν πλείστους ὀκτὼ καὶ δέκα μῆνας, ἐλαχίστους δ' ἑκκαίδεκα. Ariſtoteles biennio parere putat. Non audiendus Plautus in Sticho, qui decennium illis tribuit. *Audiui ſæpe hoc dicier, ſolere Elephantum grauidam perpetuo decem anneſſe.*

AP. In opus tardum quidem, ſed magnitudine tarditatem compenſans. Ad opera ſimiliter alluſit Plinius partus Elephantorum ſecundum Plauti mentem definiens. *Nam de grammaticis* (inquit) *ſemper expectaui, parturiri aduerſus libellos meos, quos de grãmatica edidi, & ſubinde abortus facere in decem annos quam celerius etiam Elephanti pariant.* De his operibus dici ſolet quod habet Hom.

Ὄψιμον, ὀψιτέλεστον ὅου κλέος οὔποτ' ὀλεῖται. *Iliad. β. 5. 325.*

*Serum lentis exitus, cuius gloria nunquam peribit.*

## XLIV. ELEPHANTI POTVS.

*Voluptuarij ſordes.*

POTVS aquæ pellucidæ Elephantis inimiciſſimus eſt, turbulentam & ſordidam ſuauiſſimè bibunt. *Ælian. l. 17. cap. 7. de Animal.*

APODOSIS.

Voluptuarijs honeſta quæquæ ſordent, obſcœna placent & ad eorum ſtomachum faciunt, viuunt enim.



Digitized by Google

*Prudens in Cathem.*

*Carne, non cælo.*

*Frænentur ergo corporum cupidines,*
*Deterſa vt intus emicet prudentia:*
*Si excitato perſpicax acumine*
*Liberque flatu laxiore ſpiritus*
*Rerum parentem rectius precabitur.*

## XLV. ELEPHANTI PTOLOMÆI.

*Sera pœnitentia.*

EXORIENTEM Solem Elephanti venerantur, & promuſcidem, tanquam manum aduerſus Solis radios alleuantes. Itaque hos ei charos eſſe, & egregiè diligi Philopator Ptolomæus teſtis eſt nobis locuples. Is ſanè poſt partam victoriam eius belli, quod cum Antiocho geſſiſſet, cum quàm gratiſſimus aduerſus Solem, quem Deum exiſtimabat, eſſe vellet, proque victoria ei gratias perſolueret, tum alia magnifica ſacrificia fecit, tum verò quatuor Elephantos bene magnitudine grandes, exiſtimans ſe ſic Deum religiosè colere, primùm immolauit: deinde cùm in ſomniis minis Dei percuſſus fuiſſet, ob inuiſam numini talem hoſtiam, religionis metu permotus, pro immolatis ex ære quatuor Elephantes in honorem Solis excitauit: hoc vt ſupplici facto hunc ſibi placatum efficeret. Ergone Deum Elephanti venerantur; homines autem rationis participes, ſitne Deus necne ſit dubitant: tum ſi ſit, humanaſne res curatione & adminiſtratione dignetur.

*Ælian. li. 2. cap. 44.*

APODOSIS.

Parabola deſignat eos qui mortuis, quos ipſi interfecerunt inania ſtatuunt monimenta, cum vitam rè omnium dulciſſimam eripuerint, quàm nulla induſtria, nullis opibus reſtituere poſſunt.

*Euripides.* Ἀεὶ δ᾽ ὦ μέλεια νύκτερός τε ἀνάγκη.



Digitized by Google

## XLVI. ELEPHANTORVM PVRIFICATIO.

*Caſta placent ſuperis.*

AVTHORES ſunt in Mauritaniæ ſaltibus ad quendam amnem cui nomen eſt Amilo, nitente Luna, greges Elephantorum accedere, ibi ij ſe purificantes ſolenniter aqua conſpergi atque ita ſalutato ſydere in ſiluas reuerti: magni ſunt puritatis amatores Elephanti, qui non modo lotionibus indulgent, ſed etiam floribus à ſe collectis extruunt præſepia. *Plin. lib. 8. cap. 1. Æl. lib. 13. cap. 8.*

### APODOSIS.

Puritas & cultus DEI hac icone pulchrè ſignificatur.

*Caſta placent ſuperis: pura cum veſte venite,*
*Et manibus puris ſumite fontis aquam.* *Tibull.*

τὸ μὲν μηδὲν ἁμαρτεῖν ἴδιον θεοῦ, τὸ δὲ μετανοεῖν, σοφοῦ. *Philo de profugis.*

## XLVII. ECHINVS.

*Prouidentia.*

NOVIT terreſtris Echinus cubilia ſua Aquilonis & Auſtri ortu commutare; duas enim cubilibus feneſtras facit, alteram Notum verſus, Boream verſus alteram, quaque parte ventum futurum præcognoſcit, feneſtram obturat, alteram recludit. Habet & illud quo ſe ab inſidijs canum tueatur, vt ſe in globum ſentibus vndique munitum colligat: *Plut. in libro, Vtra. Ariſtot. de Animal. & Ion. Poeta.*

Στρόβιλος ἀμφ' ἀκάνθαις εἰλίξας δέμας
Κεῖται θιγεῖν τε καὶ δακεῖν ἀμήχανος.

### APODOSIS.

Talis eſt opportunitatis captator, qui ſe ad rerum fluentium curſus fingit, & componit, & vt ait politiſſimus Heliodorus.

τοῖς ὥραις ἐνδόσιμον ἐπιτηρεῖ. *Æthiop. l. 4.*



Digitized by Google

## XLVIII. ECHINI PARTVS.

*In mora periculum.*

*Diog. Cent. 4. adag. 91. ἐχῖνος τὸν τόκον ἀναβάλλει.*

ECHINVS animal eſt, vt omnes norunt, aculeorum ſegete circumuallatum, illud cum catulos concepit, partum diu remoratur, aſperitatem videlicet ſtimulorum, & Luciniæ angores pertimeſcens. Sed tamen quo ſegnius differt, eo grauioribus angitur pœnis. ita temporis incrementis fœtus aſperior maternam aluum lancinat.

APODOSIS.

Nulla imago commodior ad eorum mores exprimendos, qui ſuſcepto ſemel exomologeſeos conſilio, inertia interim obrigeſcente differunt, & rem cæteroqui leuem ſibi indies faciunt grauiorem.

Μελλησμῷ βίος οἴχεται.

## XLIX. EQVA PHIDOLAE.

*Honor per Vicarium*

EQVA Phidolæ Corinthij athletæ domino ab ipſis carceribus excuſſo, curſum priſtinum æque ac ſi ſeſſorem habuiſſet, retinuit, conuertit ſe ad metam, excitauit ad tubam, ſtetit ante ludorum præfectos victoriæ compos. Elii autem Phidola victore renunciato conceſſerunt, vt & equæ ſimulachrum dedicaret. Simile habet Plin. de equis albatis in Claudij Imperatoris Circenſibus.

APODOSIS.

Prouerbiali charactere dicetur in Imperatores, qui per fortes & fidos adminiſtros magnas laureas conſequuntur.

*non vltima laus eſt*
*Pro Domino pugnaſſe ſuo.*

L. E.

## L. EQVVS INCITATVS CALIGVLÆ.

*Diues inductus.*

INcitato equo, cuius cauſſa pridiè Circenſes, ne inquietaretur viciniæ ſilentium, per milites indicere ſolebat, præter equile marmoreum, & præſepe eburneum, præterque purpurea tegumenta, ac monile è gemmis, domum etiam, & familiam & ſupellectilem dedit quo lautius nomine eius inuitati acciperentur; Conſulatumque traditur deſtinaſſe. *Suet. in Caligul. c. 55.*

APODOSIS.

Quid eſt aliud equum auro, argento, familia, ſupellectili, conſulatu donare, quàm in hominem fatuum, & belluinis permotionibus incitatum diuitias congerere? Num poſtquam exciderit illi, merito acclamandum eſt, quod vulturius cani apud elegantem Phædrum.

*ô Canis, merito iaces*
*Qui concupiſti ſubito Regales opes.*
*Triuio conceptus, & educatus ſtercore.*

## LI. EQVVS LENÆI. ΙΠΠΟΣ ΛΗΝΑΙΟΥ.

*Gratia relata.*

HOc quoque animalibus contigit, inquit Ælianus, quod dijs ſint curæ, neque vel contemnantur ab eis, vel negligantur. Nam vt ratione careant, ſuo tamen intellectu & conueniente eis ſapientia nô deſtituuntur. Quomodo autem amentur, dicam: ſi nôn multa è multis, tantum tamen, quantû ſatis fore videbitur. Vir quidam Lenæus nomine, equum poſſidebat, & forma ſpecioſum & curſu celerrimum, & animo intrepidum: quique in ſpectaculis curſum ad quem inſtitutus erat egregiè decurrebat, & in bello forti-

fortitudinem, tolerantiamque ſuam cum aliàs declarabat, tum perſequendo; ſi opus eſſet, tum retrocedendo tempeſtiuè. Propter igitur hæc omnia commendabilis equus, dominum ſuum inter cæteros equites quam celeberrimum reddebat. Hic equus adeò eximius, ictu quodam, dextro oculo læſus, eoque captus eſt. Et cum Lenæus ſpem ſuam omnem, propter hunc equi caſum vacillare videret, (nam læuo eius oculo, ſoli integro, ſcutum equeſtre & alia arma tenebras offundebant,) Serapidis templum adit, adductoq; ſecum ceu victima quadam equo, & pro eodem Deum precatur, ceu fratre aut filio, & vt ſupplicem inſontem miſereretur orat. Huius enim calamitatis cauſam, ab hominum quorundam, ſiue facto nefario, ſiue mali ominis dicto eſſe profectam. Equus verò quonam pacto (dicebat) vel ſacrilegium, vel cædem, vel blaſphemiam committeret? Per ſuam quoque innocentiam, vt qui nemini iniurius fuiſſet Deum obteſtabatur, & propterea, vt commilitonis ac amici ſui oculum reſtitueret, rogabat. Tum Deus, vtcumque magnus non neglexit, neque contempſit brutum mutumque animal, & pariter ipſius & ſupplicantis miſertus, remedium dictat, iubetque oculum equi, non quidem perfundi liquido vllo remedio, ſed fomentis per meridiem in ambitu templi calefieri. His peractis, Equi oculus redintegratus eſt, & Lenæus Deo, vt ſe gratum declararet, ſacrificauit. Equus iam integer ſaltabat & hinniebat circa templum: iamque grandior & formoſior videbatur, ſeque veluti oſtentans ad aram vſque non ſine ambitione accurrebat. Denique circa gradus ſe volutans, Deo Seruatori quo poſſet modo gratias ſe agere præ ſe ferebat. *Ælian. lib. 11. cap. 31. de Animal.* in quo Serapidis dæmonis ἰατρικῶς præſtigias licet agnoſcere.

APODOSIS.

Gratia publicè & cum magnâ amoris teſtificatione referenda, non occultanda. *Seneca lib.* 2. *de benefic.*

beneficio. *Quidam furtiuè agunt gratias & in angulo & ad aurem. Non eſt iſta verecundia, ſed infitiandi genus. Ingratus eſt qui remotis arbitris agit gratias.*

## *LII.* EQVI CELTIBERORVM.

*Inconſtantia*, vel, *Ingenium locis accommodandum.*

CELTIBERORVM equi cum ſint cinerei coloris, vbi in exteriorem Hiſpaniam venerunt, colorem mutant: ὑποφάρεις ὄντας μεταβάλλον τὴν χρόαν ἐοικέναι δὲ τοῖς παρθικοῖς, dixit Strabo lib. 3.

APODOSIS.

In verſatili ingenio homines, qui pro varietate locorum variant mores, Clearchus affert in perſona Neſtoris aptiſſimum ad hoc argumentum diſtichon. *in prou.*

Πουλύποδός μοι τέκνον ἔχων νόον, Ἀμφίλοχ' ἥρως,
Τοῖσιν ἐφαρμόζων ὧ κὲ πρὸς δῆμον ἵκηαι.
*Polypi ingenium mi fili Antiloche heros,*
*His te accommoda quorum in patriam veneris.*

Talis fuit Alcibiades: quippe Athenis elegans: Spartæ auſterus: in Thracia potator: apud Thiſſaphernem mollis erat & delicatus.

## *LIII.* EQVI VOLSILVPI.

*Fortitudo ex aduerſis.*

FERVNT equos, qui certamen cum lupis ſemel inierunt, quos Græci λυκοσπάδας nominant, animoſiores reddi & perniciores. *Plu. in ſym. l. 2. quæſt. 2.*

APODOSIS.

Ex aduerſorum conflictu naſcitur virtus, & ſuſtentatur. Secundæ res acrioribus ſtimulis animum explorant: quia miſeriæ tolerantur, felicitate corrumpimur. Tacitus. *Fortis miles de confragoſo venit.* *hiſtor. lib. 1.*

LIV.

Digitized by Google

## LIV. FELIS AFRA.
## ΓΑΛΗ ΛΙΒΥΚΗ.

*Auarus cumulat bona, quibus non fruitur.*

Strabo lib. 3 pag. 91. num. 50. GYMNESIAS populos in Hiſpania Cuniculorum infeſtâ multitudine vexatos, de ſedibus relinquendis cogitaſſe ferunt, & habitandam terram miſſis legatis petijſſe: Tandem armata in feras induſtria Afras feles maximè feras conquiſierunt, quarum miniſterio ad venandos cuniculos vtuntur: ſed non niſi ore obligato in foramina eas immittunt, quo fit vt prædam excutiant, aut vnguibus lacerent, minimè verò deuorent.

APODOSIS.

Hoc ſtratagémate dæmon vtitur in auaros, quos ille ad bona comparanda propè furioſo ſemper inſtigat affectu, nec partis libero animo frui ſinit D. Cyprian. Epiſt. 2. *Nec intelligit miſer auarus ſpecioſa eſſe ſibi ſupplicia, auro ſe alligatum teneri, poſſideri magis quam poſſidere diuitias atque opes.* O *deteſtabilis cæcitas mentium, & cupiditatis inſanæ profunda caligo! cùm exonerare ſe poſſit, & leuare ponderibus, pergit magis fortunis augentibus incubare, pergit cumulis pertinaciter adhærere.*

## LV. FELIS IN CROCOTO.

*Diues fatuus.*

ICON diuitis indocti felis eſt in crocoto. eſt autem Crocotus delicatiſſima veſtis ad vſum elegantiorum hominum: qua felem amicire quid magis ineptum, aut ridiculum?

APODOSIS.

Feles igitur ſunt in Crocotis indocti, & improbi homunciones, qui triumphant in honoribus & opulentia, quibus ornamentis indigniſſimi ſunt nati dumtaxat.

*Et Veneri, & cœnis, & plumis Sardanapali.*

LVI.

## LVI. GVLO.

*Gula.*

GVLO animal canis magnitudine, illi aures & facies velut catti, pedes & vngulæ aſperrimæ, corpus villoſum. Voraciſſimum eſt, quippe reperto cadauere tantum vorat, vt violento cibo corpus inſtar tympani extendatur: Mox inuentis anguſtijs inter arbores ſe ſtringens egerit, vt ſtatim redeat ad cadauer. *Olaus lib. 18 cap. 5.*

### APODOSIS.

Creditur à natura creatum ad ruborem hominum, qui vorando, bibendoque vomunt, redeuntq; ſtatim ad menſam. Quod Vitellium factitaſſe memorat Tranquillus.

*Heu cœli terræque pudor.*

## LVII. HERINACEVS.

*Charitas in ſuos.*

HERINACEVS in vites obrepens vuas pabulatur, quas aculeis ſuis excipit, redit deinde acinis onuſtus (racemum ambulantem diceres) & catulis ſuis omnia quæcunque colligit tradit decerpenda. *Vide Plin.*

### APODOSIS.

Patris in liberos, aut præceptoris in diſcipulos charitas, quibus omnia ſuo labore parta illi impertiunt. Is amor, vt ait Oppianus, ϛάζει ἐνὶ κραδίῃ γλυκερὸν γάνος, inſtillat in cor parentum melleum quemdam lætitiæ ſenſum, & vt ait tritus ſenarius, Ἅπασι δὲ ζώοις ἐξ ἶν ψυχὴ τέκνα. Quo in argumento quoque ſpectabiles ſunt Phocæ, nam adeo prolem diligunt, vt vna Aegis capta à piſcatoribus fœtum quem in hac ſeruitute pepererat tantopere luxerit, vt triduo abſtinuerit cibis animal alioqui voraciſſimum. *Oppian. ἁλιευ. β.* *Ath. lib. 5.*

LVIII.

## LVIII. HERINACEI VRINAM TABIFICAM REDDVNT IN EXTREMO DISCRIMINE.

*Diſputatores qui maledictis eludunt argumenta.*

HERINACEI, in deſperatione, vrinam ex ſe reddunt tabificam tergori ſuo ſpiniſq; noxiam, propter hoc ſe capi gnari. Plinius *lib.* 8. *c.* 37. Simile quod habet de ſepia *lib.* 9. *c.* 29.

APODOSIS.

Multi diſputatores cum premuntur rationibus & ructant maledicta, quod hæreticorum ingenio apprimè conuenit, nam vbi amentatis veritatis haſtis obruuntur, continuò ſe in dicteria aduerſus ſummum Pontificem & inclytos ſacerdotum religioſorumque cœtus effundunt. Rectè S. Irenæus in hanc ſententiam. *Sed enim ſepiæ iſti (quorum figura illud, quoque piſculentum de cibis lex recuſauit) vt traductionem ſui ſentiunt tenebras, huic blaſphemiæ interuomunt.* *Lib.* 3. *c.* 19.

## LIX. HYAENA.

*Hæretica prauitas.*

HYÆNA, vt Ariſtoteles tradit, læua in manu vim ſopiendi habet, & ſolo tactu ſomnum conciliandi, ſæpeque numero in ſtabula ingreſſa cùm dormientem aliquem deprehenderit, & pedetentim ad illum ingreſſa fuerit, ſoporiferam, vt ita dicam, manum eius naribus admouet, ſicque eas opprimit, hic vt ſine ſenſu eſſe videatur: ac tantum terræ fuffodit, quantum ſit ad ipſum obruendum ſatis: guttur verò & ſupinum & nudum relinquit, in quod incumbens ſomno oppreſſum ſuffocat, poſteaq; in latibulum abſtrahit. iam cùm Lunæ orbis plenus eſt, retro poſito Lunæ fulgore ſuam canibus vmbram inijcit, quos ſtatim mutos reddit, & tanquam venefició

que-

Digitized by Google

quodam eorum ſenſus perſtringit: deinde & elingues abducit, & optatis fruitur.

Ap. Præclara imago hæreticæ prauitatis, quæ in fideles cautis primum artibus ſerpit, deinde incautos ſumma crudelitate extinguit; & plerumque canibus ipſis gregis cuſtodibus eripit vocem, vt in oues omni feritate deſæuiat.

*Dij talem terris auertite peſtem.*

## LX. HYÆNA ΥΑΙΝΑ.

*Inconſtantia improba.*

HYAENA quotannis ſexum mutat, mariſque & fœminæ vices vna & eadem alternat: κοινωνοῦσι τε ἀφροδίτης ἑκατέρας, καὶ γαμοῦσί τε καὶ γαμοῦνται, ἀνάλλετος ἢ πᾶν ἀμείβουσι τὸ γένος. Ælian. Ariſtoteles tamen negat. l. 1. de An. c. 25.

Ap. Symbolum inconſtantis hominis, qui nunc perſonam aſſumit grauitatis, nunc mollitie degenerat in fœminam, D. Ambroſ. *Aſſueſce vnus eſſe, vt virtutua picturam aliquam exprimas.* Hanc tamen de Hyæna hiſtoricorum ſententiam confutat Clem. Alexan. οὐκοῦν οὐδὲ τὴν ὕαιναν μεταβάλλειν τὴν φύσιν πιστευτέον ποτέ· οὐδὲ γὰρ αἰδοῖα ἔχει τὸ αὐτὸ ζῶον ἅμα ἄμφω, ἄρρενος καὶ θήλεος, καθὼς ὑπείληφασί τινες, ἑρμαφροδίτους τερατολογοῦντες. Pædag. l. 2.

## LXI. HYSTRIX LVDOVICI.

*Victoria.*

LVDOVICVS XII. poſt bella Italica inter inſignia ſua Hyſtricem eſſe voluit, qui ora vrgentiũ canum figit, & miſſilibus aculeis inuadit, cum hac inſcriptione, *Vlus aues Troia.*

Ap. Hac icone victoria de infeſtis & importunis hoſtibus reportata, à ſapientiſſimo rege ſignificata eſt. Echinus haud diſſimili admodum ſymbolo, ſignificat virum ſua innocentia fretum, qui maleuolo-

rum obtrectationes facile contemnat: eſt enim hoc inditum à Natura ad ſui defenſionem animali ingenium, vt ſi quando impetentium canum vim ſentiat acriorem, totum ſe in globum colligat, ſolam aculeorum ſegetem ſuis hoſtibus oſtendens, qua ſe quaſi muro æneo circumuallatum tuetur, vt eſt apud Athen. lib. 3.

Στρόβιλος ἀμφ' ἄκανθαν εἰλίξας δέμας
Κεῖται, δακεῖν τε καὶ θιγεῖν ἀμήχανος.

Scipio Amiratus tribuit Echini inſigne fortiſſimo Duci Veſpaſiano Gonzagæ, quo vtebatur ad militarem vim conſtantiamque ſignificandam cum hoc lemmate,

*Decus & tutamen in armis.*

## LXII. LEO.

*Perſpicacitas.*

*Aelian l. 5. cap. 39.* LEo ſolus inter animalia apertis oculis naſcitur, ἐκπεπταμένοις τίκτεται τοῖς ὀφθαλμοῖς Animal eſt lucis amicum, cuius magna vis in oculis ſita eſt.

AP. Potentum liberos ſignificat, qui ab ipſis penè incunabulis ſunt perſpicaces, vel typus eſt pij animi Deum tanquam æternum iuſtitiæ Solem intuentis.

Sic inter pullos Aquilæ,

*Exploratores oculis qui pertulit ignes*
*Suſtinuitq; acie nobiliore diem:*
*Nutritur, volucrumq; potens, & fulminis hæres,*
*Geſturus ſummo tela triſulca Ioui.*

## LXIII. LEO.

*Vigilantia Principum.*

LEONVM olim rictus templorum valuis Baſilicarumque veſtibulis affixi vt vigilantiæ admonerent, cuius ipſi ſunt Symbola.

Apo-

Digitized by Google

AP. Vigilandum eſt maximè principibus, qui in Reip ſunt cuſtodia. Rex Perſarum matutinum excitatorem fertur habuiſſe, qui eum hac voce quotidie excitaret: ἀνάστα ὦ βασιλεῦ, καὶ φρόντιζε τῶν πραγμάτων. Plutarch. *ad præſidem indoctum* Notum illud Homeri:

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.

## LXIV LEO CAPTIVVS A LEPORE.

*Iudex nummarius.*

LEPVS cæteroqui timidiſſimum animal aureo vinculo reuinctum leonem trahit, vt eſt in adagio, εἷλκε λαγὼς λέοντα χρυσίνῳ βρόχῳ. Lagophalmus erat quiſpiam, qui principem muneribus corruperat.

AP. Iudices qui ſe terribiles improbis præbere debent, tum demum à reis leporibus alioqui timidiſſimis triumphantur, cum acceptis nummulis ius faſq; delent. Iudices mali non attendunt merita cauſſarũ, ſed pecuniarum merita: non iura, ſed munera: non iuſtitiam, ſed pecuniam: non quod ratio dictat, ſed quod voluntas affectat: non quod lex ſcribit, ſed quod mens cupit, non inclinãt ad iuſtitiam animum, ſed iuſtitiam declinant ab animo: non vt quod licet hoc libeat, ſed vt liceat quod libet. *Innocentius.*

## LXV. LEONVM CATVLI.

*Indoles generoſa.*

QVID verò de Leonum catulis? qui matrum vteros ſtimulant, & exarant vnguibus ad lucem feſtinantes: γράφουσι τοῖς ὄνυξι τὰς μήτρας τῶν μητέρων πρὸς φῶς ἐπειγόμενοι.

AP. Dicitur de ingenijs generoſis & volucri quodam igne ad optima quæque accenſis. Memini me hanc præclaram Æliani ſimilitudinem verſibus expreſſiſſe in Ode ad Regem Chriſtianiſſ.

*Qualis peroſus vincla puerperi*
*Lentam Dianæ ſollicitat manum,*
*Geſtitq; in auras exilire*
*Magnanimi catulus Leonis.*
*Mox arte patris impete præferox,*
*Primiſq; martis lætus adorea,*
*Prægeſtit agris, & ſequaci*
*Dente premit capreas fugaces.*
*Talis paterni ſanguinis æmulus,*
*Per lucem auitum Borbonides celer*
*Torrente iactat impotentis*
*Ingenij, Genijq; pondus.*
*Nec vis nec ætas ſuſtinet impetum.*
*Sed præuolantis numinis alite*
*Cura parentis laureatas*
*De viridi meditatur auro.*

## LXVI. LEO AD CRVCEM STRATVS.

*Paſſio Chriſti terror dæmonis.*

BACCHABATVR in agrorum vaſtationibus Leo furiali rabie, nec hominum ſiſti vllis remedijs poterat, cum ecce tibi D. Chryſoſt. iubet crucem humanæ ſalutis vexillum in eodem campo erigi, quem ſæpius furor terrorque indomiti animalis afflabat, mane ad trophæū Leo crucis inuentus eſt mortuus, non machinis humanis, ſed ſalutari ligni vi, atque præſtantia extinctus, refertur *in vit. D. Chryſoſt.*

AP. Nihil æquè Cacodæmonis furorem & improbiſſimos conatus frangit ac iugis cruciatuum Domini memoria.

*Agnus enim vice mirifica*
*Ecce Leonibus imperitat,*
*Exagitanſq; truces aquilas*
*Per vaga nubila perq; notos*
*Sydere lapſa columba fugat.*

Pru-

Prudentius in libro περὶ στεφάνων. Et Auguſt. ſerm. 7. de tempore in illud Eſaiæ, factus eſt principatus ſuper humerum eius. *Merito Crux Chriſti dicitur principatus: quia per eam diabolus vincitur & totus mundus ad Dei gloriam reuocatur.*

## *LXVII.* LEONIS EDVCATIO.

*Institutio generoſorum Adoleſcentum.*

LEONEM cicurans, nec cæde nec minis blandire. Philoſt. μήτε παίειν, μήτε θωπεύειν, altero enim μνησικάκους, altero ἀγερώχους, leones fieri. *In vita Apollonij, ca. 13. lib. 7.*

APODOSIS.

Generoſi animi ſeueritate obdureſcunt, blanditijs efferuntur, Plutarchus, καὶ τοὺς παῖδας ἄγειν κἀκεῖνό φημι δεῖν τοὺς παῖδας ἐπὶ τὰ καλὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἄγειν παραινέσεσι λόγοις, μὴ μὰ δία πληγαῖς μηδὲ αἰκισμοῖς· δοκεῖ γάρ που ταῦτα τοῖς δούλοις μᾶλλον ἢ τοῖς ἐλευθέροις πρέπειν. edit. Hen. Step. pag. 14. tom. 1. Addo oportere pueros ad præclara ſtudiorum decora inducere adhortationibus & orationibus, non per Iouem plagis & verberibus, videntur enim hæc ſeruos potius quam liberos decere, ferula ſolis aſinis gratiſſimum eſt pabulum, cæteris animantibus præſcataneum venenum. *Plinius.*

## *LXVIII.* LEO SE FLAGELLANS.

*Cruciatus corporis voluntarius.*

LEO, ne quid ignauè faciat, flagellans ſemetipſum cauda excitat, ὁ Λέων τῇ ἀλκαίᾳ ἑαυτὸν ἐπεγείρει μαστίζων Elephanti pariter ſe vt ad certamen incendant proboſcide verberant. *ἀλκαία Leonis cauda. Ælian. l. 6. de Animal. cap. 1.*

AP. Cruciatus corporis voluntariè ſuſcepti paratiores nos ad pugnam cum dæmonibus ineundam faciunt.

*Cos virtutis pati.*



Digitized by Google

## LXIX. LEO HERMIÆ.

*Rex vigilans.*

Plin. l. 37. FERVNT in Cypria inſula in tumulo regali Hermiæ, iuxta cetarias marmoreo Leoni fuiſſe inditos oculos ex ſmaragdis, ita radiantibus etiam in gurgitem, vt thynni, cæteriquè piſces terrore afflarentur.

AP. Leo typus eſt Regiæ maieſtatis, cuius ſmaragdini oculi longè lateque radiantes in gurgitem, diffuſam vbique partium regum in populares prouidentiam cùm horrore quodam maieſtatis ſignificat. ἐγρηγορότα δὲ γράφοντες, ἢ καὶ φύλακα, λέοντος γράφουσι κεφαλὴν, inquit Horus. Hierog. 6. lib. 1.

## LXX. LEONES MEGARENSIVM.

*Malum retortum in caput auctoris.*

Lib. 1. c. 8. MEGARENSES, cùm caperentur à Caleno, cæcis eſtractis Leones in hoſtes immiſere: ratiſe obicem laſciuienti iam in ciuium capita mucroni obiectuтos, ſed miſeri ab iiſdem triſti, & vel ipſis hoſtibus miſerabili ſpectaculo ſunt deuorati. Vide Pier.

AP. Inſidiæ ſæpè reuoluuntur in caput authoris. *Malitia maximam partem ſui bibit.* Attalus Stoicus.

## LXXI. LEO SIMIAM VORANS.

*Vltio potentiorum.*

LEo ad remedium morbi vorat ſimiam. Philoſt. lib. 3. cap. 1. ἐπιτίθεται δὲ πιθήκῳ λέων, νοσῶν μὲν ὑπὲρ φαρμάκου, τὴν γὰρ νόσον αὐτῷ τὰ κρέα ἴσχει τούτου. Inſidiatur autem ſimiæ Leo ægrotus quidem medicinæ gratia: Aiunt namque eiuſmodi ſimiarum carnes leonum morbis mederi.

Apo.

Ap. Leo vir potens, ira morbus, ſimia tenuis homo, in tenuiorum enim iugulis potentiorum ludit mucro, quibus idē eſt hominem occidere, ac πιθήκων βάλλειν βόλον, quod de Ptolemæo ferunt.

## LXXII. LEONIS OCVLVS.

*Illuſtrium virorum nomen.*

LEo non modo viuus obtinet, quod ait Philo in Iambicis, τῆς φύσεως μοναρχίαν ſed etiam cū mortuo viuit terror: Atque id non modo in tota mole corporis: verum in eius particula, in oculo, cuius eam vim eſſe aiunt vt ſub axilla geſtatus cæteris animantibus non leue ſit terriculamentum.

APODOSIS.

Fortium virorum nomen & memoria ſola improbis eſt terrori, & vt ait parœmia δαφνίνη βακτηρία. De hoc autem Leonis etiam mortui torrore, præclare Statius *Manſere animi virtuſq́; cadenti*

*A media iam morte redit: nec protinus omnes*
*Terga dedere minæ, ſicut ſibi conſcius alti*
*Vulneris aduerſum moriens it miles in hoſtem,*
*Attolliuq́; manum, & ferro labente minatur.*
*Sic piger ille gradu ſolitoq́; exutus honore*
*Firmat hians oculos, animamq́; hoſtemque requirit.*

*Syluar. 2. in Leone manſueto.*

## LXXIII. LEPVS DONO DATVS.

*Symbolum ignauiæ.*

SVB Boleſlao III. Polonorum rege Palatinus quidam Polonus qui bello extremo contra Ruſſos ad Haliciam, ſua fuga exercitui reliquo fugæ cauſa extiterat, cum domum rediiſſet, rex ei leporis pellem, colum & fuſum dono miſit, qua ille ignominia ad voluntarium ſuſpendium adactus eſt.

*Cromerus lib. 6.*

Apo. Notantur hoc ſtigmate, ἐν πολέμοισι λαγωοί.

## LXXIV. LVPVS AD SQVILLAM

*Vltio præſens.*

SQVILLAS cum ſe interceptas ſentiunt, faſtigium quod eminet à capite quodque ſimile eſt acutiſſimo triremis roſtro, atque in ſumma parte ſecturas habet modo ſerrulæ vncinatæ: hoc inquam, animoſæ illæ beſtiolæ cum incuruauerint, ſumma lenitate ſaliunt & tanquam ſaltatorium verſant orbem. Lupus ore hianti ſquillam ex laſſitudine viribus deſertam comprehendit atque prandium fore arbitratur. Squilla primum in gutturis laxitate ſaltat, poſt, aculeos in miſerum venatorem defigit, huic interiora exulcerantur, tumeſcentiaque ſanguinis plurimum mittunt. Denique ſuffocatione lupum interficiens, interficitur.

AP. Simile quod habes alio in loco de Catto & Pica ex Petronio.

*Hoſtem mortua diſcruciat.*

## LXXV. LVPVS VENETVS.

*Gratia relata præter ſpem.*

FERVNT hominem, eo nomine, quod libenter ſponderet, celebrem, & ideo dicterijs hominum obnoxium, incidiſſe in Venatores, qui in caſſibus habebant lupum: qui cum pretium dicerent, ſe lupum miſſum facturos ſi ipſe fidei uberet ſe ea damna penſaturum: hominem id in ſe recepiſſe, lupum ita dimiſſum armentum equarum nulla nota inuſtatum ſatis magnum abegiſſe, atque ad ſponſoris iſtius ſtabulum adduxiſſe, ſponſorem recepta beneficij mercede equas iniuſto lupi ſigno notaſſe, & lupiferas appellaſſe. Strab. l. 5.

APO. Gratia nonnunquam abundè refertur, à quibus minimè ſperabatur. Eſt elegans Epigramma

de

de piſcatore, qui cum caluariam ſepeliret, theſaurum inuenit.

*Ἰχθύας ἀγκίστρῳ τις ἀπ' ἠόνος ἔντεχνα βάλλων,*
*Εἵλκυσε ναυηγοῦ κρᾶτα λιποτριχία,*
*Οἰκτείρας δὲ νέκυν τὸν ἀσώματον, ἐξ ἀσιδήρου*
*Χειρὸς ἐπεσκάπτων, λιτὸν ἔχωσε τάφον.*
*Εὗρε δὲ κευθόμενον χρυσοῦ κτέαρ· ἦ ῥα δικαίοις*
*Ἀνδράσιν εὐσεβίης οὐκ ἀπόλωλε χάρις.*

Vrſinus Velius vertit.

*Captura piſces hamata in littore ſeta,*
*Naufraga fortè hominis calua prehenſa fuit.*
*Qui caput auulſum membris miſeratus, inermi*
*Quæ ſuper hinc fuerant condidit oſſa manu.*
*Pondus vbi infoſſi terra graue repperit auri.*
*Gratia ſic iuſtis nulla, boniſq́; perit.*

## LXXVI. LVPI MÆOTIDIS PALVDIS.

### *Pax empta.*

SECVNDVM Mæotidis Paludis locum Cœnopium nuncupatum, Lupi, quos non à domeſticis canibus differre credas, cum piſcatoribus ſtudioſi verſantur: quod ſi maritimæ prædæ partem fuerint aſſequuti, cum his viris rem maritimam tractantibus & pacem habent, & tanquam fœdere deuinciuntur; ſin nihil conſequuntur, eorum retia lacerant, & diſtrahunt, & pro eo quod nihil dederunt, damnum retribuunt. Sic muſcæ, Leucade, ſanguine Tauri, qui iiſdem feriri ſolet, ſaturatæ recedunt. Sic Teneti monedulas placentis mitigant, ne ſeminibus noceant. Idem. *Æl. de Animal. l. 6. c. 65 lib. 11. ca. 8. de Animal. li. 17. c. 16.*

### APODOSIS.

Interdum improbis condonatur aliquid ad mitigandam importunitatem, & verſuti pectoris inſidias amoliendas.

*Cuius vulturis hoc erit cadauer?*

## LXXVII. LVPI AD PYRAM CAPTI.

*Cupiditas mortifera.*

DIOPHANES ſcribit nonnullas gentes Lupos ea quam dicam ratione venari, piſciculos marinos quos βλίμμους & Lupos appellant, viuos capiunt, mox eorum plures in mortario contundunt, & quam poſſunt minutatim concidunt agmina identidem permixta: Deinde pyra excitata eo tempore quo ventus ſolet eſſe vehementior, hanc ſucco obtritorum animalium perungunt. Ex quo ingens afflatur odor, atque indigenæ lupi certatim aduolant, ſed mox vehementi odore quo delectantur impenſius capti, & in profundum ſoporem lapſi, ad pyram facilè ab hominibus obruuntur.

Βλίλμοι ἰχθύες μικροὶ θαλάσσιοι ἐνίοι ῥινύουσι λύκους.

AP. Vectigal cupiditatis calamitas.

## LXXVIII. MARTICHORA.

*Improbitas.*

HORRIBILE planè monſtrum Martichora, humano vultu, leonis magnitudine, colore cinnabaris in modum rubente, triplici dentium ordine, auribus humanis, oculis glaucis, cauda cubitali aculeata, & aſperis vndiq; ſpinis rigente, quam anteriori etiam parte protendes tanquam arcu ſagittas, ſic aculeos ad iugeri ſpatium emittit euulſos quoq; vngues infeſta rabie iaculans, obuios quoſque necat præter vnum Elephantum. Addit *Sol. Pol. pag.* 131. *edit. Pict.* Cauda veluti ſcorpionis aculeo ſpiculata, voce tam ſibila, vt imitetur fiſtularum modulos, tubarumque concentum, humanas carnes auidiſſimè affectat, pedibus ſic viget, ſaltu ſic poteſt, vt morari eam nec extentiſſima ſpatia poſſint, nec obſtacula latiſſima.

*Phot. in bib. pa. 67. ex Cteſia Ind. l. mem. etc. Æl. l. 4. c. 21 Pl. l. 8. c. 21*

APODOSIS.

Hæc dira Martichoræ ſpecies peccatum ſignificat



Digitized by Google

humanus vultus, blandam imprimis peccati ſpeciem: leonis forma, robur & audaciam: color rubeus cruentas ſtrages; triplex ordo dentium, voracitatem peccati omnia abſumentis: Cauda cubitalis aculeata eiuſdem plagas, & funera. At verò tanta & tam ferox bellua vnum Elephantum caſtitatis typum non lædit: neque te Virgo Deipera peccati labes, in mortale genus effuſa vſquam tangere potuit.

*Diuinæ tanta eſt reuerentia Matris.*

## LXXIX. MARTICHORA.

*Fortitudo expedita.*

FORTITVDINIS ad omnia expeditæ, & verſuti ingenij Symbolum erit Martichora, quæ cauda cubitali denſiſſimis ſpinis rigente tanquam arcu ſagittas, ſic aculeos ad iugeri plerumque ſpatium emittit, vnguesquoque ipſos in aduerſarios magna vi eiaculatur. *Cteſias in Indicis.*

APODOSIS.

*Se pharetra, ſeſe iaculo, ſeſe vtitur arcu.*

## LXXX. MATREÆ BELLVA.

*Inuidia.*

MATREAS planus belluam habere dicebatur, quæ ſe ipſam comederet. *Ath. l. 1.*

APODOSIS.

Symbolum inuidiæ, quæ ſeipſam curis exedit.

*Nec fruitur ſomno vigilantibus excita curis.*
*Sed videt ingratos intabeſcitq; videndo,*
*Succeſſuſque hominum carpitque & carpitur vna.*
*Suppliciumque ſuum eſt.* *Ou. 2. Met.*

LXXXI.

## LXXXI. MONOCEROS IN SINV VIRGINIS.

### Deo infanti.

*Hæc ſola Numen domabile flamma.*

MOnoceros violentum animal amat virginẽ & ea velut eſca, atque illecebra capitur. *Albert. de anima. l. 22.* deſcriptionem vide in hypotypoſibus Cæſar comment. l. 6. Monocerotis meminit: Bos, inquit, Cerui figura, cuius à media fronte inter aures vnum cornu exiſtit excelſius, magiſque directum ijs quæ nobis nota ſunt cornibus. Ab eius ſummo, ſicut palmæ rami latè diffundũtur. *Plin. l.* 8. *c.* 21. *Æl. l.* 16. *c.* 20. vnus tamen Albertus mentionem Virginis facit.

APODOSIS.

Deus antea vltionum, tonans, fulminans, permiſcens mundum, in Virginis ſinu, imo vtero conquieuit, & amore captus eſt. Recte autem cum Monocerote verbum Dei comparatur. Dilectus quemadmodum filius vnicornium, Baſilius per vnicornem intelligit filium Dei. *l. de bened. Patriar. c.* 2. Vnicornis generatio, vt docet Ambroſius à nemine cognoſcitur, & filij Dei generationem quis enarrabit? Vnicornis robur habet in capite, & filius in Patre. Caput Chriſti Deus: cuius fortitudo ſimilis eſt Rhinoceroti, *Exodi* 15. Vnicornis non admittit in antro cohabitatorem: filius Dei ædificauit ſicut vnicornis ſanctificium ſuum in terra, *Pſal.* 77. quam fundauit in ſæcula, hoc eſt in vtero B. V. Vide Didacum *in ſerm. de natiuitate Chriſti.*

## LXXXII. MONOCEROTIS CORNV.

### In Chriſti Baptiſmum.

POMERIVS ex Vincentio narrat quod experientia quoque conſtat, Monocerotis cornu præſentiſſimum

tiſſimũ eſſe aduerſus omnem vim venenorum alexipharmacum. Itaque in Africa, vbi propter infinitam ſerpentum multitudinem, ſæpè contingit pellucidos amniũ liquores veneni tabe infuſcari; Monoceros admirabili quam gerit in cornu virtute aquas expurgat. Huius igitur veſtigia cætera animalia conſectari ſolent, & ad fontem quidem anhela ſiſtere, donec ille intincto cornu labem aquarum eluerit, id vbi ſenſerunt, depoſito ſtatim omni metu ſalutaribus lymphis ſitim reſtinguunt.

A P. Rectè Chriſto baptizato accommodatur, qui dilectus vt filius Vnicornium, ad abluendum noſtrorum ſordes ſcelerum, *omnium fluenta ſanctificauit aquarum*, vt ait Beda.

*Ne flammam timeas, miſcuit iam ſuppetias vnda.*

## LXXXIII. MVLVS ATHENIENSIS.

*Senex emeritus.*

ATHENIENSIS mulus iam vetulus, quamuis immunitate vecturarum donatus eſſet, non laborum tamen, qui per affectam ætatem obiri queunt, ſtudio exolutus eſſe voluit. Nam cum Mineruæ templum Athenienſes ædificarent, is nulla re onuſtus, nullius imperio, ſed ſua ſponte cum adoleſcentibus mulis tanquam ad iter faciendum ſocius, & hortator ibat. Et quemadmodum quiſpiam ſenex artifex, per exactam ætatem quidem iam opere dimiſſus, veruntamen experientia, & ſenili doctrina iuuenes ad laborem exacuens: ſic is vltro citroque commeans, ad opus iumenta incitabat: quod quidẽ ipſum vt Athenienſis populus intellexit, per præconem declarari iuſſit, vt ne à frumento, aut hordeo prohiberetur ſed & expleri, & ſatiari permitteretur, & precium ex ærario peteretur: tanquam in Prytanæo ſportula illi decreta, ſicut athletæ iam ætate confecto. *Ælian. de Anim. l. 6. cap. 49.*

AP.

AP. Senex emeritæ virtutis iuuenum hortator.

Ἵππῳ γηράσκοντι τὰ μείονα κύκλ' ἐπίβαλλε.

## LXXXIV. MVS ALBVS ARMENIVS.

*Caſtitas.*

MVs eſt vili pelliumque mollitie delicatiſſimus; cui ſpurcitia tantæ eſt abominationi, vt limo ante oſtium cauernæ illito capi potius à venatoribus, quam eo fœdari patiatur.

AP. Typus caſtitatis quæ quiduis potius patitur quam contaminetur; ſic generoſiſſimus puer Damocles in balnei labrum feruens maluit ſe conîicere, & cruciabili dolore extingui, quam nefariæ Demetrii regis pudicitiam prodere. Vide Plutarchum.

In Deme. *Summum crede nefas animam præferre pudori,*

Iuuenal. Satyr. 8. *Et propter vitam viuendi perdere cauſſas.*

Hoc ſymbolum vſurpauit Ferdinandus filius Alphonſi regis primi Aragoniæ & Neapolis. Cum muris Armenii icone recte congruit Taxus, cuius abſentis vulpecula foueam occupat, & ſuo fœtore inquinat: quo fit vt ille reuerſus fœditatem non ferens domum inſolenti hoſpiti habitandam relinquat, & ſe voluntario multet exilio. Vide *Camerarij Symbola.*

Taxus.

## LXXXV. MVRES HERACLEÆ.

*Calumniatores authoritate repreſſi.*

QVANTVM eſt cunque murium in Heraclea, quæ in Ponto inſula eſt, Herculem & religioſè colit, & quod Deo cunque dedicatum eſt, tanquam id ei ſacrum gratumque eſſe intelligens & credens, non attingit. Itaque cum vitis (quæ ibi Deo frondeſcit, & ſoli eidem ad religionem conſecrata eſt, cuiuſque racemos Dei adminiſtri ad ſacra ſeruant) vuæ aſſequutæ fuerint maturitatem; tum de inſula mures

decedunt, vt ne ſi remanerent per imprudentiam eas contingant, quas tangi fas non ſit: poſt verò vbi id anni tempus præterierit, ad domeſticam ſedem reuertuntur. Atque hæc quidem Ponticorum murium eſt probitas. *Æl. lib. 6. c. 40. de Ani.*

APODOSIS.

Calumniatores quamuis in omnibus audaces, gloria circumfluentes viros non audent mordere, ne pœnas virulentæ linguæ debitas ſibi irrogari ſentiant.

*Caue Caue thoracem.*

## LXXXVI. MVRES MEGARENSIVM.

*Periculum ab infimo.*

MVRIVM multitudo abegit Megarenſes: Μυῶν πλῆθος ἀπέωσε μεγαρέας Phaſelitas veſpæ fugarunt. Scolopendræ exegerunt Rhetienſes. *Ælian. li. 11. c. 28.* Gymneſiæ miſſis legatis à Populo Rom. opem petierunt, quod ſua ſe terra à lepuſculis expelli dicerent. *Strab. l. 3. in Hiſp. Pl. li. 8. cap. 29.*

APODOSIS.

*Leo quoque aliquando minimarum auium pabulum fit, & ferrum rubigo conſumit. Nihil tam firmum eſt, cui periculum non ſit etiam ab inualido.* *Quint. Curt. l. 7. in Oratione Scyth. ad Alexand.*

## LXXXVII. MVSTELA RVTAM DEVORANS.

*Auſteritas ſalutaris.*

PERNICIOSA bellua muſtela eſt, perniрioſa etiam ſerpens. Quare muſtela cùm ſerpente pugnatura, primum quidem rutam edit, deinde fidenti animo ad pugnandum tanquam armis tecta procedit Cauſa eſt rutæ odor ſerpentibus infeſtus. *Æl. li. 4. de Animal. cap. 14.*

AP. *Hac mihi ſana fames.*

LXXXVIII.

Digitized by Google

## LXXXVIII. ONOCENTAVRA.

*Indoctus & vitioſus.*

Vide Ælian. c. 9. l. 17.

CRATES ex Myſio Pergamo narrat Pythagoram de Onocentaura hæc narrare. Animal eſſe homini ore ſimile, & pilis prolixis faciem eius ambiri, ſimul & collum & pectus, humanam ſpeciem ſimilitudinemque gerere: Mammas quoque turgidas in pectore, humeros, brachia, cubitos, manuſque humanam figuram habere, dorſum, latera, ventrem, poſteriores pedes, aſino perſimiles eſſe; & quemadmodum aſinus, ſic cinereo colore eſt.

### APODOSIS.

Symbolum eſt indoctorum & vitioſorum hominum, qui formam aſininam, humana ſpecie & facie occultant. Sic apud Auianum.

*Exuuias Aſinus Getuli forte Leonis*
*Repperit, & ſpolijs induit ora nouis.*
*Aptauitque ſuis incongrua tegmina membris,*
*Et miſerum tanto preſſit honore caput.*
*Aſt vbi terribilis animo circumſtetit horror,*
*Pigraq; præſumptus venit in oſſa vigor:*
*Mitibus ille feris communia pabula calcans,*
*Turbabat pauidos per ſua rura boues.*
*Ruſticus hunc magna poſtquam deprendit ab aure,*
*Correptum vinclis, verberibuſq; domat.*
*Et ſimul abſtracto denudans corpora tergo,*
*Increpat his miſerum vocibus ille pecus:*
*Forſitan ignotos imutato nomine fallis,*
*At mihi ceu quondam ſemper aſellus eris.*

LXXXIX.

## LXXXIX. OVES ERYCINÆ VENERIS.

*Obedientia.*

SINGVLIS per totum annum diebus tum incolæ, tum peregrini ſacrificant. Ara maxima ſub dio eſt; quæ cùm multa ſubindeſacrificia recipiat, non die tantùm toto, ſed etiam nocte ardet. Et mirum eſt illam ita ſplendere igne, quum nulla ſubſit pruna, non cinis, non vlli titiones, ſed rore ſit plena, & recentibus herbis, quæ ſubinde ſingulis noctibus in ea renaſcuntur. Porrò victimæ de pecorum gregibus ſua ſponte accedunt, & aræ aſtant. Ducit autem illas primum deæ vis, deinde voluntas ſacrificantis. Nam ſi ouem ſacrificare libuerit, en tibi ouis ad aram aſtat, & gutturnium ad ſacrificandi vſum: ſi capram, & hœdum, ſimiliter. *Ælian. l. 10. de Anim. c. 50.*

### APODOSIS.

Figura obedientiæ. Gregorius: *Sola virtus eſt obedientia quæ virtutes cæteras menti inſerit, inſertaſque cuſtodit; obedientia victimis præponitur, quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò voluntas propria mactatur.* *lib. 35. Moral. in Iob. cap. 12.*

*Aſpice lucentes vt eat ſacer agnus ad aras.*

## XC. PANTHERA

*Voluptas.*

ADMIRABILEM quandam & nobis occultam odoris ſuauitatem olet Pardalis; quam bene olendi præſtantiam diuino munere donatam, cùm ſibi propriam planè tenet, tùm verò cætera animalia hanc eius vim præclarè ſentiunt: hæc autem hoc modo venationem capit: cum horum quæ ad victum opus ſunt, eget, ſeſe vel in loca fruticibus denſis conſita, vel folijs veſtita, ita oculcat, vt inuentu difficilis *Ælian. de Animal. lib. 5. c. 40.*

tantum reſpiret: tum hinnuli, dorcades, capræ ſylueſtres atque alia eiuſmodi animalia quædam ſuauis odoris illecebra attrahuntur, & proximè accedunt, illa tum quam mox è latebra exiliens, ad prædam erumpit atque eam comprehendit.

*Ælian. de Animal. l. 5. c. 40.*

AP. Panthera voluptas, odores deliciæ, crudelitas ſub ſpecie ſuauitatis par eſt vtrique. Plut. lib. contra voluptatem, apud Stob. ſer. θηρίον ἐστὶ δουλαγωγὸν ἡδονὴ, ἀλλ' οὐκ ἄγριον. εἰ γὰρ ἦν φανερῶς πολεμοῦσα, ταχέως ἂν ἑάλω. νῦν δὲ καὶ ταύτῃ μισητότερον, ὅτι κλέπτει τὴν ἔχθραν, ὑποδυομένη τὸ σχῆμα τῆς εὐνοίας. *Fera eſt ſibi mancipans homines voluptas, ſed mitis: nam ſi apertè pugnaret, citò caperetur nunc autem etiam ideo inuiſa magis, quod celat inimicitiam induta habitum beneuolentiæ.*

## XCI. PANTHERA ARSACOÆ.

*Voluptatis tenax memoria.*

*Phil. a. 1. l. 2. in vita Apoll.*

PANTHERAE odoribus maximè delectantur, iiſdemq; à venatoribus capiuntur, captam vnam Apollonij tempore refert Philoſt. quæ torquem aureum geſtabat in collo, cum inſcriptione, βασιλεὺς Ἀρσάκης θεῷ Νυσαίῳ. Et ea quidem aliquo tempore cicurata poſtquam ſtimulos Veneris ſenſit relicta regia fugit in montem.

A P. Sic homines voluptuarij, etſi manſuetioris vitæ genus videantur ingreſſi, quamprimum lenocinantis dominæ auras hauſerunt, euolant.

*Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem*
*Teſta diu.*

## XCII. PANTHERÆ AMOR.

*Amici improbi*, vel *Amor cæcus vitiorum.*

*Solinus.*

PANTHERA diuinam hominis effigiem deteſtatur, & oblatam lacerat, ſtercus verò amat, & auidè comedit.

Ap. Amicorum eſt improborum odiſſe virtutes, vitia in amicis diligere, iiſdemque quaſi Pantheras ſtercoribus inhiare. Ait Baſilius τῶν φαύλων. τὰς μὲν τοῦ βίου λαμπρότητας καὶ τὰ μεγέθη τῶν κατορθουμένων οὐδὲ προσβλέπουσι, τοῖς δὲ σαθροῖς ἐπιπηδῶσι. *Vitæ quidem claritatem & magnitudinem rerum geſtarum nullo modo aſpiciunt, at ſordibus inſiſtunt.*

## XCIII. PANTHERÆ ET HYÆNÆ ODIVM.

*Odium immortale.*

HYÆNÆ præcipue Pantheris terrori eſſe traduntur, vt ne conentur quidē reſiſtere & aliquid de corio earum habentem non appeti: mirumq; dictu ſi pelles contrariæ vtriuſque ſuſpendantur, decidere pilos Pantheræ. *Pl.l.28.c.8.*

Ap. Odij immortalitas in morte. tale fuit Cadmæorum fratrum diſſidium, tale bellum quod ἄσπονδον καὶ ἀκήρυκτον appellat Baſilius ad Athanaſium.

## XCIV. PECORA INDIÆ MELLEO SVCCO SAGINATA.

*Inſtitutio bona.*

IN India, maximè in Praſiorum regione, liquido melle pluit, quod in herbas ac paluſtrium arundinum comas decidens, mirificas paſtiones ouillo, & bubulo pecori præſtat, quod quidem ipſum à paſtoribus, eò vbi dulcis plus roris de cœlo delapſum eſt, agitur: & ſic illis paſtionibus tanquam epulis iucundè accipitur: paſtoreſque viciſſim ſuaui epulo compenſat. Nam ex pecore illi ſuauiſſimum lac exprimunt. *Ælian. lib. 15. cap. 7.*

Ap. Typus eſt bonæ inſtitutionis, quæ inſtar cœleſtis mellis in animos adoleſcentum infunditur, ex qua deinde χρυσοῦν γάλα virtutis, & eruditionis aureos fructus pariunt.

*Calpurn. Eclog. 4.*

*Aſpicis vt teneros ſubtus vigor excitet agnos,*
*Vtque ſuperfuſo magis vbera lacte grauentur?*
*Et nuper tonſis exundent vellera fœtis?*
*Hoc ego iam memini ſemel hac in valle notaui,*
*Et veniſſe Palem pecoris dixiſſe Magiſtros.*

---

## XCV. PECORA PONTICA AD ABSYNTHIVM.

### *Conſuetudinis vis.*

*Vid. Plin. l. 24. c. 9.*

PONTICA pecora ferunt abſynthio paſci, vt pulchriora pinguioraque reddantur.

APODOSIS.

*l. de Ioſeph. edit. Col. Allob. pag. 420.*

Tanta eſt vis conſuetudinis, vt noxia ipſa in bonum conuertat. Philo Iudæus. δεινὸν γὰρ ἔθος καὶ ἐξομοιῶσαι καὶ βιάσασθαι πρὸς φύσιν. Facile conſuetudo abit in naturæ ſimilitudinē. Eudemus conſuetudine venenorum adeo ſibi callum obduxerat, vt cum Elleborum biberet non purgaretur: itaq; & viginti duas aliquando potiones vno die ſumpſiſſe ſe retulit, cum in foro apud merces ſederet, nec ſurrexiſſe prius quam eſſet meridies: tunc vero domo petita balneum ingreſſum, cœnatumq; more ſolito, nec quicquam euomuiſſe.

*Theophr. lib. 9. de hiſt. plant. c. 18.*

---

## XCVI. PIGRITIA ANIMAL.

### *Pigritia.*

VALDE etiam inuſitata, & effigie, & natura, eſt animal, quod ab re ipſa Luſitani pigritiam appellant: Cerigonum ferè magnitudine, ſed roſtro fœdiore ad aſpectum, & vnguibus ad digitorum ſimilitudinem prominentibus: huic ex occipitio exiſtens coma ceruicem velat, lentoq; ipſa ventris adipe verrit humum, neque vnquam in pedes exſurgit. Denique tam tardè mouetur, vt quindecim ipſis diebus ad

lapi-

lapidis iactum continuo tractu vix prodeat. Victitat arborum folijs, & in earum cacuminibus degit plerumque: quarum in aſcenſu, biduum circiter, tantumdem in deſcenſu ponit. Neque verò adhortationibus tantùm, aut minis, ſed ne plagis quidem, fuſtibuſvè, vel tantillum de inſita ignauia, ac tarditate dimoueas. *Maff. hiſt. l. 11. 16. p. 46*

Ap. Tipus pigritiæ.

Οὐκ ἂν δύναιο μὴ καμὼν εὐδαιμονεῖν. *Euripides.*

---

## XCVII. SCORTI ANIMALIS CONSECRATIO.

*Luxuriæ odium.*

SCORTVM, quod Ariſtogitonis & Harmodij conſilia de tyrannicidio celarat, vſque ad mortem excruciatum, Athenienſes ſtatua conſecrarunt: ſed ei honorem habere volentes, nec tamen ſcortum celebraſſe, animal nominis eius fecere, atque vt intelligeretur cauſa in honoris opere linguam addi ab artifice vetuerunt. *Plin. natur. hiſtor. l. 34. cap. 8.*

Ap. Animal Scortum dedicare Athenienſes quam meretricem maluerunt. Ita impudica muliere nihil turpius aut contemptius. *Nulla non melior fera eſt.* *Seneca in Hercule Oetæo*

---

## XCVIII. SIMIA.

*Calliditas alieno periculo ſibi commodum quærens.*

ALEBATVR in aula Iulij II. Simia, quæ caſtaneas prunis cineribus obtectas arrepto felis quæ tum forte aderat pede extraxit, & potita eſt. *Maiol. colloq. 7.*

APODOSIS.

Parabola eſt omnium ſermone celebrata in callidos, qui dum ſuis commodis ſtudent impenſius, alienos quibuſcunque periculis obijciunt, & bona ægrè per miſerorum labores parta deprædantur, nullo eorum commodo qui cum multo ſudore quæſierunt: hoc eſt quod dicunt, Ἀκονιτὶ στεφανοῦσθαι.

## XCIX. SIMIA CAPTA PER VINVM.

*Ebrietas damnoſa.*

*Athen. l.* 10. INDI Simias venantur, & coruos; illas vino ebrias, hoc, œnanthis herbæ eſu.

APODOSIS.

Scurriles, & voluptuarij homines ebrietate capiuntur, ſæpeque vita, & fortunis cum dedecore ſpoliantur: πολλάκις ἐν οἴνῳ κύμασίν τις ναυαγεῖ, in vini fluctibus, vt ait vetus adagium, rei familiaris, & famæ, & virtutum, & vitæ, quod grauius eſt, naufragium faciunt.

## C. SIMIA NVTRIX.

*Imitatio periculoſa.*

*Ælian. l.* 7. *c.* 21. *de animal.* CVM cæteris in rebus omnium beſtiarum Simia peruerſiſſima eſt, tum peruerſior in ijs, in quibus hominem imitari conatur. Cum enim nutricem ex eminenti loco perſpexiſſet, puerum infantem in pelui lauare, & faſcias primum ſoluere, deinde è balneo ijſdem denuò inuoluere: atque quo reliquiſſet loco puerum obſeruaſſet, ſimul & circa eum ipſum à cuſtodibus magnam introſpexiſſet ſolitudinem, feneſtella, quæ tum pateret in domum, intrauit ad puerũ: quem ſimiliter vt factitari à nutrice viderat, ex lectulo ſublatum integumentis nudauit, & aquam, ſuccenſis carbonibus caleſcentem, in miſerum infantem infudit, atque interfecit.

APODOSIS.

Cadit in eos qui praua imitatione rem totam deprauant, & in vltimum diſcrimen adducunt, vel qui ſummam peſtem important ijs, quos ſe ſuis afficere putant beneficijs.

*Maleficium eſt hoc beneficium.*



Digitized by Google

## CI. SIMIÆ INDICÆ DENS ADORATVS.

*Veneratio ridicula*, vel *Scurrarum amor.* Hiſtor. Sim.

IN inſula Zeilam indigenæ vt numen Simiæ dentem etiam noſtro ſæculo coluerunt, qui cum ad Luſitanorum manus ex præda peruenifſet, Rex Peguenſis redemptionis nomine obtulit cēties mille aureos.

APODOSIS.

Quid aliud quam Simiæ dentem colunt qui ſcurrarum quiſquilias tantopere amplectuntur? Sunt enim illi veteres Simiæ; hoc eſt, dæmonis dentes qui fortiorum virorum famam vt alijs ſe commendent de meliore nota mordicus appetunt & peſſimè lacerant, ſed tamen quod ait Plutarch. principes viri his aliquando ſcurris vt Hercules Simijs delectantur: vnde Ἡρακλῆς κέρκωπας, *de diſcernend. adulat. ab amic.*

## CII. SIMIÆ PARDALIS INSVLTANTES.

*Patientia fortium.*

IN Mauritania pardalis, cum robore & viribus præſtet, non tamen ijs Simias aggreditur: cauſa eſt, quoniam Simiæ non ſe opponunt ei, ſed in fugam ſe conferentes in arbores altas aſcendunt, & illius impetum declinantes illic conſidunt. Verumtamen pardalis ad hanc rationem Simia doloſior, inſidias molitur, & dolos nectit. vbi enim Simiarum multitudo manet, eò profecta ad terram ſe ſub arbore abijcit, & iacet tanquam ventre inflata, tibijs reſolutis, oculos claudit, & ſpiritu compreſſo ſeſe ab anhelando continet, denique mortua videtur. Illæ verò hoſtem ex alto deſpicientes, mortuam ſuſpicantur, & facillimè credunt id quod vehementer exoptant, nondum tamen deſcen-



Digitized by Google

dere audent: at experimenti cauſa vnam ex ipſis, quã audaciorem putant, ad examinandum Pardalis affectum præmittunt. hæc quidem non omnino ſibi præfidens deſcendit: ſed timidè & pedetentim primo decurrit, poſt metu repreſſa reuertitur. tum verò iterum deſcendit, & cum proximè ad Pardalim acceſſit, regreditur rurſus, tum tertio deſcendit, & illius oculos ſpeculatur, ſpiritum ducat, néene periclitatur. Illa autẽ immotam ſe fortiſſimè præſtans, paulatim huic animos addit, & iam cum hanc conſtanter permanere circa illam ſine damno, ſublimiores ex ſuperiori loco Simiæ ſpeculantur, fiduciam & ſpiritum colligentes, ex arboribus frequentiſſimæ deſcendunt, & circum eam concurſantes, ſaltant: ſimul & ſupra ipſam gradientes inſultant, & in illius contumeliam ſaltationem Simijs conuenientem ſaltantes, multifariam ei illudunt, & gaudium quod de hac ipſa tanquam mortua immortaliter pergaudent, teſtantur. illa autem omnia ſuſtinens ſimul ac illas inſultando & illudendo defatigatas eſſe intelligit, ex inopinato exiliens; earum partem vnguibus lacerat, partem diſtrahit, atque opimum & adipale ex hoſtibus prandium ſibi abundè comparat.

Æl. de ani. l.5.c.54.

APODOSIS.

Fortes etſi diſſimulant aliquo tempore, indigna patientes, maturè tamen de improbis pœnas ſumunt. τλημόνως ἔχουσι ϗ καρτερῶς ϗ γενικῶς, ſecundum illud Vlyſſis, τέτλαθι δὴ κραδίη. Perfer anime. Νοῦν ἔχειν ϗ τολμᾶν. hæc (inquit Polybius) ad res magnas gerendas via compendiaria.

## CIII. SIMIA AD SPECVLVM.

*Amor ſui.*

Æl. l.17. de anim. c.25.

SIMIÆ obiectis ſpeculis capiuntur à venatoribus, quæ ſuæ formæ aſpectu delinitæ tandiu aſpiciunt, donec hebeſcant oculi, & cæcutientes faciliorem ſui capturam faciant.



Digitized by Google

AR. Amor ſui pernicioſus per Simiam quæ ſe & ſuos admiratur, innoteſcit. de ead. Syneſ. epiſtol. 1. τὰς πιθήκους καὶ φασιν, ἐπειδὰν τέκωσιν, ὥσπερ ἀγάλμασι ἐνατενίζειν τοῖς βρέφεσιν ἀγαμένας τοῦ κάλλους. Simias aiunt cum pepererint, tanquam ſtatuas defixis oculis fœtus intueri, pulchritudinem admirantes. *Tua te fallit imago.*

## CIV. SIMIÆ AD VISCVM CAECVTIENTES.

*Fidei amiſſio periculoſa.*

SIMIAS in India venatores ſic capiunt. cum eas in arbore conſediſſe viderint, peluim aqua plenam in conſpectu ponunt, oculos ſibi ex ea abluentes: poſtea viſco pro aqua poſito abeunt, atque eminus inſidiantur: vbi animal ex arbore deſcenderit, & ſeſe viſco illeuerit, & conniuenti palpebræ cohæſerint, accedentes viuum capiunt. culeos item in braccharum morem induunt venatores, & abeunt, alijs relictis villoſis & viſco illitis, quos cum induerint Simiæ capiuntur. *Strab. L. 15.*

AR. Hæc eſt ars dæmonis, vt quo nos in malorum voraginem præcipitet, fidei primum & rationis lumen extinguat. Theodoret. ὅπερ καὶ ὁ ὀφθαλμὸς ἐν σώματι, τοῦτ᾽ ἄρα πίστις ἐν διανοίᾳ. *Orat. de fide.*

*Quod eſt oculus in corpore, hoc eſt fides in mente.*

## CV. SIMIARVM INDICARVM PIPER.

*Bona parta ſine labore.*

APVD Indos piperis ſunt arbores, quas Simiæ tanquam agricolæ colunt: vbi verò colligendū eſt piper, accedunt ad arbores Indi, & areas ſub arboribus deſignant, in quas piper, ceu rem neglectam, & ab hominibus contemptam conijciant. Simiæ interim quaſi è ſpecula omnia proſpiciunt, & noctu gra-

tiſſimum hominibus ludum ineunt, auulſos enim ramuſculos arborum in areas deſignatas congerunt, mane viri aſportant bona quæ dormiendo compararunt.

*Phil. l. 3. in vita Apoll.*

AP. Cadit in eos, quibus quæ ad victum, cultumq; pertinent, virgula, quod aiunt, diuina ſuppeditari videntur. *Cic. lib. 1. offic.* vel in eos qui ſudant multum, & nullum ex ſuis laboribus fructum capiunt.

*Sic vos non vobis.*

## CVI. SPHINX AVGVSTI.

*Arcana principum.*

*Sueton. in Auguſto.*

AVGVSTVS ille Cæſar omnium Imperatorum prudentiſſimus literas Sphingis effigie primum ſignabat, donec cauillantibus nonnullis, quod ænigmata ſcribere non epiſtolas diceretur, Alexandri imagine ſuos poſtmodum codicillos inſigniuit.

AP. Tecta eſſe oportent Principum conſilia. Nam Ægyptij, opinor, ei ex legum conſtitutis linguam præcidunt, qui Regis arcana diuulgarit. Vide Diodor. Sicul. lib. 1.

Ἀκόλαστον ἔχε γλῶσσαν αἴσχιστον νόσον.

## CVII. SPHINGES ÆGYPTIÆ.

*Literarum ſacrarum difficultas.*

*Plut. in Iſid. & Oſirid. p. 431. ed. He. Step. Strab. l. 17.*

ÆGYPTII in omnium templorum liminibus ſphinges collocant.

AP. Literarum diuinarum magna & multa ſunt inuolucra. Innocentius III. *Tanta eſt enim ſcripturæ profunditas, vt non ſolum ſimplices & illiterati, ſed etiam prudentes & docti non plenè ſufficiant ad illius intelligentiam indagandam.* Syneſius aliam affert rationem, cur Sphinges in templorum liminibus collocentur, διὰ τὸ ἔννουν καὶ ἄλκιμον, vt diſcāt principes prudentiam eſſe cū robore coniungendā, etenim Sphinx τῆς συνδυασμοῦ τῶν ἀγαθῶν ἱερὸν σύμβολον, τῇ μὲν ἰσχὺν, θηρίον, τῇ δὲ φρόνησιν, ἄνθρωπος.

*l. de Prou. p. 104.*

Com-

*Combinationis bonorum Sphinx ſacrum eſt ſymbolum, ζaboreſera, homo prudentia.*

---

## CVIII. TAMENDOÆ.

*Sophiſtæ*, vel *Hæretici*.

MIRANDVM eſt animantium genus, quas Tamendoas vocant Braſilienſes, veruecis altitudine, colore fuſco, prælongo ac tenui rictu, neq; eo ad malas diducto, ſed modicè ad imum inciſo. Vnguibus inſtructa eſt quadrupes mirè longis, latiſq; nimirum ad victum facilius comparandum. Namq; formicis alitur, quarum latebras vbi crebro vnguium iniectu, ac foſſione detexerit, illicò exertam triũ fermè dodrantium linguam immittit exilem, operamq; formicis repentè contrahit, glutitque deceptas. huic vti ſciuro valdè promiſſa eſt, & ſetoſa cauda, ſub ea quippè ita ſe condit, vt nihil ex reliquo corpore prorſus appareat. *Maff. hiſt. Indic. lib. 2. pag. 46.*

PR. Sophiſtæ, & falſi oratores perbenè hac tabella deſignantur, qui ſubdolæ naturæ vmbraculis tecti, rapacibus vnguibus inſtructi, lingua exili, & fallaci prædiri, eandem plebeculam, quaſi formicas, venantur, capiunt, & deglutiunt.

*Ab hac ſcabie tenemus vngues.*

---

## CIX. SVS SALAMINENSIVM.

*Calumniatores puniti.*

IN Salamine ſi ſus herbeſcentem ſegetem fuerit depaſtus, eius dentes lata Salaminenſium lege exſcinduntur: χλωροῦ σίτου καὶ ληΐου κομῶντος ἐὰν σῦς πεσοῦσα ἀποκείρῃ, νόμος ἐστὶ Σαλαμινίων τοὺς ὀδόντας ἐκτρίβειν αὐτοῦ. *Ælian. de Anim. lib. 5. cap. 45.*

APODOSIS.

Rectè de calumniatore florentis hominis famam arrodente, fortiterque repreſſo dicetur.

*Herba genuinum fregit in illa.*

CX.

## CX. TARANDVS.

*Inconſtantia.*

TARANDVS fera eſt apud Gelonos bouis magnitudine, capite ceruino, admirandæ admodum & ſingularis naturæ, ſiquidem ad omnes locorum & fruticum apparentias ſetarum colores, quibus corpus hirtum conueſtitumq; habet, permutat. Ariſtoteles, περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. λέγεται δὲ τὸν μεταβάλλειν τὰς χρόας τῶν τριχῶν καθ' ὃν καὶ τόπον ᾖ. hæc eadem Philo.

*L. de temul. ad Cal. Al. lib. 2.c.4.*

Ap. Inconſtantis & verſatilis ingenij typus, ad omnes rerum, locorum, temporum rationes ſe mira dexteritate fingentis.

Ἀνὴρ πολίτης ποικίλοις ὢν τὸν τρόπον.

## CXI. TIGRES BRASILIÆ.

*Gula ignauiæ genitrix.*

IN Braſilia, magna vis Tigrium eſt, quæ famelicæ, horribili velocitate ſunt, viribuſque tremendis: eædem paſtæ, quod mirere, tanta ignauia dicuntur eſſe, vt à gregarijs etiam canibus confeſtim in fugam agantur.

*Maff. hiſt. indic. l. 2.*

APODOSIS.

Cibi, potuſque ſatietas, etiam nauos antea homines hebetat.

——Κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

Ψυχὴ κάθυγρος ταῖς ἐκ τοῦ οἴνου ἀναθυμιάσεσι, καὶ νεφέλαις ἴκελον σωματοποιουμένη Nihil poterat dici efficacius Animam per ſaginam in corporis naturam degenerare.

*Clemens Alexand. in Padag.*

## CXII. TIGRIS AD TYMPANA.

*Improbi ſuauitate orationis efferati.*

TIGRIDEM ferunt ad tympanorum ſonum efferari, ſeipſam dilaniare.

*Plut. de ſuperſt. 289.*

Ap.

Digitized by Google

A. Improbi, tantum abeſt, vt ſapientis oratione quaſi muſica actione deliniti mulceantur, quin magis efferantur; tales erant Phariſæi, quos ad malitiam obfirmatos ſuauiſſima Chriſti oratio cicurare, & ad humanitatem inflectere non poterat.

*Intempeſta cano: citius me Tigris abactis* | Stat. in
*Fœtibus, orbatiue velint audire Leones.* | Glauc.
*Proh furor, vſque adeo tela exſaturauimus! artus* | Idem Theb.
*Dilacerant, nonne Hyrcanis bellare putatis* | baid. lib. 9.
*Tigribus, & ſæuos Libya contraire Leones.*

## CXIII. TIGRIS NASCENS.

*Pietas ab ipſo vitæ exordio.* | Philoſt. lib.

TIGRIS cum primum naſcitur priores pedes verſus Solem Orientem attollit, quo fit opinor vt Indi Tigrium ὀσφύας epulentur, cæteras partes non attingant. | 11. c. 12. p. 8.

APODOSIS.

Simili prorſus ratione ſancti viri, vix dum nati aſſurgunt ad lucem Dei,

*Paruos non aquilis fas eſt educere fœtus,*
*Ante fidem ſolis iudiciumque poli.*

Magna pars virtutis eſt bene naſci: Dij immortales, inquit Seneca, nullam diditere virtutem, cum omni editi, & *pars naturæ eorum eſt eſſe bonos.* Ita quidam ex hominibus egregiam ſortiti indolem, in ea quæ tradi ſolent perueniunt ſine longo magiſterio, & honeſta complectuntur cum primum audierunt. | Indolis bonæ epiſt. 9.

## CXIV. TIGRIS VITREO SPECVLO DELVSA.

*Fallit imago ſui.*

D. Ambroſius refert, Tigres orbas à venatoribus inſigni artificio deludi: quippe vitreas ſphæras inſequentibus catulorum matribus obijciunt, quas illæ intuentes, imagine, quam ipſæ reddunt, ita deci- | Lib. 6. Hexam. cap. 4.

piunt

piuntur. Nam catulos ſubeſſe putant, quod & ipſa ſphæra moueatur, ceu viuum animal ſe continens; ſed cum tandem pedibus ſphæram Tigris confregit, vt catulo potiri queat, deluſa, pergit inſequi. Illi alias ſubinde ſphæras obijciunt, eluduntq; feram, donec tuto ad vrbes vel naues euadant. *Extat pictura apud Camerarium.*

Ap. Laborat hæc vita opinionibus quæ nos ſæpiſſime hiantes eludunt dum ſe cum ſint re ipſa inanes vmbræ, pro rebus obijciunt. Ex quo multum menti, multum virtutum profectui nocent. Nam quod rectè à Serapione dictum refert Paulus Meliſſa, *vt oculus perturbatus, ſic animus opinionibus, quæ naturam excedunt, deluſa, veritatis lucem intueri non poteſt.* Quam ſæpe egregia ſpe iuuenis ad virtutis apicem contenderet, niſi opinione & amore ſui quaſi peſtilenti quodam ſidere afflatus impediretur.

*Vitreæ tardatur imagine formæ.*

## CXV. VRSÆ ΦΙΛΟΣΤΟΡΓΙΑ.

*Amor paternus.*

Vrsa hac calliditate pollet: ſi inſequentibus vrgetur, eatenus ſuos quoad poteſt catulos propellit. Cum autem eos iam intelligit laſſitudine deficere, & vt comprehendantur, vicinos eſſe, tum alterum dorſo, alterum ore geſtans, in arborem aſcendit. Eorum autem alter vnguibus ad dorſum vrſæ adhæreſcit, alter dentibus eiuſdem retinetur. Vbi verò ex fame laborans taurum inuadit, non omni robore, nec rectà & aperto Marte pugnam committit: ſed obliquo impetu ceruicem appetens, deprimit ac mordet, hic quidem oppreſſus mugit, & denique ſuccumbit: illa verò deuorando expletur.

*Ælian. l. 6. cap. 9.*

Apodosis.

Amor & cura parentum in ſobolem, ὁ φιλόστοργος ἐξήτασιν πάλος ἐστι.

*Themiſt. lib. de moderat. affectuum.*

## CXVI. VRSVS AD ALVEARIA OBTRITVS.

*Voluptas damno empta.*

APES plerumque in Ruſſia ad cauas arbores mellificant. vrſis autem ad rapinam mellis aſſuetis eo modo mortiferæ parantur inſidiæ, vt cum debiliſſimum caput habeant, claua lignea ferreis cuſpidibus circumdata ſuper foramen egredientium apum, ex altiori ramo ſuſpendatur, quæ impatientis viſi caput obterat, vt vita priuatus exigui mellis iacturam reſarciat. *Olaus lib. 18. cap. 14.*

APODOSIS.

*Nocet empta dolore voluptas.*

## CXVII. VRSVS LATENS.

*Humilitas.*

VRSVS hyberno tempore parit, cum peperit latibulis ſe tegit, nam frigoris vim reformidat, & veris aduentum manet: nec ante tres menſes catulos in lucem educit. Cum autem ſe habitu corporis opimo ſentit, hoc enim ipſum morbi loco ducit, latibulum quod Græci φωλεὸν appellant, expetit, vnde affectus quo tempore latendi tenetur φωλεία Græcè nominatur, in antrum non recto motu ſui corporis, ſed ſupino ingreditur, & dorſi ſui tractu repit, venatoribus vt veſtigia ſub obliteret: εἰσέρχεται οὐ βαδίζουσα ἀλλ' ὑπτία, καὶ αὐτῶν ἐπισύρει κατὰ τὰ νῶτα. ibi poſtquam eſt ingreſſa, ſe quieti dans habitum corporis extenuat per quadraginta dies, è quibus quidem 14. (Ariſtotele teſte) immobilis manet, reliquis aliis mouetur: cibo interea per totos quadraginta dies abſtinens, tantum ſolo lingendo dextero pede ſe ſuſtentat: eique inteſtinum eatenus adducitur, vt propemodum cohæreat. *Ælian. lib. 6. cap. 3.*



Digitized by Google

AP. Humilis latet & veſtigia ſuæ gloriæ diligenter occultat, ne qua nauæ gloriæ bonorum prædatrici pateat.

## CXVIII. VVLPES CANIS VOCEM FINGENS.

*Diſſimulatio malitiæ.*

*Olaus lib. 18 cap. 13.* VVLPES ſi quando inciderit in canes, & nullum ſibi videat effugij locum, ſimulato latratu canem effingit, vt imminens mentita voce declinet periculum.

APODOSIS.

Non diſſimiliter faciunt, qui aut religionem, aut vitam, aut vocem ad tempus mentiuntur, mox euitato periculo ad ſuum reuoluuntur ingenium. *Improbus quo ad metuet, omnia eſt promiſſurus, ſimulatque timere deſierit, ſimilis eſt futurus ſui.* *Cic. 2. Philipp. de Antonio.*

## CXIX. VULPES AD ERINACEOS

*Calliditas Veteratorum.*

VVLPES fraudulentum animal inſidias hoc pacto in Erinaceos terrenos molitur, vt cum eos rectos quòd à morſu vulpinum impetum ſpinis prohibent, expugnare non queat, ipſos ſumma cautione oris leuiter & cautè primum euertens, ſupinos conſtituat: deinde, & laniet, & qui antea eſſent formidabiles, excedat, conficiatque: in Ponto ſic Otidas venatur, vt & ſeſe auertens, & caput in terram abijciens; tanquam auis collum, ſic caudam extendat: eæ autem hac inſidiatum inſtructione ſeductæ, ad illam tanquam ad ſuam gregalem accedunt, illa verò ſe vertens nullo negotio capiat Tum verò ſecundum fluuiorum ripas gradiens, paruulos piſciculos callidè excepta, nam caudam in aquam deijcit, in quam ij innantes, denſis pilis comprehenduntur. Quod quidem ipſum vulpes ſentiens, caudam ex aqua remouet, & reperta *Ælian de Animal. lib. 6. c. 24.*

ſe in

ſe in aridum ſubducens, eam excutit, piſciculi excidunt, atque ab ea deuorantur.

AP. Tam frequens eſt imago veteratorũ vulpes, vt nihil explicatione indigeat. Satis eſt quod ἀλωπεκίζειν fraudis in ſe totam officinam recipiat.

*Aſtutam vapido ſeruat ſub pectore vulpem.*

# PARABOLARVM
## HISTORICARVM
## LIBER OCTAVVS.

## *PISCES.*

### 1. PISCIS, IMPERII MARIS
*Symbolum.*

AVGVSTVS, cùm propè Siciliam contra Pompeianos infeliciter pugnaſſet, iniquo animò eam ferebat ignominiam, nec antea recepit animum quam piſcis, vltrò è mari ſaliens ad pedes eius accidit, atq; à vatibus ob eam cauſam reſponſum eſt, Siciliã in eius poteſtate fore. Xenophilinus in Auguſto. Senius quoque lib. 6. Deliadis ſcribit, Athenienſibus in Delo ſacrificantibus lauandis manibus aquam haurientem puerum vrnam demerſiſſe, ac è phiala ſimul cum aqua piſces effudiſſe: Oraculumque ipſis à Deliacis vatibus redditum, maris fore Dominos.

*Vince mari, iam terra tua eſt.*



Digitized by Google

## II. PISCES ANDOCIDIS.

*Oratio index animi.*

Athen. l. 8. p. 341.

ANDOCIDES Cyricenus pictor, quia piſcium erat amantiſſimus, circa ſcyllam, quam depinxerat, multos piſces addidit.

AP. Scriptores ſui ingenij morumq; veſtigia ſcriptis plerumque admiſcent, vt fert vetus prouerbium.

Ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται. Solonis dictum vetus: τὸν λόγον εἴδωλον εἶναι τῶν ἔργων. & mentis etiam imitatur celeritatem, vt ait Philo: ὁ λόγου πλημμύρα συμφέρεται τῇ ὀξυκινήτῳ ταύτῃ διανοίᾳ· ὡς τὰς πτηνὰς παραμείβεται φύσεις: Sermonis exundantia celerrimam mentem & volucrum naturam currendo aſſequitur.

Lib. de ſacrificijs Abelis & Caini.

## III. PISCES GLACIALES.

*Peccatorum ſtupor.*

Athen. l. 8. p. 331.100.

GLACIE concretos piſces quoſdam, nec ſentire, nec moueri, ait Teophraſtus, priuſquam in patinas coniecti elixentur.

AP. Tantus eſt ſtupor improborum, tantus veternoſæ mentis rigor, vt nihil ſentiant, antequam flammas inferorum experiantur. *Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit.* Poterit quoque ad ſtuporem improborum declarandum afferri Caici fluuij papauer, quod præterquam indicium eſt profundi ſoporis, etiam illud habet proprium, vt loco fructuum lapides ferat. Meminit Plut. Iunior in Caico, γεννᾶται δ' ἐν τῷ ποταμῷ μήκων ἔχων ἀντὶ καρποῦ λίθον.

Prou. 18.

Aliud, Papauer lapides ferens.

## IV. PISCIS LVSIÆ.

*Improbi alumni in probo cœtu.*

LVSIAS fluuius cùm pellucidis manet liquoribus

bus, piſces nigerrimos procreat. Ælian. ἔχει μὲν, inquit, λευκότατον ὑδάτων, καὶ ἔστι διειδέστατα, τίκτει δὲ ἰχθῦς μέλανας ἰσχυρῶς. Lib. 10. c. 38.

APODOSIS.

Cadit in malos deſcipulos qui ex optima ſchola proceſſerunt ſua malitia deprauati.

Ὡς οὐδὲν ἡ μάθησις ἂν μὴ νοῦς παρῇ.

Pythagoræ monoſtichon ex Stob. ſermone 3.

---

## V. PISCIS LVNA.

*Gratiæ diuinæ auxilium.*

DEMOSTRATVS vir rei piſcatoriæ peritiſſimus, piſcem quendam eſſe affirmat ſpecie perpulchrū, & appellari Lunam: exigua magnitudine, latâ figurâ, colore cyaneo, pinnis lenibus, quas inter natandum explicat, & ad ſimilitudinem Lunæ ſemicirculum efficit: Accedit quod plena Luna impleatur, & arbores, quibus fuerit appenſus, impleat, eadem decreſcente exſiccetur atque intereat, ac ſi ad plantas admoueris, eaſdem marceſcere faciat, & ſi hunc eundem in fontem ſcaturientem, aut in puteum conieceris, is ad rationem Lunæ, vel euaneſcet, vel implebitur. Ælian. lib. 15. cap. 4.

APODOSIS.

Vt quiſque donum habet diuinæ gratiæ, ita creſcit, & floret. Hac decreſcente turpis, miſerabiliſque diffluit: hac præſente non modo ſe, ſed externa quoque fœcundat: hac abſente, & ipſe mortuus eſt, & alijs perniciem affert. Hoc idem ſymbolo Aſpalathi fruticis declaratur, qui quidem pluribus reperitur locis, ſed non vbiq; eſt odoratus, quam peculiarem vim in eum transfundi ferunt, ex cœleſti arcu deſuper impendente. Hoc notauit Camerarius ex Plinio. Lib. 1. ſymbolorum.



Digitized by Google

Adonim nominant: alij Exocœton, quòd extra mare in arido cubet. Cùm enim eſt tranquilla, & temperata tempeſtas, is tum in ſiccum vndarum impetu prouectus, ad ſaxa ſeſe exponit, ibique libenter, & quietè altum ſomnum capit. Cùm autem alijs animalibus omnibus tanquam fœdere deuinctus eſt, pacemque habet, non ſimiliter cum incolis maris auibus pace coniungitur, ſed & eas perhorret, ac ſi earum quæpiam comparuerit, ſeſe verſat, & tamdiu ſaltatorio quodam facto tripudio ſaltat, dum de ſaxo in vndam deſiliens, ſalutem adeptus fuerit. Cum autem marè & terram amicam habeat, ipſum idcircò Adonin, quemadmodum mea fert opinio, ij appellarunt, qui huiuſmodi nomen ei impoſuerunt: quòd Adonidis, qui Cinyrę regis filius fuit, vitam inſpexerunt, eum ſanè duabus in amore deabus fuiſſe, alteri marinæ, alteri terreſtri fabulantur.

*Ælian. lib. 9. cap. 36.*

Apodosis.

Imago eſt hominis manſueti, & leniſſimus moribus præditi, quem omnes ob innocentiam, & morum ſuauitatem diligunt, niſi fortè quibuſdam improbis, litigioſis, rapacibus ſit inuiſus. Lubet hic admirabile manſuetudinis exemplum in Henrico imperatore ſubijcere, quem meritò quis propter admirabilem morum lenitatem cum Adonide compararit. Contigit, inquit Glaber, vt abbas cuiuſdam monaſterij, honeſtæ poſſeſſionis equum offerret Imperatori: fuerat autem ignorante Abbate militi clam ſublatus, & eidem Abbati pretio venundatus. Imperator donum comiter ſuſcipiens, ſuimet vectioni iumentum mancipauit. Cumque eidem equo inſidens, iter ageret, occurrit miles, à quo ſubreptus fuerat. Hic impudenter aggrediens Imperatorem, Tu Rex (inquit) qui cenſuræ debes tenere totius iuſtitiam, equum modo fraudulenter abreptum cerneris poſſidere. Cui Rex, ſi tuus eſt equus, vt ais,

accipe

accipe illum cum ſeſſore, & educ tecum quouſque tibi fiat ſatis. Hic miles hærere, putans ſe illudi. At Rex compulit eum vt manu iniecta duceret vtrumque in ſuum dominium. *Glaber apud Baron.*

*O mite inuicti Principis ingenium!*

## X. ALPHESTAE, ΑΛΦΗΣΤΑΙ.

*Societas duorum.*

ALPHESTAE piſces ſunt coloris magna ex parte lutei, quibuſdam in partibus purpurei. Eos fama eſt capi binos ſemper, ſic vt ad caudam alter ſequi videatur alterum. *Athen. l. 7. pag. 281.*

Ap. Εἷς ἀνὴρ, οὐδεὶς ἀνήρ. *vnus vir, nullus vir* Nam vt ait Euripides in Heraclidis, *μιᾶς χειρὸς ἀσθενὴς μάχη*, id eſt, *vnius manus inualida pugna eſt.* Duarum robur & valentius & alacrius. Alias Alpheſtæ ſymbola ſunt incontinentiæ: ἀπὸ τοῦ σὺν κατὰ τὴν πυγὴν θατέρῳ τὸν ἕτερον ἀκολουθεῖν, τῶν ἀρχαίων τινὰς τοὺς ἀκρατεῖς, καὶ καταφερεῖς οὕτω καλοῦσιν. *Athen. ibi.*

## XI. ALPHORA.

*Reſurrectionis typus.*

ALPHORA primùm vermis, poſtea in piſcem tranſit, rurſum ſi tabe aliqua conſumatur, is piſcis extra aquam ſe recipit, & collapſa omni carne ad caput vſque & oculos, ſi in aquam remittatur, corpus, quod fuerat abſumptum, carne rurſus veſtitur, velut renouatum, imò potius renatum. Mirum hoc reſtauratum corpus longè viuacius eſſe, quàm ſi incorruptum ſemper fuiſſet. Accedit illi longæuitas, cùm antea breuiſſimæ eſſet vitæ. *Albert. Mag. de Animal. l. 24. in Alphora.*

Ap. Quid aptius in corporis reſurrectionem dici poteſt? qua non modò corpora reſurgent, ſed pulchriora, & omni ex parte beatiora reſurgent. *Nulla erit deformitas, quam facit incongruentia partium: vbi &*

Æl.l.8.c.28 ribus tutus, itaque eiuſdem fiducia confirmati piſces audacter fœtificant, & pariunt. Delphini ipſi eius præſentia exhilarati, tripudiant.

APODOSIS.

Chriſtus ſacer eſt piſcis, cuius præſentia nos ab omni dæmonum vitiorumque immanitate tutos reddit, & huius mortalis vitæ ſedatis tempeſtatibus auream ſerenitatem diffundit, vbi ille diluxit, agitatæ mentis permotiones conticeſcunt.

*Nec trucibus fluuijs idem ſonus, occidit horror*
*Æquoris, & terris maria acclinata quieſcunt.*

---

## XVI. ANTHIAE ET SCARI SOCIETAS.

*Mutuum auxilium.*

VT homines fidi & commilitones veri, perinde piſces inter ſe vlciſcuntur, quos Anthias venationis maritimæ periti nominare ſolent, ſunt autem pelagij: ex his quilibet cum nouerit conuictorem ſocium captum eſſe, celerrimè adnare feſtinat, ac dorſi ſui nixu ad eum adhærèſcit, incurſu impulſuq; pro viribus prohibens captiuum abduci. Scari etiam gregales ſuos optimè vindicant, ac adeuntes funem dentibus conficere conantur, vt ex hoſtibus ſeruent captum, & ſæpe funem concidentes, eum liberauerunt, neque ob id petunt redemptionis præmia: ſæpe Æl.l.1.c.4. vero non aſſequuntur ſocij liberationem, tametſi id quod ſuum erat, promptiſſimè præſtiterunt. Iam verò in naſſam cùm inciderit Scarus; dicunt eum poſteriorem partem ſuam de naſſa eijcere, reliquos verò, qui non ſunt capti, circumnatantes eum morſu corripere, & foras ſocium proferre. Si verò in caput exierit, ipſorum quiſpiam qui foris eſt, caudam ei porrigit, ille comprehenſa cauda ſequitur: hæc illi quidem faciunt, more hominum, qui tametſi libros de amicitia non didicerunt, tamen à natura hauſerunt leges amicitiæ.



Digitized by Google

Ap. Indigni hominum ſocietate, qui homines non iuuant.

*Ἀνὴρ μὴ ἄνδρα, καὶ πόλις σώζει πόλιν.*

*Χεὶρ χεῖρα νίπτει, δάκτυλος δὲ δάκτυλον.*

## XVII. AROTANVS.

*Furtis & iniuria abſtinendum.*

AROTANVS piſcis, quem gignit Arotan fluuius Zeilam, aſtu ſeſe capi permittit, verum capiens mox ipſe febri arripitur, nec deſinit morbus, donec piſcis dimittatur. Nic. Cor. in fin.

APODOSIS.

Fures vbi primùm rem alienam attrectarunt & verterunt in ſuam, cruciabili peccati morbo corripiuntur, a quo liberari non poſſunt, niſi prius aliena, quæ vſurparunt, legitimis poſſeſſoribus reſtituant. D. Auguſtinus in ſermone de decem plagis: *Nemo habet iniuſtum lucrum ſine iuſto damno, verbi gratia, qui furatur acquirit veſtem, ſed perdit fidē. Ibi lucrum, ibi damnum: lucrum in arca, damnum in conſcientia.*

## XVIII. ASELLVS MARINVS.

*Gula.*

ASELLVS marinus cor habet in ventriculo. Ælian. ὄνος θαλάττιος ἐν τῷ γαστρὶ τὴν καρδίαν ἔλαχεν ἔχειν. l. 30. de An. cap. 20.

Ap. Helluones omnes egregiè deſignat, qui aſinina ſunt ignauia, & cor habent in ventriculo, quod omnis eorum cogitatio ſit de ventre aut gula.

*Eſca ventri eſt, venter eſcis,*

*Deus autem & hunc & hanc deſtruet.*

Hæc eſt interpretatio Clementis Alexandrini vbi de Helluone ait, τὸν νοῦν ἐγκατορύξας τῇ κοιλίᾳ τῷ ἰχθύι τῷ καλουμένῳ ὄνῳ τὰ μάλιστα ἐοικώς, ὅν φησιν Ἀριστοτέλης μόνον τῶν ἄλλων ζώων ἐν τῇ γαστρὶ τὴν καρδίαν ἔχειν. Pæd. l. 2.

XIX.

## XIX. ASILVS THYNNORVM VEXATOR IN TRANQUILLO MARI.

*Felicitatis ſpinæ.*

ASILVS piſcis araneæ magnitudine cæterorum piſcium vexator. maxime Thynni & Xiphiæ, Οἱ δὲ θύννοι καὶ ξιφίας οἰστροῦσι περὶ κυνὸς ἐπιτολήν. ἔχουσι γὰρ ἀμφότεροι τηνικαῦτα περὶ τὰ πτερύγια οἷον σκωλήκιον τὸ καλούμενον οἶστρον· ὅμοιον μὲν σκορπίῳ, μέγεθος δὲ ἴσον ἀράχνῃ: ποιοῦσι δὲ ταῦτα πόνον τοιοῦτον, ὥστε ἐξάλλεσθαι ἐνίοτε οὐκ ἔλαττον τὸν ξιφίαν τοῦ δελφῖνος Διὸ καὶ τοῖς πλοίοις πολλάκις ἐμπίπτουσι. Id autem fit etiam poſt Caniculæ exortum flantibus Eteſijs.

*Accius in Bacchis.* Ap. Thynnus aſilos in tranquillo, & omnis felicitas humanarum rerum ſuas experitur ſpinas.

*Splendet ſæpè, at eadem nimbis interdum nigret.*

## XX. ASTOIZ.

*Religio & ſolitudinis amor.*

*Albert. li. 24. in Aſtoiz.* ASTOIZ piſcis in mari degens, & vt reliqua animantia veſcens, cùm ſenuerit, mutata forma, ſumpta terreſtri migrat in perpetuum à mari, terreſtreque factum animal incolit terram, veſcitur terreſtribus nomenque aliud accipit: nam cùm piſcis eſſet, Abides dicebatur. Iam factum terreſtre animal, nuncupatur Aſtoiz.

Ap. Senex qui ex negotioſæ & turbulentæ vitæ fluctu ad portum ſolitudinis appellit. Talis fuit ille ſimilis, cuius Dion meminit in Hadriano, qui cùm à reip. honoribus dimiſſus in agrum, illic ſeptem annos quod fuit reliquum vitæ, in otio & quiete egiſſet, moriens ſepulchro inſcribi iuſſit: *Similis hic iacet, cuius ætas quidem multorum annorum fuit, ſeptem autem duntaxat annis vixit.*



Digitized by Google

## XXI. ATTILVS A CLVPEA.

*Paruus hoſtis non contemnendus.*

ATTILVS in Pado inertia pingueſcens ad mille aliquando libras, catenato captus hamo, nec niſi boum iugis exactus. At qui hunc minimus appellatus Clupea venam quandam eius in faucibus mira cupidine appetens, morſu examinat. *Plin. li. 9. & 15.*

AP. Nullius vires contemnendæ, quippe *habet & pilus vmbram ſuam.* Pub. Syrus. & quæ parua initio putantur late manant incrementis.

*Naſcitur exiguus, ſed opes acquirit eundo,* *Ouidius.*
*Quaq; venit multas accipit amnis aquas.*
*Quem Taurum metuis vitulum mulcere ſolebas,*
*Sub qua nunc recubas arbore, virga fuit.*

---

## XXII. AVRATA PISCIS.

*Diues meticuloſus.*

AVRATA omnium piſcium timidiſſimus eſt. ὁ χρύσοφρυς ἄρα ἰχθύων ἁπάντων δειλότατος. Nam ſub Arcturi tempus, cum maris acceſſus & receſſus maximè fiunt, & eo altius exaggerata arena ad littus relinquitur, vt naues ſæpe ex omnibus aquis nudæ in terra relinquuntur. Tum piſcatores, poſtquam populorum arborum ramos frondibus conueſtitos paxillorum modo in mucronem acutos in arenam defixere, diſcedunt: poſt autem rurſus accedens mare, ſecum imbellem Auratarum multitudinem attrahit. quæ, vbi æſtus reciprocauit, & receſſit, in exigua aqua concauis locis retenta relinquuntur, & verò ramorum metu quieſcunt. Adeo nimirum ramos vento agitatos exhorrent, vt ne loco quidem ſe commouere audeant. Quamobrem primo cuiq; magnum numerum meticuloſorum piſcium capere & ferire licet: Neque modò ab vſu piſcandi inſtructi, ſed etiam totius piſcationis rudes, atque adeo pueri & fœminæ capere poſſunt. *Ælian. l. 13 cap. vlt.*

AP.

Digitized by Google

AP. An ideo metuit, quod aurum ſecum portet? aureo colore ſubrutila?

*Sic timet inſidias qui ſe ſcit ferre viator,*

*Quod timeat: tutum corpus inanis iter;* contra paupertas ἄφυλον χρῆμα.

## XXIII. BALÆNA CVM MVSCVLO

*Rationis ductus.*

BALÆNA, non modo eſt immani corporis vaſtitate, ſed obrutis etiam plerumque graui ſuperciliorum pondere oculis caligat, neſciens quò iter tendere debeat. Tum magna Dei prouidentia muſculum piſcem, qui Balænæ oculus dicitur, ſibi adhibet vitæ comitem, is prænatat, iter dirigit, & infeſtantia magnitudinem vada demonſtrat. *Plin. l. 9. cap. vlt.*

APODOSIS.

Cupiditas immanis & cœca bellua, rationis & mentis oculo per huius vitæ ſalebras dirigenda.

*apud, Stob. ſerm, 16.18* φύσει μὲν γὰρ δυσχαλίνω τὸν ὄρεξις. vt ait Plutarch. Ratio autem & prudentia eſt inſtar illius muſculi, quæ ideò rectè ὄμμα τῆς ψυχῆς, dicitur ab Ariſtotele.

## XXIV. CALLIONYMVS.

*Iracundus.*

CALLIONIMO piſci, ait Ariſtoteles, in dextra iecoris fibra fel ſitum eſt, proportione corporis maximè omnium copioſum: iecur autem ad læuum latus collocatum: ex quo ſymbolum eſt iracundiæ. Menader in Meſſenia. τέθνημ᾽ ἔχων χολὴν σε καλλιωνύμου πλείω. Et Anaxippus in Epidicazomeno, ἐάν με κινῇς κ᾽ ποιήσας τὴν χολὴν ἅπασαν ὥσπερ καλλιωνύμου ζέσαι.

AP. *Difficili bile tumet iecur.*

XXV

# XXV. CANCER.

*Prudentia.*

IN vtraque Nili ripa aſpides latibulis ſe tegunt, & tanquam ædes ſuas homines, ſic hoc flumen omni alio tempore iucundè & ſuauiter accolunt. Cum autem in agros per æſtatem Nilus redundaturus eſt, tũ triginta circiter ante diebus, aquarum copia & Eteſijs ventis impulſæ promotæque, longius à fluuio in loca eminentiora vna cum fœtibus ſuis demigrant: quod quidem munus à natura acceperunt, tanti vt fluminis, tamque operoſi quotannis acceſſionem non modo non ignorent, ſed ab eius etiam damno cauere ſciant. Teſtudines etiam, & Cancri, & Crocodili in loca Nilo inacceſſa id temporis oua tranſferunt. Vnde ij qui oua eorum offendunt, quantum & quatenus Nili rura irrigaturi incrementum ſit futurum, facilè colligunt. *Æl. l. 5. c. 52.*

APOD. Cancri & Crocodili prudentes ſignificant, qui futura multo antequam veniant animo præſagiunt, & ſe ab omni periculo remotos tuentur.

*Qui ſua metitur pondera, ferre poteſt.* *Martial. Epigr. 62.*

---

# XXVI. CAPITO PISCIS.

## Ο ΙΧΘΥΣ ΚΕΦΑΛΟΣ.

*Innocentia.*

CAPITO de piſcium genere eſt, qui in paludibus degunt, continentiſſimus ac in victu temperantiſſimus eſſe creditur. Etenim nullam animantem inuadit, ſed cum omnibus pacem ſeruare ſolet. Si verò in quempiam iacentem inciderit, hunc in ſuum prandium conuertit, non prius tamen attingit, quam cauda mouerit. Si immobilis ſit, hunc prædam ſibi facit, ſi verò moueatur, eo intacto diſcedit. *Æl. l. 1. de anim. c. 3.*

Ar.

cundum oculos, vſque ad medium caput excurren-te: alio autem tanquam monili ſic collum circum-plicante Ælian. Sic Faber piſcis qui Gallus marinus & Ζεὺς & Chriſtopharus nominatur, omnia inſtrumenta fabrilia dicitur in ſeipſo geſtare.

*lib. 11. c. 23.*

*Faber piſcis Vide Geſnerum in Fabro*

AP. Torquetur in vanos ſimulatores, qui ſpecie duntaxat aut boni ſunt aut docti. Citharœdus enim fert citharam, nunquam canit. Vide Martial. epigr.

*Emptis quod libris tibi bibliotheca referta eſt,*
*Doctum, & Grammaticum te Philomuſe putas?*

Iniquum eſt τιταμιεῖον θησαυρὸν ἄγονον καὶ ἀργόν, καὶ ἀκάρπως ἰδόντες σοφίαν ἀπράγμονα, Maximus Tyrius in libello de vita practica.

## XXIX. CONCHAE SENSVS.

*Homo voluptuarius, & animalis.*

*Plin. lib. 9. cap. 30.*

CARENT conchæ viſu, omnique ſenſu alio quàm cibi, & periculi.

AP. Tantus eſt ſtupor voluptuariorum; vt nihil niſi de fuga auſterioris vitæ, & hilarioribus epulis cogitent, ad honeſta quæque & ſurdi, & cæci. Nam vt plurimum.

Παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον.

## XXX. CORDYLVS ΚΟΡΔΥΛΟΣ.

*Vita actiua & contemplatiua.*

*Athen. l. 7.*

CORDYLVS piſcis in terra pariter & aqua degit: ſolet igitur ex alto quaſi ex vmbraculis prodire, in ſolem: in quo periculũ eſt ne radijs ambuſtus, extabeſcat, antequam remeet in mare.

AP. Cauere ſibi debent prudentes religioſi, ne cùm ex cœnobijs, quaſi ad ſolem prodeunt, hominum ſalutem pro virili adiuturi, ipſi periclitentur, & ſecularis amoris labe illiti intereant: ſed diu in otio

medi-

meditentur, quomodo ſe ſalutaribus remedijs aduerſus pericula muniant, ita fiet quod ait Poëta,

*Maior poſt otia virtus.*

## XXXI. CROCODILVS IBIDIS PENNA RETARDATVS.

*Hæreticus egregij alicuius hominis ſcriptis coërcitus.*

COMPERTVM eſt Crocodilum improbiſſimum animal: ſi penna ibidis defiicetur adeò obtorpeſcere & debilitari, vt immobilis reddatur, omnemque priſtinæ rapacitatis violentiam obliuiſcatur. *Horus Niliacus. l. 77.*

AP. Cadit omnino in furioſum hæreticum aut virulentum calumniatorem, quem eruditi, & grauis hominis calamus reſtrinxerit. Talis Pelagium Auguſtinus, talis Iouinianum Hieronymus, talis peſtiferum Arium πέντα θλος Athanaſius, tales Caluinum & Lutherum innumeri doctores Catholici verbo Dei fregerunt.

*Sidereo clypeo, & cœleſt bus armis.*

## XXXII. CROCODILVS AD PALMAM RELIGATVS.

*Crucis victoria.*

AVGVSTVS ille Cæſar Aegypto pacata Crocodilum animal horribile ad palmam arborem catena religatum in nummis cudi voluit. Videtur & hodie nummus cum inſcriptione. *Nemo antea religauit.*

AP. Chriſtus Dominus Ægyptum, hoc eſt, mundum vicit, & exitialem generis noſtri Alaſtorem depreſſit crucis arbore conſtrictum. Auguſtinus ſermo. 137. de tempore: tunc etenim Dominus noſter Ieſus Chriſtus illum tenebrarum mortis principem colligauit, legiones illius perturbauit, portarum inferni ferreos vectes confregit, omnes iuſtos qui ori-



Digitized by Google

*quæ praua ſunt, corrigentur, & quod minus eſt, quàm decet, vnde creator nouit, inde ſupplebitur: & quod plus eſt, quam decet, materiæ integritate ſeruata detrahetur Coloris vero ſuauitas quanta erit, vbi iuſti fulgebunt, ſicut ſol in regno patris ſui.*

*Auguſt. in Enchiridio ad Lauren.*

## XII. ANGVILLA PADI.

*Uana gloria capti.*

*Ælian. c.8. lib.14. de animal.*

IN Eridano Anguillæ maximæ, & omnium pinguiſſimæ naſcuntur, capiunturq; hoc modo. Piſcator ad ſinuoſum locum, vbi latiùs confluens dilatatur, vel in ſaxa ex aqua eminente, vel in arbore radicitus extirpata ſedens, perpinguis inteſtini ouilli recentis tres aut quatuor cubitos longi, alterum caput in aquam deijcit, quod aquæ vorticibus agitatum volutatur: idemque illius alterum extremum manibus tenet, in quod quidem ipſum arundinis fruſtum perinde longum atque gladij capulus, inſertum eſt. Neque verò diu Anguillas eſca latet, gaudent enim hoc inteſtino, & continuò earum prima quæque fame ſtimulata hiante ore atque imminenti hamatos, ac vncinatos dentes in idipſum inteſtinum defigit, atque hoc idem crebra inſultatione detrahere conatur. At piſcator anguillam intelligens ex fluctuatione ad inteſtinum adhæreſcere, arundinem, ad quam alligatum eſt inteſtinum ori ſuo admouet, & quoad poteſt, inteſtinum inflat: quod quidem ipſum deſfluente hominis aſpiratione & impletur, & penitus intumeſcit, & ventus in anguillam illapſus illius fauces implet, atque anhelitum eatenus obſtruit, vt ea non queat neque reſpirare, neque infixos dentes detrahere, quare ſuffocatur, & flatu capta venit in piſcatoris manus.

AP. Vt anguillæ flatu, ſic vanæ gloriæ vento & rumuſculis ſuperbi capiuntur.

*Tanti conſtat ventus.*

XIII.

## XIII. ANGVILLARVM PISCATORES.

*Tumultus amatores.*

ANGVILLA hyemem in exigua aqua non tolerant, nec in turbida: ideo circa vergilias maximè capiuntur fluminibus tùm præcipuè turbidis. *Pl. l. 9. 11.*

APODOSIS *Ariſt. in Equitib.*

Mali ciues turbidis rebus delectantur, in quibus prædantur facilius.

Ὅπερ γὰρ οἱ τὰς ἐγχέλεις θηρώμενοι πέπονθας,
Ὅταν μὲν ἡ λίμνη καταστῇ, λαμβάνουσιν οὐδέν.
Ἐὰν δ᾽ ἄνω τε καὶ κάτω τὸν βόρβορον κυκῶσιν,
Αἵρουσι· καὶ σὺ λαμβάνεις ἢν τὴν πόλιν ταράττῃς.
*Namq́, accidit tibi quod Anguillas qui aucupantur,*
*Vbi quieta ſtat palus. nil piſcium capiunt:*
*Contra ſi ſeorſum, & deorſum lutum mouerint,*
*Capiunt. Ita ipſe capis vbi rempub. inquietas.*

Suidas quoque dixit: Ἐγχέλεις θηρώμενοι τὸν βόρβορον ἀναταράξαντες τῆς θήρας τυγχάνουσι.

## XIV. ANGVILLÆ SOBRIETAS.

*Helluones nocturni, ieiuniíq́; ſimulatores.*

AFFIRMANT qui anguillas alunt, eas noctu voraces eſſe, interdiu verò in cœno pigras, & immotas iacere. *Ath. l. 7. p. 298. 300.*

AP. Cadit in ſimulatores ſobrietatis qui furtim tamen helluantur, vel in popinones nocturnos, qui interdiu dormiunt, hos Hegeſander νυκτιλαθραιοφάγοις eleganti verbo appellauit.

## XV. ANTHIAS PISCIS.

*Chriſti præſentia.*

ANTHIAS piſcis quemcumque locum in mari incolit, is & belluarum eſt expers, & ab vrinato-

Æl.l.8.c.28 ribus tutus, itaque eiuſdem fiducia confirmati piſces audacter fœtificant, & pariunt. Delphini ipſi eius præſentia exhilarati, tripudiant.

Apodosis.

Chriſtus ſacer eſt piſcis, cuius præſentia nos ab omni dæmonum vitiorumque immanitate tutos reddit, & huius mortalis vitæ ſedatis tempeſtatibus auream ſerenitatem diffundit, vbi ille diluxit, agitatæ mentis permotiones conticeſcunt.

*Nec trucibus fluuijs idem ſonus, occidit horror*
*Æquoris, & terris maria acclinata quieſcunt.*

---

## XVI. Anthiae et Scari Societas.

*Mutuum auxilium.*

VT homines fidi & commilitones veri, perinde piſces inter ſe vlciſcuntur, quos Anthias venationis maritimæ periti nominare ſolent, ſunt autem pelagij: ex his quilibet cum nouerit conuictorem ſocium captum eſſe, celerrimè adnare feſtinat, ac dorſi ſui nixu ad eum adhæreſcit, incurſu impulſuq; pro viribus prohibens captiuum abduci. Scari etiam gregales ſuos optimè vindicant, ac adeuntes funem dentibus conficere conantur, vt ex hoſtibus ſeruent captum, & ſæpe funem concidentes, eum liberauerunt, neque ob id petunt redemptionis præmia: ſæpe Æl.l.1.c.4. vero non aſſequuntur ſocij liberationem, tametſi id quod ſuum erat, promptiſſimè præſtiterunt. Iam verò in naſſam cùm inciderit Scarus; dicunt eum poſteriorem partem ſuam de naſſa eijcere, reliquos verò, qui non ſunt capti, circumnatantes eum morſu corripere, & foras ſocium proferre. Si verò in caput exierit, ipſorum quiſpiam qui foris eſt, caudam ei porrigit, ille comprehenſa cauda ſequitur: hæc illi quidem faciunt, more hominum, qui tametſi libros de amicitia non didicerunt, tamen à natura hauſerunt leges amicitiæ.

Apo.

Digitized by Google

AP. Indigni hominum ſocietate, qui homines non iuuant.

Ἀνὴρ μὲν ἄνδρα, καὶ πόλις σώζει πόλιν,
Χεὶρ χεῖρα νίπτει, δάκτυλος δὲ δάκτυλον.

## XVII. AROTANVS.

*Furtis & iniuria abſtinendum.*

AROTANVS piſcis, quem gignit Arotan fluuius Zeilam, aſtu ſeſe capi permittit, verum capiens mox ipſe febri arripitur, nec deſinit morbus, donec piſcis dimittatur. Nic. Cer. in fin.

APODOSIS.

Fures vbi primùm rem alienam attrectarunt & verterunt in ſuam, cruciabili peccati morbo corripiuntur, à quo liberari non poſſunt, niſi prius aliena, quæ vſurparunt, legitimis poſſeſſoribus reſtituant. D. Auguſtinus in ſermone de decem plagis: *Nemo habet iniuſtum lucrum ſine iuſto damno, verbi gratia, qui furatur acquirit veſtem, ſed perdit fidē. Ibi lucrum, ibi damnum: lucrum in arca, damnum in conſcientia.*

## XVIII. ASELLVS MARINVS.

*Gula.*

ASELLVS marinus cor habet in ventriculo. Ælian. ὄνος θαλάττιος ἐν τῷ γαστρὶ τὴν καρδίαν, ἔλαχεν ἔχειν. l. 30. de An. cap. 20.

AP. Helluones omnes egregiè deſignat, qui aſinina ſunt ignauia, & cor habent in ventriculo, quod omnis eorum cogitatio ſit de ventre aut gula.

*Eſca ventri eſt, venter eſcis,*
*Deus autem & hunc & hanc deſtruet.*

Hæc eſt interpretatio Clementis Alexandrini vbi de Helluone ait, τὸν νοῦν ἐγκατορύξας τῇ κοιλίᾳ τῷ ἰχθύϊ τῷ καλουμένῳ ὄνῳ τὰ μάλιστα ἐοικώς, ὅν δή φησιν Ἀριστοτέλης μόνον τῶν ἄλλων ζῴων ἐν τῇ γαστρὶ τὴν καρδίαν ἔχειν. Pæd. l. 2.

XIX.

Digitized by Google

## XIX. ASILVS THYNNORVM VEXATOR IN TRANquillo mari.

*Felicitatis ſpinæ.*

ASILVS piſcis araneæ magnitudine cæterorum piſcium vexator. maxime Thynni & Xiphiæ, Οἱ δὲ θύννοι καὶ ξιφίας οἰστροῦσι περὶ κυνὸς ἐπιτολήν. ἔχουσι γὰρ ἀμφότεροι τηνικαῦτα περὶ τὰ πτερύγια οἷον σκωλήκιον τὸ καλούμενον οἶστρον· ὅμοιον μὲν σκορπίῳ, μέγεθος δὲ ἴσον ἀράχνῃ: ποιοῦσι δὲ ταῦτα πόνον τοιοῦτον, ὥστε ἐξάλλεσθαι ἐνίοτε οὐκ ἔλαττον τὸν ξιφίαν τοῦ δελφῖνος Διὸ καὶ τοῖς πλοίοις πολλάκις ἐμπίπτουσι. Id autem fit etiam poſt Caniculæ exortum flantibus Eteſijs.

*Accius in Bacchis.* AP. Thynnus aſilos in tranquillo, & omnis felicitas humanarum rerum ſuas experitur ſpinas.

*Splendet ſæpè, at eadem nimbis interdum nigret.*

## XX. ASTOIZ.

*Religio & ſolitudinis amor.*

*Albert. li. 24. in Aſtoiz.* ASTOIZ piſcis in mari degens, & vt reliqua animantia veſcens, cùm ſenuerit, mutata forma, ſumpta terreſtri migrat in perpetuum à mari, terreſtreque factum animal incolit terram, veſcitur terreſtribus nomenque aliud accipit: nam cùm piſcis eſſet, Abides dicebatur. Iam factum terreſtre animal, nuncupatur Aſtoiz.

AP. Senex qui ex negotioſæ & turbulentæ vitæ fluctu ad portum ſolitudinis appellit. Talis fuit ille ſimilis, cuius Dion meminit in Hadriano, qui cùm à reip. honoribus dimiſſus in agrum, illic ſeptem annos quod fuit reliquum vitæ, in otio & quiete egiſſet, moriens ſepulchro inſcribi iuſſit: *Similis hic iacet, cuius ætas quidem multorum annorum fuit, ſeptem autem duntaxat annis vixit.*

XXI.

## XXI. ATTILVS A CLVPEA.

*Paruus hoſtis non contemnendus.*

ATTILVS in Pado inertia pingueſcens ad mille aliquando libras, catenato captus hamo, nec niſi boum iugis exactus. Atqui hunc minimus appellatus Clupea, venam quandam eius in faucibus mira cupidine appetens, morſu examinat. *Plin. li. 9. & 15.*

AP. Nullius vires contemnendæ, quippe *habet & pilus vmbram ſuam.* Pub. Syrus. & quæ parua initio putantur late manant incrementis.

*Naſcitur exiguus, ſed opes acquirit eundo,* *Ouidius.*
*Quaq; venit multas accipit amnis aquas.*
*Quem Tauri in metum vitulum mulcere ſolebas,*
*Sub qua nunc recubas arbore, virga fuit.*

---

## XXII. AVRATA PISCIS.

*Diues meticuloſus.*

AVRATA omnium piſcium timidiſſimus eſt. ὁ χρύσοφρυς ἄρα ἰχθύων ἁπάντων δειλότατος. Nam ſub Arcturi tempus, cum maris acceſſus & receſſus maximè fiunt, & eo altius exaggerata arena ad littus relinquitur, vt naues ſæpe ex omnibus aquis nudæ in terra relinquuntur. Tum piſcatores, poſtquam populorum arborum ramos frondibus conueſtitos paxillorum modo in mucronem acutos in arenam defixere, diſcedunt: poſt autem rurſus accedens mare, ſecum imbellem Auratarum multitudinem attrahit. quæ, vbi æſtus reciprocauit, & receſſit, in exigua aqua concauis locis retenta relinquuntur, & verò ramorum metu quieſcunt. Adeo nimirum ramos vento agitatos exhorrent, vt ne loco quidem ſe commouere audeant. Quamobrem primo cuiq; magnum numerum meticuloſorum piſcium capere & ferire licet: Neque modò ab vſu piſcandi inſtructi, ſed etiam totius piſcationis rudes, atque adeo pueri & fœminæ capere poſſunt. *Ælian. l. 13 cap. vlt.*

AP.

Digitized by Google

AP. An ideo metuit, quod aurum ſecum portet? aureo colore ſubrutila?

*Sic timet inſidias qui ſe ſcit ferre viator,*

*Quod timeat: tutum corpus inanis iter;* contra paupertas ἄσυλον χρῆμα.

## XXIII. BALÆNA CVM MVSCVLO

*Rationis ductus.*

BALÆNA, non modo eſt immani corporis vaſtitate, ſed obrutis etiam plerumque graui ſuperciliorum pondere oculis caligat, neſciens quò iter tendere debeat. Tum magna Dei prouidentia muſculum piſcem, qui Balænæ oculus dicitur, ſibi adhibet vitæ comitem, is prænatat, iter dirigit, & infeſtantia magnitudinem vada demonſtrat. *Plin. l. 9. cap. vlt.*

APODOSIS.

Cupiditas immanis & cœca bellua, rationis & mentis oculo per huius vitæ ſalebras dirigenda.

*apud, Stob. ſerm, 16.18* φύσει μὲν γὰρ δυσχάλινον τὸν ὄρεξις. vt ait Plutarch. Ratio autem & prudentia eſt inſtar illius muſculi, quæ ideò rectè ὄμμα τῆς ψυχῆς, dicitur ab Ariſtotele.

## XXIV. CALLIONYMVS.

*Iracundus.*

CALLIONIMO piſci, ait Ariſtoteles, in dextra iecoris fibra fel ſitum eſt, proportione corporis maximè omnium copioſum: iecur autem ad læuum latus collocatum: ex quo ſymbolum eſt iracundiæ. Menader in Meſſenia. τέθνηκ᾽ ἔχειν χολὴν σε καλλιωνύμου πλείω. Et Anaxippus in Epidicazomeno, ἐάν με κινήσῃς, ποιήσεις τὴν χολὴν ἅπασαν ὥσπερ καλλιωνύμου ζέσαι.

AP. *Difficili bile tumet idcirco.*

## XXV. CANCER.

### *Prudentia.*

IN vtraque Nili ripa aſpides latibulis ſe tegunt, & tanquam ædes ſuas homines, ſic hoc flumen omni alio tempore iucundè & ſuauiter accolunt. Cum autem in agros per æſtatem Nilus redundaturus eſt, tū triginta circiter ante diebus, aquarum copia & Eteſijs ventis impulſæ promotæque, longius à fluuio in loca eminentiora vna cum fœtibus ſuis demigrant: quod quidem munus à natura acceperunt, tanti vt fluminis, tamque operoſi quotannis acceſſionem non modo non ignorent, ſed ab eius etiam damno cauere ſciant. Teſtudines etiam, & Cancri, & Crocodili in loca Nilo inacceſſa id temporis oua tranſferunt. Vnde ij qui oua eorum offendunt, quantum & quatenus Nili rura irrigaturi incrementum ſit futurum, facilè colligunt. *Æl. l. 5. c. 52.*

APOD. Cancri & Crocodili prudentes ſignificant, qui futura multo antequam veniant animo præſagiunt, & ſe ab omni periculo remotos tuentur.

*Qui ſua metitur pondera, ferre poteſt.* *Martial. Epigr. 62.*

---

## XXVI. CAPITO PISCIS.

## Ο ΙΧΘΥΣ ΚΕΦΑΛΟΣ.

### *Innocentia.*

CAPITO de piſcium genere eſt, qui in paludibus degunt, continentiſſimus ac in victu temperantiſſimus eſſe creditur. Etenim nullam animantem inuadit, ſed cum omnibus pacem ſeruare ſolet. Si verò in quempiam iacentem inciderit, hunc in ſuum prandium conuertit, non prius tamen attingit, quam cauda mouerit. Si immobilis ſit, hunc prædam ſibi facit, ſi verò moueatur, eo intacto diſcedit. *Æl. l. 1. de anim. c. 3.*



Digitized by Google

AP. Vel capito ſymbolum eſt innocentiæ, cum ſe potius ieiunum malit, quàm alieno periculo viuere: vel timidos hoſtes, & inimicos ſignificat, qui thraſones aiunt, in mortuos ad prædam expediti; at ſi quis vim vi tantiſper repellat, illicò diffugiunt, tam timidi in periculis, quam in victoria inſolentes, vt de ijs dici poſſit, quod habet Ælian. Ἀτρεμοῦντος μὲν εἶχε τὴν ἄγραν, κινηθέντος δὲ ἀνεχώρησε.

---

## XXVII. CEPVS, Ο ΚΗΠΟΣ.

*Elegans.*

TERRENVM quoddam animal Pythagoras ſcribit in libro de mari rubro, circa idem mare procreari, & Cepum, hoc eſt, hortum, appoſitè idcirco nominari, quod tanquàm hortus varijs coloribus diſtinguatur. Cùm eſt confirmata ætate, pari magnitudine eſt cum Eretrienſibus canibus. Iam porrò huius colorum varietatem, ſicut ille ſcribit, animus nobis eſt explicare. Eius caput, & dorſum, & ſpina ad caudam vſque valde igneo colore ſunt: tum aurei quidam pili diſſeminati ſpectantur. Facies alba ad genas vſque, inde ad collum aureæ vittæ pertinent. Collum & pectoris inferiores partes, & anteriores pedes omnino albi. Mammæ duæ manum implentes cœruleo colore viſuntur: venter candidus, pedes poſteriores nigri ſunt. Aelian. τὰ μὲν ἐκ (inquit) περὶ τὴν

Lib. 17. c. 8. κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ τὸν νῶτον, καὶ τὴν ῥάχιν εἰς τὴν οὐρὰν τελευτῶντα, ἀκράτως πυρρά ἐστι, θεάσαιο δ' ἂν καὶ τρίχας χρυσοειδεῖς τινὰς διεσπαρμένας. λευκὸν δὲ τὸ πρόσωπον, ὡς μέχρι τῶν παρειῶν αὐτῶν. ἐντεῦθέν γε μὴν ταινίαι χρυσοειδεῖς καθίασιν εἰς τὴν δέρην, ταύτης δὲ τὰ στέρνα μέχρι τῶν κάτω, καὶ οἱ πόδες δὲ οἱ πρόσθιοι, λευκὰ ... πάντα· μαζοὶ δὲ χειροπληθεῖς δύο κυανοῖ. γαστὴρ δὲ λευκή, πόδες δὲ οἱ κατόπιν μέλανές εἰσι.

AP. Cepus typus eſt elegantis vario gemmarum veſtis

Veſtiumque cultu colliucentis, cætera muti, ſic apud Auianum.

*Diſtinctus maculis, & pulchro pectore Pardus* *Fabula 40.*
*Inter conſimiles ibat in arua feras.*
*Et quod nulla graues variarent terga leones,*
*Protinus his miſerum credidit eſſe genus.*
*Cætera ſordenti damnans animalia vultu,*
*Solus in exemplum nobilitatis erat.*
*Hoc arguta nouo gaudentem vulpis amictu*
*Corripit, & vanas approbat eſſe notas.*
*Vade ait, & pictæ nimium conſule iuuentæ,*
*Dum mihi conſilium pulchrius eſſe queat.*
*Miremurque magis quos munera mentis adornant,*
*Quam qui corporeis enituere bonis.*

## XXVIII. CITHAROEDVS PISCIS.

### Ὁ ΚΙΘΑΡΩΔΟΣ ΙΧΘΥΣ.

*Scientia ſimulata.*

IN mari rubro piſcis procreatur, cuius corpus ita figuratum eſt, vt ſimilitudinem lingulacæ eius latitudo gerere feratur. Squammæ non magnam tangenti aſperitatem habent. Cùm ſubaureo eſt colore, tùm lineis à ſummo capitis vertice ad extremam caudam nigris ſic diſtinguitur, vt eas citharæ fidiculas contentas eſſe dicas, vnde is citharœdus appellatur. os ei peſſumit & ſubſidet, idemque nigerrimum eſt, cinguloque croceo circumligatur, vertex varietate diſtinguitur, fulgore aureò, & nigris quibuſdam lineis, pinnas aureas habet, rufo colore multipliciter variatur, cauda eſt nigra, præter extrema: ea enim candidiſſimo colore aſperguntur. Alij item Citharœdi picti naſci dicuntur, totò corpore purpurei, certis interuallis aureolas lineas poſſidentes. Eorum verò caput cingulis violaceis illuſtratur, vno quod eſt ante oculos, ad branchias pertinente: altero ſecun-

cundum oculos, vſque ad medium caput excurrente: alio autem tanquam monili ſic collum circumplicante Ælian. Sic Faber piſcis qui Gallus marinus & Ζεὺς & Chriſtopharus nominatur, omnia inſtrumenta fabrilia dicitur in ſeipſo geſtare.

*Lib. 11. c. 23.*

*Faber piſcis*

*Vide Geſnerum in Fabro*

Ap. Torquetur in vanos ſimulatores, qui ſpecie duntaxat aut boni ſunt aut docti. Citharœdus enim fert citharam, nunquam canit. Vide Martial. epigr.

*Emptis quod libris tibi bibliotheca referta eſt,*
*Doctum, & Grammaticum te Philomuſe putas?*

Iniquum eſt τεταμιεῦσθαι ἀκαιρὸν ἄγειν τὸν καὶ ἔργον, καὶ ἀκάρπως διώκειν σοφίαν ἀπράγμονα, Maximus Tyrius in libello de vita practica.

---

## XXIX. CONCHAE SENSVS.

### *Homo voluptuarius, & animalis.*

Carent conchæ viſu, omnique ſenſu alio quàm cibi, & periculi.

*Plin. lib. 9. cap. 30.*

Ap. Tantus eſt ſtupor voluptuariorum; vt nihil niſi de fuga auſterioris vitæ, & hilarioribus epulis cogitent, ad honeſta quæque & ſurdi, & cæci. Nam vt plurimum.

Παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον.

---

## XXX. CORDYLVS ΚΟΡΔΥΛΟΣ.

### *Vita actiua & contemplatiua.*

Cordylus piſcis in terra pariter & aqua degit: ſolet igitur ex alto quaſi ex vmbraculis prodire, in ſolem: in quo periculū eſt ne radijs ambuſtus, extabeſcat, antequam remeet in mare.

*Athen. l. 7.*

Ap. Cauere ſibi debent prudentes religioſi, ne cùm ex cœnobijs, quaſi ad ſolem prodeunt, hominum ſalutem pro virili adiuturi, ipſi periclitentur, & ſecularis amoris labe illiti intereant: ſed diu in otio medi-

Digitized by Google

meditentur, quomodo ſe ſalutaribus remedijs aduerſus pericula muniant, ita fiet quod ait Poeta,

*Maior poſt otia virtus.*

## XXXI. CROCODILVS IBIDIS PENNA RETARDATVS.

*Hæreticus egregij alicuius hominis ſcriptis coercitus.*

COMPERTVM eſt Crocodilum improbiſſimum animal: ſi penna ibidis deiiciatur adeò obtorpeſcere & debilitari, vt immobilis reddatur, omnemque priſtinæ rapacitatis violentiam obliuiſcatur. *Horus Niliacus. l. 77.*

AP. Cadit omnino in furioſum hæreticum aut virulentum calumniatorem, quem eruditi, & grauis hominis calamus reſtrinxerit. Talis Pelagium Auguſtinus, talis Iouinianum Hieronymus, talis peſtiferum Arium πένταθλος Athanaſius, tales Caluinum & Lutherum innumeri doctores Catholici verbo Dei fregerunt.

*Sidereo clypeo, & cœleſtibus armis.*

## XXXII. CROCODILVS AD PALMAM RELIGATVS.

*Crucis victoria.*

AVGVSTVS ille Cæſar Aegypto pacata, Crocodilum animal horribile ad palmam arborem catena religatum in nummis cudi voluit. Videtur & hodie nummus cum inſcriptione. *Nemo antea religauit.*

AP. Chriſtus Dominus Ægyptum, hoc eſt, mundum vicit, & exitialem generis noſtri Alaſtorem depreſſit crucis arbore conſtrictum. Auguſtinus ſermo. 137. de tempore: tunc etenim Dominus noſter Ieſus Chriſtus illum tenebrarum mortis principem colligauit, legiones illius perturbauit, portarum inferni ferreos vectes confregit, omnes iuſtos qui ori-

ginali peccato adſtricti tenebantur, abſoluit, in libertatem priſtinam reuocauit, & peccatorum tenebris occæcatos ſplendida luce perfudit. Aliud exemplum affert S. Iſidorus. Enydros, inquit, ſerpens ſiue Ichneumon in Crocodili viſcera illapſus eoque perempto ſaluus exiliens, typus eſt Reſurrectionis Chriſti.

*Aliud ſymbolum.*

## XXXIII. CROCODILI CATVLVS.

*Indoles improba.*

CROCODILI cum ex ſeſe pepererunt, hoc experimento legitimum à ſpurio internoſcunt, vt ſi quid catulus ſimulatque excluſus eſt, rapuerit, in reliquum tempus in Crocodilini generis numero loco que à parentibus ducatur: ſin ignauia eum ipſum retardauerit, ad comprehendendam alicunde muſcam, aut lumbricum, aliamue beſtiolam, aut lacertulam, eum parens tanquam à ſe degenerantem, nihilque ad ſe pertinentem lacerat, atque videntur, vt ad Solis radios aquilæ ſuorum ingenuitatem experiuntur, ſic celeri alacritate prædam capiendi Crocodili: vtrique ſcilicet non temerario ſuos affectu, ſed ratione amantes.

*Ælian. l. 9. cap. 3.*

A P O D O S I S.

Crocodilus ſuos agnoſcit ex rapina, haud diſſimiliter parentes improbi germanam ſobolem ex vitiorum ſuorum imagine. Oedipus apud Senecam tales eſſe filios gloriatur.

*Ego ſum? meorum exempla facinorum appetunt.*
*Me nunc ſequuntur, laudo & agnoſco libens.*
*Exhortor aliquid vt patre hoc dignum gerant.*
*Agite ô propago clara, generoſam indolem*
*Probate factis, gloriam ac laudes meas*
*Superate.*

*XXXIV.*

Digitized by Google

## XXXIV. CROCODILVS AD SVEM.

*Voluptatis illecebra delinitus.*

CROCODILVS capitur obiecto ſuis tergo, quod deuoret & grunniente porcello, ad cuius vocem accedit, tùm primum ingeſto oculis luto cæcatur, exin facilè debellatur. *Hero. l. 2.*

APODOSIS.

Typus eſt voluptatis, de qua S. Paulinus carmine ad Cytherium.

*Blandis doloſa retibus,*
*Si lege mentis iſta lex ſit fortior,*
*In iura peccati trahet.*
*Maleſuada verbis, fraudis arte dulcibus,*
*Animum virilem effœminat.*
*Excæcat oculos mentis, & radit caput*
*Spolians, & exarmans fidem.*

## XXXV. CYTHARVS.

*Charitas.*

CYTHARVS piſcis habere dicitur καρδίαν λευκὴν καὶ πλατεῖαν, cor latum, & album. *Athen. l. 7. p. 305.*

AP. Syncerus Dei amor nullis ſordidi animi anguſtijs reſtrictus, ſed latè in hominum vtilitates diffuſus de quo ſi amplitudinem reſpicias meritò illud Poëtæ dici poſſit.

*Cor mundi inſtar habens.*

## XXXVI. DELPHINVS.

*Princeps manſuetus.*

DELPHINVS ſolus inter piſces caret felle. *Ath. Dipn. l. 8. ex Ariſt.*

AP. Manſuetudo principum eſt propria. Seneca lib. 1. de Clementia: Nullum clementia ex omnibus magis quam regem & Principem decet. Saluſt. præ-

 clarè

clarè dixit. Qui benignitate, & clementia imperium temperauere, his candida & læta omnia fuiſſe: etiam hoſtes æquiores, quam alijs ciues.

## XXXVII. DELPHINVS ANCHORÆ IMPLICATVS.

*Feſtinandum lentè.*

DELPHINVS anchoræ implicatus Auguſto, & Tito imperatoribus pro inſigni fuit, quod ſuperiore ſæculo Aldus Manutius ſuis libris præfixit, habuit item Vlyſſes pro familiari ſigno Delphinum, vnde Δελφινόσημος appellatur à Lycophrone Δελφινόσημος, , κλὼψ φοινίκης θεᾶς.

*Accius in Chryſippo.* AP. Hoc ſigno demunſtratur lenta feſtinatio, & modus in rebus, quæ res omnium ſolet eſſe ſaluberrima. Δευτέραι φροντίδες σοφώτεραι.

*Minus pigraſſe, quam properaſſe eſt nefas.*

## XXXVIII. DELPHINES COERANI.

*Gratus animus morte fortior.*

*Æl. l. 7. c. 3.* COERANVS quiſpiam Delphines captiuos ad Byzantium pecunia redemit, & in mare liberos dimiſit. Non excidit gratiſſimis piſcibus beneficij memoria: hominem enim poſtea cũ nauis eſſet ſubmerſa, exceperunt, & placide collocarunt in portu. Cum verò fato functus eſſet, & exequiarum pyra arderet in littore, frequentes exiluerunt è mari, nec niſi reſtincto rogo quaſi officioſiſſimi amici diſceſſerunt.

*Senec. de beneficijs.* AP. Beneficij memoria apud ingratos citò conſeneſcit, eandem apud gratos ne lethes quidem fluuius reſtinxerit. *Gratum hominem ſemper beneficium delectat, ingratum ſemel.*

XXXIX.

## XXXIX. DELPHINVS SEMPER MOVETVR.

*Diligentia ſeu vigilantia.*

DELPHINVM perpetuo motu præditum eſſe ferunt: nec quoad viuit (ne dormiens quidem) à motione conquieſcit: Cum enim neceſſe habet dormire, ex alto ad ſummam aquam elatus, vt totus videatur, dormit: non enim ſomni expers eſt, atque ita dormiens in profundum tamdiu depellitur, quoad imam ſedem maris contingat: ad quam poſtquam funditus delapſus eſt, terræ pulſu è ſomno excitatur, deinde ex alto emergit, ac repetito ſomno ſimiliter atque prius ad maris fundum appulſus, expergiſcitur atque rurſus eminet extra aquam & hoc ipſum ſæpe factum facit, eamque ob cauſam inter quietem & actionem agens, nunquam omninò à motu quieſcit. *Æl. l.* 11. c. 12.

APODOSIS.

Præclarum vigilantiæ exemplum, maximè verò principibus, quos oportet *Stantes mori.*

*Vita ipſa Vigilia eſt,* Hæc mens Hannibalis. *Sil. Ital. l.* 12.
*Pœnus vt ad ſomnos, vix totam curſibus actæ*
*Indulſit pubi noctem, vigil ille, nec vllam*
*Ad requiem facilis, credenſque abſcedere vitæ*
*Quod ſopor eripiat tempus.*

## XL. DELPHINI.

*Amor parentum in ſobolem.*

DELPHINI teneros catulos ex aliqua cauſa conſternatos rurſus excipiunt, & ventre complectuntur. *Baſil. in Hexa. ho.* 8.

Ap. Parentum φιλοστοργία in paruulis fouendis vel Chriſti amor, qui, eſt noſter ἱερὸς ἰχθὺς, in piſciculos, quos fouet in viſceribus ſuæ charitatis. Accedit quod teneræ ſoboli veteres Delphini tanta

manſuetudine & cura adparent vt pædagogi videantur iuuentuti propoſiti. Quod fuſius deſcribit Oppianus. Id verò Chriſtus facit, & nobis iter vitæ matris indulgentiſſimo amore non modò complanat, ſed præit, noſtras in ſe ſarcinas recipiens.

*de piſcatu. lib. 1.*

Ὡς δ' ὅτε τις μυθοπόλων ἔργων ἄπο παῖδες ἴωσιν,
Ἀθρόοι οἱ δ' ἄρ' ὄπισθεν ἐπίσκοπον ἐγγὺς ἕπονται.
Ὡς ἄρα καὶ δελφῖνες ἑοῖς παίδεσσι τοκῆες
Βαίνονται.

*vide Oppian lib. 1. de piſc. verſ. 680.*

---

## XLI. DRACO MARINVS.

### *Indocilitas.*

DRACO marinus ſi manu dextra attrahatur, violenter enititur, ſiniſtram ſi inijcias, cedit & capitur.

*Ælian. l. 5. cap. 37.*

### APODOSIS.

Multi æqua ratione regi nolunt, ſed vijs obliquis trahi, nihil ab iis obtineri poteſt quod non violentis rationibus extorqueatur.

*Nolo iraſcaris libere ſi dixero,*
*Diis eſt iratis natus, qui eſt ſimilis tibi.*

*Phædrus.*

---

## XLII. THYNNVS.

### *Prudentia.*

THYNNVM Ariſtoteles tradit in pontum nauigantem dextrum littus radere, exireque læuo, quod oculo dextro plus cernat, hebete ſiniſtro.

*Athen. l. 7. pag. 301.*

### APODOSIS.

Thynnus prudens, & conſideratus homo: dexterum littus, amica ſecuritas: oculus dexter recta cognitio, ſeu ratio. Seneca. *Duce ratione per totam vitam eundum eſt, minima, maximaque ex eius conſilio gerenda ſunt.*

*2. de benef. c. 18.*

XLIII.

## XLIII. ECHINVS LACONIS.

*Mala toleranda ſunt cum emendari non poſſunt.*

DEMETRIVS Sceplius lib. 26. Troiani apparatus ſcribit, Laconem quendam ad epulas inuitatum, Echinis marinis illatis menſæ, vnum arripuiſſe, ignarus quiſnam vſus foret eius cibi, atque adeò non obſeruantem, quomodo cæteri conuiuæ illo veſcerentur. In os igitur coniectum ſimul cum teſta, dum frangere cum ſtridore conaretur, eſu offenſum, nec intelligentem quis aſperitatis eſſet renixus, dixiſſe: O ſceleſtum edulium, neque te iam mollitum abijciam, neque poſtea ſumam vnquam: ὦ φάγημα μιαρόν! οὔτε μὴν νῦν σε ἀφήσω μαλακισθεὶς, οὔτ' αὖθις ἔτι λάβοιμι. *Ath. l. 3.*

APODOSIS.

Tolerantur aliquando mala poſtquam ſemel admiſſa ſunt, quod maiori fortaſſe incommodo expellerentur. *Cæcilius.*

*Patiere quod datur, quando optata non dabunt.*

## XLIV. ECHINVS MARINVS.

*Fides & prudentia.*

ECHINI marini futuræ tempeſtatis præſcij lapillis in tergum coniectis ſe operiunt, & arena ſubuerrant, ne fluctibus obortis, ob leuitatem allidantur ad littora. *D. Ambr. in Hexamero.*

APODOSIS.

Prudentiæ & grauitatis typus, vel certè fidei, quæ nos roborat & confirmat, ne quid in opinionum ſalo fluctuemur. Simile quod dictum alibi de ſæpijs ad ſaxum adhæreſcentibus.

*Traiecta ſyrtes, anchora iacta mihi eſt.*



Digitized by Google

## XLV. EXCOETVS.

*Proſpera aduerſis turbata.*

Arb. l. 8. p. 852. EXCOETVS piſcis tranquillo mari ex alto emergit aurea ridentis cœli ſerenitate illectus: cum ecce ad apricum Solem quieto & nihil tale cogitanti Parendiſtæ aues inſidiantur, & ſæpius inuadunt.

APODOSIS.

Tales ſunt res, ſpeſque humanæ nobis cum ſerenum eſſe putamus, repentini malorum turbines ingruunt. Cicer. *Qui locus quietis & tranquillitatis pleniſſimus eſſe videbatur, in eo maximè moleſtiarum & turbinum tempeſtates extiterunt.*

2. de Orat.

Senec in Thyeſte.

*Nemo confidat nimium ſecundis*

*Fortunæ malè fidatur.* Minutius in Octauio. Nota eſt in hoc argumento ſolis viatorem ſpoliantis fabula, quod Boreas fruſtra tentarat.

*Protinus impulſu ventis circumſonat æther,*
*Et gelidas nimias depulit imber aquas:*
*Ille magis duplicem lateri circumdat amictum,*
*Turbida ſummotes quo trahit aura ſinus.*
*Sed tenues radios paullatim creſcere Phœbus*
*Iuſſerat, vt nimio ſurgeret igne iubar.*
*Donec laſſa volens requieſcere membra viator,*
*Depoſita feſſus veſte ſederet humi.*

Sol viatorem ſpoliat. Auienus Fabul. 4.

## XLVI. FASTEN PISCIS.

*Bonitas & manſuetudo.*

Vincen. hiſt. l. 18. cap. 54

FASTEN piſcis eſt, in cuius ore maritima aqua ſalſaque mox fit dulcis.

AP. Bonum & manſuetum ingenium amara quæque ſuâ dulcedine temperat Plautus, *Optimum eſt ærumnæ condimentum æquus animus.* Rectè idipſum Chriſto accommodabitur, quippe piſcis eſt ille à Sibyllis prædictus, qui ſemel hauſtas vitæ noſtræ acer-

bitates

bitates nobis miti quadam ſuauitate decoxit, quo in poſterum nobis omnia faciliora leuioraque viderentur. Memini ita accommodatam parabolam à viro noſtræ ſocietatis pereruditо.

## XLVII. GLAVCVS PISCIS, ΓΛΑΥΚΟΣ.

*Amor parentum in ſobolem.*

GLAVCVS piſcis pater factus, quos ſuſtulit ex coniuge, diligentiſſimè cauet, ne inſidijs petantur, neue pernicies vlla eis inferatur. Itaque donec læti ac ſine timore natant, tamdiu ille cuſtodire non intermittit: nunc à tergo cum eis natans, nunc verò non à tergo, ſed adnatat modò ad vnum eorum latus, modò ad alterum. Si quis verò ex paruulis timere cœperit, ille timore cognito, ore hiante, paruulum excipit: deinde timore præterito, quem deuorauerat, reuomit qualem acceperat, ille rurſus natat. Ælian. Similiter fœtus caniculæ marinæ metu in vterum matris ingrediuntur & regrediuntur. *lib. 1. de animal. ca. 16.* *Ælian. lib. 1. cap. 16.*

APODOSIS.

Hac Icone ſignificatur amor & ſollicitudo parentum in teneram prolem; vel certè Dei in homines pluſquam materna φιλοστοργία, quos in aduerſis tegit, in proſperis glorioſos oſtentat.

*Sit glaucus altam piſcis arans Thetin,*
*Dum nigra ventis æquora ſæuiunt:*
*Prolem ſub aluum vix regreſſam*
*Viſceribus fouet inquietis.*
*At cum Fauonij blandæ animæ volant.*
*Reponit auctæ pignora Tethyi:*
*Mox victor incedit ſuperbum,*
*In catulis numerans triumphos.*

XLVIII.

Digitized by Google

## XLVIII. LVCERNA PISCIS.

*Apoſtoli.*

Plin. lib. 9. cap. 27.

SVbit in ſumma maria piſcis, ex argumento appellatus lucerna, linguaque ignea per os exerta, tranquillis noctibus relucet.

Ap. Lucerna mundi beati Apoſtoli, qui terrarum orbem ſua luce colluſtrarunt, & linguis igneis præditi offuſas rebus humanis tenebras diſſiparunt inter huius vitæ turbines, & maria, placidiſſimo fulgore collucentes.

*Solemq́; nouum noua ſidera portant.*

## XLIX. MELANVRI CAVTIO.

*Securitati malè creditur.*

Ælian. de animl. 1. 14.

MElanvri cum placidum, & quietum eſt mare, ad imam maris ſedem in petris aut algis quieſcunt, tegumentoque proteguntur, quocumque corpus occultari poteſt, contra cũ aduerſa tempeſtas eſt & piſces alij in altum ex fluctuum impetu deſcendunt, hi tum fiducia implentur, ſimul & ad littus appropinquant, & ad petras adnatant, neſcio enim quomodo prænoſcunt quo die noctéue cum feritas maris, & immanitas efferueſcit, tum à piſcatoribus non adiri mare.

Apodosis.

Horat Od. 10. lib. 2. carm.

*Sperat infeſtis, metuit ſecundis*
*Alteram ſortem, benè præparatum*
*Pectus.*

## L. MVLLVS GREGALIS.

ΘΥΝΝΟΣ Ο ΟΡΜΗΤΙΚΟΣ.

*Fruges conſumere natus.*

MVllvs gregalis dentibus eſt ſerratis, totus punctis maculoſus, carniuorus, poſt tertium partum ſteri-

ſterileſcit, vermiculis quibuſdam in vtero genitis, qui conceptum fœtum abſumunt. *Ath. lib. 7. p. 324.*

AP. Monachi aut optimi ſunt, qui proficiunt, aut peſſimi qui degenerant. Serrati dentes, gula: puncta maculæ vitiorum: ſterilitas, virtutis poſt aliquot actus remiſſio: vermes, peccata occulta. D. Auguſtinus: *Ex quo Deo ſeruire cœpi, quemodo difficile ſum expertus meliores, quam qui in monaſterijs profecerunt: ita non ſum expertus peiores, quàm qui in monaſterijs ceciderunt, ad ſummum pulchrè monet: Nolite propter amaritam qua oculi noſtri offenduntur, torcularia deteſtari, vnde apothecæ dominicæ fructu olei luminoſiori implentur.* *Epiſt. 137.*

## LI. MVRÆNA.

*Ira laceſſita.*

MVRÆNA plaga vna per ferulam acceptâ torpeſcens perſtat: ſin plures, ira inceditur; καὶ μύραινα ἢ πληγεῖσα νάρθηκι εἰσάπαξ, ἡσυχάζει, εἰ δὲ πλεονάκις, εἰς θυμὸν ἐξάπτεται.

AP. *Furor fit læſa ſæpius patientia.*

## LII. MVRÆNÆ ACETVM.

*Seueritas nimia.*

ACETI guſtu Murænas in rabiem agi ferunt. *Plin. lib. 9. cap. 23.*

APODOSIS.

Multi ſeueritatis acrimonia efferantur, qui lenioribus clementiæ remedijs ad animi æquitatem, & moderationem poſſent reuocari. Claud. *peragit tranquilla poteſtas, quod violenta nequit.* Proculi ille Peſcennij Nigri truculentus rigor qui Palæſtinis rogantibus vt ipſorum cenſus leuaretur eo quod regio eſſet grauata atis inclementer reſpondit: *Vos terras veſtras leuari vultis, ego etiam aerem veſtrum cenſere cuperem* Quo reponſo abſque dubio miſerorum mortalium animos n ſui odium efferauit.

LIII. MV-

## LIII. MVRÆNA CRASSI.

*Diues fatuus.*

Ælian. lib. 8. cap. 4

PISCES quoque cicures, & manſueti euadunt: & cum appellantur, intelligunt, & è manu largientium cibos capiunt, vt anguilla ſacra in Aretuſa. Muræna etiam Craſſi Romani omnium prædicatione celebrata, ſic inauribus, & gemmis diſtincto monili, tanquam ſanè eximia formæ pulchritudine puella ornabatur, & appellantis vocem Craſſi agnoſcebat, atque ad eum adnatabat: Cumque quippiam ei porrigebat edendum, prompto, & parato animo accipiebat, hinc ille mortuam fleuit vberius, atque honore ſepulturæ affecit. Et cum aliquando Domitius in hunc dixiſſet, Stulte Craſſe. Muræṇam fleuiſti mortuam. Ad hæc reſpondens Craſſus: Equidem, inquit, de beſtiæ morte fleui: Tu verò nullos, ne ex trium quidem vxorum interitu, quas ad ſepulturam dediſti luctus percepiſti.

Seneca epiſt. 109.

AP. Murænæ ſunt in auro atque argento, diuites fatui indocti. *In animo enim non in patrimonio diuitiæ.*

## LIV. NERITES, NHRITHΣ.

*Amor mundi.*

Ælian. 14. cap. 28.

NERITES hominum ſimul, & deorum formoſiſſimus, quo cum Venus etiam in mari ſe oblectarit, magno illum amore proſecuta. Cùm verò iam tempus fatale adueniſſet, & Venerem, dijs cœleſtibus, iuſſu patris, inſcribi oporteret: audio eam de mari exeuntem, Neritem quoque ſuas delicias ſecum abducere voluiſſe, illum verò recuſaſſe, quod inter parentes, ac ſorores viuere, quam cœlo potiri mallet. Et cùm alas quoque, quandocumque voluiſſet, ad volandum ſibi producere poſſet, hoc quoque munus à Venere (ni fallor) acceptum aſpernatus ne-



Digitized by Google

plexit: Quamobrem indignata Iouis filia, illum in Cochleam eiuſdem nominis conuertit: comitem verò, & miniſtrum illius loco Cupidinem ipſum quoque iuuenem, & formoſum ſibi delegit, & alis quas Nerites habuerat eundem induit.

APODOSIS.

Digni ſunt omnino qui Cochleæ fiant, quicumque terram cœlo anteferunt, & rerum humanarum deſiderio inteſcati, circumfluentes omni fœlicitate cœli delicias contemnunt.

*O curuæ in terras animæ, & cœleſtium inanes!*

## LV. ORCYNVS.

*Salus damno leuiori empta*

ORCYNVS cetaceus piſcis prouidens eſt, & natura non arte quæ ſibi maximè conducant, intelligit. Itaque cum hamo transfixus fuerit, in maris altitudinem ſeipſum impellens ac deprimens, ad ſolum allidit: & hamum oris pulſatione expellere cupit. quod ſi id minus fieri queat, ab hamo exceptum vulnus luculentius infert; dilatatque: atque exiliendo id quod ſibi moleſtiam exhibet, expuit abijcitque. εὐρύνει γὰρ τὸ τραῦμα καὶ ἐκπτύεται τὸ λυποῦν.

AP. Orcynus ſymbolum eſt eorum qui vitam & ſalutem redimunt leuioribus detrimentis, *pro toto bene pars deperditur*, & *ne peream, pereo.* iuxta id quod dixit Tertullianus ad Martyres, *Aliquid amittere, vt maiora lucreris, Periculo euaſiſſe per ſe præmium eſt.* *Ignatius Diaconus.*

## LVI. OSTREA AD VNGVENTVM.

*Voluptas capiens homines.*

INDI piſcatores alabaſtrum vnguenti effundunt, cuius ſuauitate capta Oſtrea, inebriata ferreo ſtylo configuntur. Philoſt. περιχέουσι οἱ Ἰνδοὶ τοῦ ὀστρέου τὸ φίλτρον *Lib. 3. c. viii.*

δέλεαρ αὐτοῦ τὸ μῦρον ποιεῖται, τὸ δὲ ἀνοίγνυται τε καὶ μεθύει ὑπ' αὐτοῦ, κέντρῳ τε διελαύνεται.

APODOSIS.

Quaſi piſcator eſt voluptas: vnguentum, delitiæ: Oſtreum verò voluptuarius. Quis neſcit vetus Platonis dictum, qui *Eſcam malorum voluptatem* appellat, quòd ea videlicet capiantur homines, vt hamo piſces.

*Cic. de ſenect.*

## LVII. OSTREI SANIES IN MARGARITAM.

*Martyrum Sanguis.*

*Philoſt. lib. 2 in vita Apoll. cap. vlt.*

OSTREA ſtylo traiecta ſaniem emittunt, quæ excerpta laterculo concreſcit in margaritam.

APODOSIS.

Mundus, veluti fretum eſt; pretioſum Oſtreum, martyr; ſtylus piſcatoris, gladius carnificis: ſanies, ſanguis: margaritæ, decora martyrum, & acceptà prò Dei gloria vulnera. D. Chryſoſt. διὰ μὲν μαργαρῖται καὶ λαμπηδόνες ἐκ τῶν σωμάτων ἐξαλλόμεναι τούτων, αὐτὰς ἀποτυφλοῦσι τοῦ διαβόλου τὰς ὄψεις. *Non margaritas modo ſed fulgores & coruſcationes nominat ex ipſis emicantes corporibus quæ dæmonis oculos hebetant.*

*De natiuit. 2. Machabæorum.*

## LVIII. PAGVRVS.

*Prudentia.*

PAGVRVS Cancri genus; qui tam diu ſe continet in antro, quamdiu vetere teſta eſt exutus. At poſtquam noua denuo cœpit armari, hoc veluti præſidio confirmatus egreditur: & latebras quas verno tempore tantiſper incoluerat, relinquit: & noua indutus tergore, nouis aculeis rigeſcens, aduerſarios contemnit, quos prius ſuis viribus diffiſus declinabat.

*Vide Iunium in adagijs.*

AP. Prudentes ſuas vires metiuntur, nec ſe bellorum aleæ committunt antequam bonis armaturæ præſidijs ſint muniti. μικρὸν ἔτι καὶ νενικήκαμεν.

*Gregor. Naz.*

LIX.

Digitized by Google

## LIX. PASTINACÆ ACVLEVS.

*Calumnia.*

Pastinacæ marinæ radius ab omni medicina inuictus exiſtit, etenim primũ vt pupugit ſtatim interficit, quod quidem ipſius telum vel rei maritimæ periti ſſimi exhorrent. Neq; enim alius quiſquam neque vulneratrix ipſa medicinam facere poteſt; hoc ſcilicet dono ſoli quondam à dijs haſtæ Pelei conceſſo. *Ælian. l. 1. de Anim. ca. 56.*

Ap. Virulentæ linguæ maledicus Paſtinacæ icte ſignificatur. *Anacreon.*

*φιλολοιδόροιο γλώσσης*
*ϛίλιμνα κοῦφα.*

## LX. PASTINACÆ FATVM.

*Saltatio exitialis.*

Pastinacas capiunt qui earum piſcationis ſtudioſi ſunt, & deſiderio non fruſtantur, in hunc modum, ſaltant & canunt quàm poſſunt ſuauiſſimè, illæ verò tùm auditu mulcentur, tum ſpectanda ſaltatione ſe oblectant, & adnatant propriùs. At piſcatores ſenſim, ac pedetentim recedunt. Ibi tùm dolus miſeras ſtructus apparet, quæ ſaltatione & cantu illectatæ fuerant, retibus iam extenſis incluſæ capiuntur. Ælian. idem de paguris ait & Thriſſis *lib. 6. cap. & 32.* *Li. 1. de anim. c. 39.*

Ap. Tales improbi ridendo in exitium ruunt, & quod ait Satyricus.

*Non vnquam reputant quanti ſibi gaudia conſtent.* *Iuuenal. Satyr. 6.*

## LXI. PAVONIS FLVVIATILIS, CAVDA,

*Finis bonus.*

Apud Indos Pauones ſunt piſces cauda aurea inſignes. χρυσᾶ δὲ τὰ οὐραῖα. *Philoſt. lib. 1. cap. 1.*



Digitized by Google

APODOSIS.

Bonus finis cauda aurea. Euſtathius ad Iliad. 4. χρυσῆν ἐπιτιθέναι κορώνην auream imponere coronidẽ dici notat συμβολικῶς, in eos qui laudatum finem ſuis operibus imponunt.

---

## LXII. PEDVNCVLVS.

*Paraſiti.*

Ælian. li. 9. cap. 7.

PEDVNCVLVS piſcis ignauus omnique arte & induſtria deſtitutus, delphinum ſectatur, & eius præda tanquam locuplete menſa pingueſcit.

AP. Typus paraſitorum, qui ſolent

*Aliena viuere quadra.*

---

## LXIII. PHYSÆ IECVR, ΦΥΣΗΣ ΗΠΑΡ.

*Amoris Sympathia.*

Ælian. li. 11, cap. 13.

PHYSA Ægyptius piſcis admirabili natura præditus eſt, nam eum notionem habere ferunt quando luna augeatur & diminuatur, eiuſque iecur cum Luna pariter decreſcere pariterque recreſcere: corporis habitu modo eſſe opimo; modo gracili & tenui.

AP. Affectus hominum pro rerum quas ipſi amant, habitu, vel creſcunt, vel minuuntur, & omnino ſe ad rei dilectæ modulum componunt. Mater enim amoris eſt ſimilitudo. Plato in conuiuio. ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει. Talis eſt ille Lycidas apud Calpurnium:

Ecloga 5. in oratione.

*Non ſic diſtricta macreſcit turdus oliua,*
*Non lepus, extremas legulus cum ſuſtulit vuas:*
*Vt Lycidas domina ſine Phyllide tabidus erro.*
*Te ſine væ miſero mihi! lilia nigra videntur,*
*Nec ſapiunt fontes, & aceſcunt vina bibenti.*

At tu

Digitized by Google

*At tu ſi venias, & candida lilia fient,*
*Et ſapient fontes, & dulcia vina bibentur.*

## LXIV. PHYSALVS.

*Gula.*

IN mari rubro, ſinu Arabico, piſcem Leonides Byzantius gigni ait, Gobio ætatis perfectæ, non magnitudine inferiorem: nullos oculos, nullumque os habentem more piſcium: branchias tamen his innatas eſſe, capitis figuram etſi minus expreſſam coniectari poſſet: infra imum ventrem formam quandam leuiter contractam in ſinum apparere, quæ ſmaragdi colorem reddit: hanc ei oculorum loco, & oris eſſe idem ait. *Ælian. li. 3. cap. 18.*

AP. Os habent cum oculis commixtum, atque confuſum helluones. Quicquid vident ad explendam gulam concupiſcunt, imo toti pœnè ventres ſunt,

*Notæq; per oppida buccæ.*

## LXV. PINNÆ ET CANCRI SOCIETAS.

*Calliditas duorum.*

PINNÆ animal marinum, è genere concharum eſt, pandit ſeſe hiatu teſtarum, & caruunculam extra conchas eminentem ex ſeſe prætendit, tanquam eſcam circumnatantibus piſcibus. Cum cancro comparandi cibi ſocietatem facit: eamque ob rem cancer cùm piſcem quendam adnatare videt, illam leniter morſu admonet, tum Pinna magis ac magis conchas patefacit, intraque eas piſcis adnatantis caput recipit, comprimitque: & piſcem ita captum in cibo conſumit. *Ælian. l. 3. cap. 29.*

A P. Rectè & loco dicetur in geminos veteratores qui ſimplicem decipiunt.

*Rem de compacto gerunt, quaſi in velabro olearij.*



Digitized by Google

## LXVI. PINNOTERÆ.

*Nobilitas inanis.*

*Plinius.*

MInimi Cancri, quos pinnoteras vocant, quò tutiores ſint inanium Concharum teſtis ſe condunt, & cum creuerint migrant in capaciores.

Ap. Tales ſunt qui maiorum ſe titulis tuentur, cum ſuis diffidant virtutibus.

*Virtute decet non ſanguine niti.*

## LXVII. PNEVMON.

*Voluptuarius.*

*Plato in Phil.*

PNEVMON piſcis eſt ζωόφυτος, naturæ ſimul animalis, & plantæ particeps, itaque vt planta alimentũ ſumit, creſcit, vegetatur, & hæc eius vita, ſenſus enim vt in arborea natura exilis eſt, & penè nullus.

Ap. Præclara imago voluptuariorum, qui in ganeæ libidinumque vſu, ſummum bonum ponunt. Itaque adeò ſe potui, ciboque mancipant, vt humanum ſenſum exuere, & quaſi ἀποδενδρωθῆναι, vt loquitur Plotinus, id eſt, *arboreſcere* videantur.

## LXVIII. POLYPVS.

*Luxuria.*

*Ælian. lib. 6. cap. 28. de Anim.*

EX piſcibus libidinoſiſſimum polypum, eatenus flagranti veneris cupiditate incendi ferunt, dum & omnibus corporis viribus exhauſtis debilitatus, & ad natandum & cibaria inquirenda tantoperè infirmus factus fuerit, vt poſtea alijs præda efficiatur. Cũ enim parui piſciculi, tùm cancelli & cancri ipſum exedunt, & conficiunt, quamobrem eum non amplius anno viuere dicunt, fœminamque etiam propter crebros partus ocyus conſumi.

Ap.

Ap. Imago libidinoſi, qui Venere totus vapidus, & putris, vt ait Perſius, redditur, omniſque virtutis & bonorum omnium emortua fruge, in libidinum cœno langueſcit. *Sæuus criminum ſtimulus libido eſt, quæ nunquam manere quietum patitur affectum. nocte feruet, die anhelat, de ſumno excitat, à negotio abducit, à ratione reuocat, auſert conſilium, amentes inquietat, lapſos inclinat.* *Ambroſ. lib. 1. de Cain & Abel. c. 1.*

## LXIX. POLYPVS.

### *Inuidia.*

POLYPVS cum alijs cibis paſcitur (eſt enim edaciſſimus, ad fraudemque & inſidias callidiſſimus) tum verò ſua ipſe membra conficit. Nam ſi venatio deficiat, brachia ſua deuorat, εἴ τις αὐτῷ γίνηται ἀθηρία, τῶν ἑαυτοῦ πλοκάμων παρέτραγε: ac ventre ſic ſaturato, inopiam venationis leuat. Deinde renaſcitur ei quod eſt: hoc tanquam promptum prandium ad famem extinguendam comparante ipſi natura. *Ælian. lib. 1. de Anim. cap. 17.*

APODOSIS.

Similiter inuidus aliorum inuidens vitæ & fortunis, ipſe tabe conficitur ſui inſector Proſper. *Inuidi odia inter ſe abſcondunt, & in ſuos cruciatus enutriunt.* *Lib. 3. de vita Contemplatiua cap. 5.*

## LXX. POLYPODIS CAPVT.

### *Bona malis permixta.*

POLYPODIS caput cùm eſu ſuauiſſimum ſit, difficilem ſomnum & turbulenta affert inſomnia. Similе Ægyptus Homeri ea, quæ habet φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα πολλὰ δὲ λυγρά. *Plutarch. de audiendis poëtis.*

Ap. Bonum rarò ſyncerum eſt, nullius mali contagione illitum: ſed in rebus humanis omnia malis boniſve, triſtibus & lætis permixta. Syneſius ſermno 4.

| | |
|---|---|
| Οἷς γὰρ χθονίας | *Hæc enim terrenæ* |
| Θεσμὸς ἀνάγκης | *Lex neceſſitatis.* |
| Διχόθεν θνατοῖς | *Binis ex crateribus mortalibus* |
| Βίον οἰνοχοεῖ. | *Vitam fundit.* |
| Τὸ δ' ἀκηράσιον, | *Purum autem* |
| Αμιγὲς τ' ἀγαθὸν, | *Impermixtumq́; bonum,* |
| Θεὸς, ἢ τὰ θεοῦ. | *Deus aut diuina.* |

## LXXI. POLYPI AD CONCHAM.

*Calliditas eluſa.*

*Plin. l. 9. cap. 30.* AVIDISSIMOS eſſe concharum Polypos ferunt, ſed illas ad tactũ comprimi præcidentes brachia eorum, vltroque eſcam ex prædante capere.

AP. Ars arte, fraus fraude, vis vi ſæpe pellitur, & qui ad prædandum venerat, aliorum fit præda. Οἱ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων. Heſiod. ἔργ. peſſimum vitium calliditas, Πανουργία ἑκούσιον ψυχῆς ἀῤῥώστημα· χαλεπὴν δὲ καὶ πάντως ἀνίατον ἐργάζεται τῆς ψυχῆς ἀποτροπήν. *Calliditas voluntarius animæ morbus, ægrè, vel potius nunquam ſanatur.* citius autem perimitur.

## LXXII. POMPILVS.

*Luxurioſus.*

*Athen. lib. 7.* EST autem Pompilus amator piſcis, ζῶον ἐρωτικόν, vtpote Venere genitus, & cœli ſanguine, ὡσὰν ἢ αὐτὸς γεγονὼς ἐκ τοῦ οὐρανίου αἵματος, ἅμα τῇ Αφροδίτῃ.

### APODOSIS.

In amatores luxurioſos, qui adeò furialibus inuerecundæ Veneris ſtimulis efferueſcunt, vt cum Venere concreti & nati eſſe videantur. Piſcium autem Venus fertur amantiſſima, vt à quibus molliter excepta fuerit cum Typhonem fugeret. Et fortè illi ex Pompilorum genere:

Venus

*Venit ad Euphratem comitata Cupidine paruo:*
*Inque Palæſtinæ margine ſedit aquæ.*
*Dum latet, inſonuit vento nemus, illa timore*
*Pallet; & hoſtiles credit adeſſe manus.*
*Vtque ſinu tenuit natum: ſuccurrite Nymphæ*
*Et Dis auxilium ferte duobus ait.*
*Nec mora, proſiliſt, piſces ſubiere gemelli.*
*Pro quo nunc dignum ſidera nomen habent.* *Oui. Faſt. lib. 2.*

---

## LXXIII. PVRPVRA.

### *Gula capta.*

PVRPVRA vehementer guloſa eſt: longam linguam habet: ea penetrat quæcunque poteſt, & attrahit quæ comedit, eadem etiam capitur. Capiendi modus eiuſmodi eſt. Paruam naſſam denſo contextu, exiguis maculis purpurarij piſcatores contexunt: intus in media naſſa Strombus piſcis illecebra appenditur, ad eam alliciendam: purpura maiorem in modum linguam diſtendere contendens, eo pertinere, & Strombum ipſum aſſequi conatur: & ne ab eſca quã ligurit, aberret, omnem eam neceſſe habet exerere. Itaque ipſa exerta fugit eſcam, quo ad plenitudine intumeſcentem retrahere non quit: vnde fit vt eam piſcator liguritione irretitam comprehendat. *Æl. l. 7. c. 34.*

### APODOSIS.

HELLVONES improbi liguriendo perſæpe capiuntur.

*Plurimus hinc æger moritur vigilando: ſed illum*
*Languorem peperit cibus imperfectus & hærens*
*Ardenti ſtomacho.*
*Viue bidentis amans, & culti villicus horti:*
*Vnde epulum poſſis centum dare Pythagoræis.*
*Eſt aliquid quocunque loco, quocunque receſſu,*
*Vnius ſeſe dominum feciſſe lacertæ.*



Digitized by Google

## LXXIV. RANA CONTRA HYDRUM CLAMANS.

*Clamor inutilis.*

*Ælian. li. 12. cap. 15.*

RANA valido clamore Hydrum terrere conatur, ſed ille clamores negligens prædam arripit.

Ap. Clamoſi & minaces ſunt contemnendi: Nam aiunt, *vehementius latrant timidi canes.*

## LXXV. RANA PISCATRIX.

*Planus.*

*Ælian. de Anim. li. 9. c. 29.*

INSIGNE Plani ſeu impoſtoris ſymbolum eſt Rana Piſcatrix, quæ piſciculorum capiendorum magnas habet illecebras, longulos nimirum pilos ſiue Appendices quaſdam, quarum extrema craſſis globulis præpilantur. Hos in turbidiſſimis & refertis limo locis abdita, porrigit ac prætendit, & adnatantes piſciculos veluti ad eſcam pilis ad ſe ſubductis comprehendit ac helluatur.

*Ignatius Diaconus.*

APODOSIS.

*Imago prædæ in damna ſæpe pellicit.*

## LXXVI. RANA MOECENATIS.

*Arcana Principum non euulganda.*

*Plin. l. 9. cap. 63.*

EAndem ob cauſam factum putant, vt Mæcenas ille Auguſto chariſſimus Rana Seriphia literas ſignaret, cuius hoc eſt ingenium, vt perpetuo ſilentio torpeſcat. Cyrenis mutæ fuere Ranæ illatis è continente vocalibus durat genus earum. Mutæ ſunt etiam nunc in Seripho inſula.

*Seneca.*

Ap. Significat eximiam ſilentij fidem, qua ſibi commiſſa Principis arcana ſeruaret. *Vt quiſque contemptiſſimus, & maximè ludibrio eſt, ita ſolutiſſimæ linguæ eſt.*



Digitized by Google

## LXXVII. LAMPAS AD RANAS.

*Calumniatorum repreſſio.*

OBSTREPVNT vt ſolent inſanis clamoribus ranæ, & Mineruæ ipſi moleſtæ ſunt, quæ apud Homerum queritur, ſibi infeſta ranarum coaxatione caput obtuſum, & ſoporem, quem vel maximè deſiderabat, negatum. At ſi lampadem lacui, in quo tumultuantur ranæ, imminentem appendi cures, repentè, vt aiunt, luminis fulgore percuſſæ conticeſcunt.

AP. Ranæ calumniatores ſunt, qui ne Mineruæ quidem, hoc eſt, literatis hominibus parcunt, & vſquequaque tumultuantur, ac ſi virtutis fulgor paulatim diſcuſſis tenebris clarior emicuerit, aut illuſtris alicuius viri præſtantia compreſſerit, obmuteſcunt. *Horat. Satyr. 3. lib. 2.*

*Inuidiam placare paras virtute relicta?*
*Contemnere miſer, vitanda eſt improba ſiren*
*Deſidia, aut quicquid vita meliore paraſti.*

## LXXVIII. SARGI CAPTVRA.

*Semen calamitatis cupiditas.*

SARGIS piſcibus idonea domicilia ſaxa & cauernæ ſunt, quæ non ſatis luminibus illuminantur, ſed tanquam feneſtellas paruulas habent, tanto interuallo diſtantes, quo pertinere & permeare ſolis ſplendor, earumque diſtantiam lumen Solis complere poſſit. Cùm enim Sargi luce delectantur, tum verò Solis maximè radios ſitienter expetunt. In loco multi eodem habitant. Apud paludes & breuia vitam agunt, vicinam proximam & continentem ſe habere gaudent. Capras vehementiſſimè amant. Namque cum caprarum proximè & ſecundum litus paſcentium vnius aut alterius vmbra in mari apparuerit, protinus gaudio exilientes, ſummo ſtudio adna-

rant, ac ſaltu non admodum ad ſaltandum idonei capras attingere fruſtrà affectant. Senſum caprini odoris percipiunt, etſi ſub fluctibus natant, itaque voluptate geſtientes, ad eas accedere ſtudent. Quoniam verò circa amorem adeo infelices ſunt, ex his idcircò capiuntur, quæ tantoperè deſiderant. Nam piſcator caprinam pellem extractam cum cornibus induens, inſidias parat, Sole à tergo relicto, atque farinam caprino iure madefactam in eam maris partem ſpargit, ac abijcit, vbi habitare ſolent Sargi: quibus tanquam philtro quodam odoris ſupradicti allectati accedunt, farina veſcuntur, pelle aſſimilatæ capræ permulcentur. Ex his autem piſcator multos hamo robuſto capit: cuius linea alba non ex arundine appenſa eſt, ſed virga de cornu arbore: ſimulac enim ad hamum adhæſerit piſcis, ſubtrahere expeditiſſimè conuenit, nec alios conturbet. Manu etiam capiuntur, ſi quis ſpinas, quas ad tuitionem ſui excitant, à capite ad partem inferiorem reuocando & flectendo declinet, premendoque ex lapidibus in quos ad latendum ſe compellunt, extrahat. Sic plumatis tuniculis amicti aucupes, ceruorum tergoribus venatores. Contra purpurati Taurum, albati Elephantum fugiunt.

*Ælian. l. 1. de Anim. cap. 23. Plut. in Fortit. Abex. p. 588.*

APODOSIS.

Species, & vmbræ rerum decipiunt multos. Ea enim eſt ars Dæmonis, vt ſi cuius rei nos videat cupiditate illectos, eius vaniſſimam ingerat imaginem, & ſe in ea quæ amamus ipſe componat, quo nos facilius decipiat. Amore igitur, quaſi ſagena cœcos venatur:

Τόσσος ἔρως καὶ τοῖσιν ἐς ἀΐδος ἡγεμονεὺς.
Ἐσθορέειν κευθμῶνας ἀνοστήτοιο λόχοιο.
Opian. l. 4. ἁλιευτ.

LXXIX.

# LXXIX, SCARI CAPTVRA.

*Mors ex luxuria.*

SCARVS cum alijs herbis marinis,tum alga veſcitur,omnium piſcium ad Venerem eſt inflammatiſſimus. Cauſa cur capiatur eſt cupiditas inexplebilis in fœminam. Ea non ignorantes rei piſcatoriæ peritiſſimi, hoc modo ei inſidias ponunt, vt comprehenſæ fœminæ ſummum os ad tenuem funiculū ex ſpartò confectum alligent,eamque viuā per mare trahant, vbi eorum cubilia eſſe, & in quem locum congregentur,nórunt. Conficiunt etiam graue plumbum figura rotundum longitudine trium digitorum, quo ex chordis appenſo, trahitur Scarus fœmina captiua. Aliquis eorum naſſæ in piſcatorio nauigio accommodatæ os latè diducit, datque operam, vt naſſa in Scarum captū conuertatur. Ea enim ſenſim demittitur,lapide certam menſuram facto. Mares verò non aliter,quam homines ad conſpectam amatam libidinis furore feruntur, circumque eam concurſantes,alius alium præuertere, eique appropinquare & contingere ſtudent,vt ſolent iuuenes vehementer amantes,aut oſculum, aut vellicationē, aut aliquod quodpiam furtum amatorium venantes qui deducit fœminam ſenſim & pedetentim, inſidijs collocatis, rectà ad naſſam, cum amata diceres ducere amantes. Cùm proximè ad naſſam hi acceſſerunt,plumbum in interiorem partem à piſcatore traductum, & linea decidens fœminam in naſſā detrahit, quo ſimul influentes mares capiuntur: ac pœnam dant Scari eiuſmodi furentis libidinis. *Æl. l. 1. c. 2. Meminit. & Opp. l. 3. ἁλιευ.*

AP. Obſcœni homines libidine in maxima capitis diſcrimina adducuntur, & tamen vt Scari tunc putant ſe, *Oppian. ἁλιευτ.*

Νίκης γλυκύδωρον ἰδῶν κράτος.

LXXX.

Digitized by Google

## LXXX. ΣΚΟΛΟΠΙΣ.

*Diuitiæ exitioſa.*

CALLISTHENES Sybarita 13. rerum Gallicarũ. Naſcitur (inquit) in Arari Piſcis ab indigenis σκόλοπις nominatus, qui ſecundum aucta Lunæ albus eſt, ſecundum damna verò, omnino niger, & cum in extremam creuit magnitudinem, à propriis ſpinis confoditur, ὑπεραυξήσας δὲ, ἀναιρεῖται ὑπὸ τῶν ἀκανθῶν.

APODOSIS.

Diues auarus, & inconſtans opportunè hac parabola ſignificatur, cui ſæpè nimiæ ſpinæ, hoc eſt diuitiæ, ſunt exitio.

*Hoc habuiſſe fuit quod periiſſe fuit.*

## LXXXI. SEPIA.

*Hæreticus conuiciator.*

Æl. l. 1. de Anim. cap. 34. CVM ſe à peritis piſcatoribus captari cognoſcit Sepia, ſuum attamentum, ἀπόσφαγμα, emittit, quo circumfuſa, ab oculis piſcantium remouetur, eorumque perſtringit oculos: piſcatores verò, cum ſit in eorum oculis, nihil tale vident. Sic Ænea tenebris circumſepto fefellit Achillem Neptunus, vt ait Homerus.

AP. Hæretici poſtquam firmis rationibus vrgentur, venenum calumniarum diffundunt, quo effugiant. Simile eſt quod Plin. habet de Bonaſo. *Tradunt*
lib. 8. c. 15. *in Pæonia feram quæ Bonaſus vocetur, equina iuba, cætera tauro ſimilem, cornibus ita in ſe flexis, vt non ſint vtilia pugnæ: quapropter fuga ſibi auxiliari, reddentem in ea fimum cuius contactus ſequentes vt ignis aliquis amburat.*

LXXXII.

## LXXXII. SEPIÆ ATRAMENTVM.

*Calumniatorum libri.*

SI lucerna infuſo Sepiæ atramento accendatur, aſtantium vultus horribiles, & planè æthiopicos videri facit, quod Anaxilao tribuitur commentum. *Pl. l. 32. c. 10.*

Ap. Sepiæ atramentum eſt calumnia, quæ lucem quâ quid purius eſt: inficit, & præclaros alioqui homines tetra ſpecie induit: vnde grauem malorum ſarcinam in ſuum plerumque caput euocat. Nũ merito calumniatori inclamandum?

*Sed miſerere tui, rapido nec perditus ore* *Martia. lib. 6.*
*Fumantem naſum viui tentaueris vrſi:*
*Sit placidus licet, & lambat digitoſque manuſque,*
*Si dolor, & bilis, ſi iuſta coegerit ira,*
*Vrſus erit: vacua dentes in pelle fatiges,*
*Et tacitus quæras quam poſſis rodere carnem.*

## *LXXXIII.* SEPIA AD SAXVM.

*Fides.*

SEPIAM aiunt ſæuiente tempeſtate minora ſaxa prehendere, & in iiſdem vtraque promuſcide velut anchora ſtabilitam quieſcere. *Ath. l. 8. p. 323.*

APODOSIS.

Fides eſt ſaxum firmiſſimum, quo fluctante opinionum ſalo, excipi & teneri oportet: ὑποβάθρα μὲν τοι καὶ κρηπὶς ἡ πίστις. Theodoret. *Theod. λογ. α. περὶ πίστεως.*

## LXXXIV. SIRENES.

*Inuidia.*

SIRENES aiunt ſæuiente tempeſtate, quam ſuauiſſimè canere, contra ſereno cœlo & tranquillo mari triſtes obmuteſcere.

Apo.

Digitized by Google

De vita contemplatiua lib. 3.

APOD. Inuidos aliorum res aduerſæ vehementer oblectant, proſperæ contriſtant & deijciunt. *Proſp.* de bonorum malis gaudent, de profectibus lugent, de inimicitijs gratuitis ardent, deprehendi pectoris ſui malitiam timent, ſemper amari: nunquam certi, Amici diaboli, Inimici etiam ſui, omnibus odioſi, ad gaudenda auxij, ad plangenda læti, vtrobique diſperſi.

---

## LXXXV. STELLA.

*Veri amoris vis inextinguibilis.*

STELLA piſcis qui ab Ariſtotele ἀστὴρ quòd in Stellæ modũ præclaro ludentis naturæ artificio ſit eſformatus: Brachijs enim quaſi radijs quinque diffuſus expanditur: in radiorum medio os eſt ſine gula: inde alimentum in quinque partes diſtribuitur, vt in echinis internæ partes omnes indiſcretæ ſunt, vt in vrticis. Radiorum particulæ vinculis tenuibus connexæ faſcilè diſrumpuntur. Aſpectu pulcherrimus eſt, ob exquiſitam partium compagem. Habet autem tam igneum feruorem, vt omnia in mari contacta adurat, omnem cibum ſtatim peragat. Ariſt. li. 5. οὕτω θερμὸς ἐστὶ τὴν φύσιν ὥστε ὅ,τι ἂν λάβῃ παραχρῆμα ἐξαιρούμενον διεφθὸν εἶναι.

AP. *Æternus eſt nulliſque domabilis vndis.*

---

## LXXXVI. THYMALLVS PISCIS CAPTVS A CVLICE.

*Cenedoxus.*

Ælian. lib. 14. cap. 12.

PISCEM Thymallum Ticinus Italiæ fluuius procreat, qui ad cubiti magnitudinem accedit. eius capti odor non indignam admirationem habet, non enim vt cæteri piſces, piſculentum quendam mittit odorem, imò verò exiſtimes te eius gentilem herbam recentem ex terra lecta manibus tenere, tanta

ſane

Digitized by Google

ſanè odoris ſuauitaté fragrat; vt qui eum ipſum non videt, Thymum ſe geſtare putet atque is cum talis ſit, à culice vili beſtiola, cuius eſca imprimis delectatur, capi ſolet.

AP. Tales quidem ſunt præſtanti ſingularium ornamentorum flore viri, qui cum retia declinent maiorum cupiditatum, vanæ gloriolæ aura & rumuſculis capiuntur. Num Thymallus tam vili beſtia captus iure inclamaret,

*Te naturæ dedecus,*
*Quod ferre certè cogor, bis videor mori.*

---

## LXXXVII. TESTVDO MARINA.

*Proſperitas periculoſa.*

TESTVDINES tantæ magnitudinis Indicum mare emittit, vt ſingularum ſuperficies habitabiles caſas integant. capiuntur quidem multis modis, ſed maximè euectæ in ſumma pelagi, antemeridiano tempore plandito, eminente toto dorſo per tranquilla fluitantes. Quæ voluptas liberè ſpirandi in tantum fallit oblitas ſui, vt ſolis vapore ſiccato cortice, non queant mergi, inuitæque fluitent, opportunæ venantium prædæ. *Pl. 9. c. 10.*

APODOSIS.

Proſperæ fortunæ flatu ſæpe deliniti homines ſui obliuiſcuntur, & in acerbiſſima mala incidunt. fortuna quos nimium fouet, ſtultos facit. Syrus.

*O funeſtus multis populi*
*Diruſq; fauor, qui cum flatu*
*Vela ſecundo ratis impleuit,*
*Vexitque procul, languidus idem*
*Deſerit alto, ſæuoque mari.*

*Senec. in Octauia.*

LXXXVIII.

Digitized by Google

## LXXXVIII. THEVDITES.

*Milites ignaui.*

Plut. in Apoph. reg.

TOis Ερετριᾶς ἐπισκώπτων ἔλεγεν, ὥσπερ Θευδίταις μάχαιραν μὲν ἔχειν, καρδίαν δὲ μὴ ἔχειν. Eretrienſes ſubſannans Themiſtocles, dicebat, Theuditum more gladium quidem habere, cor autem non habere.

AP. In ignauos, & imbelles, qui arma quidem, & præſidia habent quibus ſe aduerſus hoſtes tueantur; ſed animi imbecillitate, iiſdem vti non poſſunt.

*Sine animis nil arma.*

Vel vt habet Accius in Epigonis,

*Sine animo anima eſt debilis.*

## LXXXIX. TROCTA ΤΡΩΚΤΗΣ.

*Calliditas.*

Ael. lib. 1. cap. 5.

PIſcis Trocta, cuius naturam, nomen & os declarant, dentes habet frequentes & continentes, quibus quicquid inciderit perfringere poteſt, hamo captus ſolus ex piſcibus non ſe ab hamo retrahit, ſed impellit ſeſe in ferrum, chordam conſumere cupiens. Piſcatores contra machinantur magnas anſas: ille verò quoniam quodammodo valet ſaltu, anſas ſæpè tranſilit, ac linea qua agitur conciſa, ad domicilia reuertitur.

APODOSIS.

Callidus callidum captans, ſæpè hamum perdit: Solent enim quod ait prouerbium,

Αλωπεκίζειν πρὸς ἑτέραν ἀλώπεκα,

*Contra vulpem vulpinari.*



Digitized by Google

## XC. VRANOSCOPVS.

*Vigil prudentia.*

VRANOSCOPVS piſcis præter omnium ani-mantium naturam, vnum oculum in ſummo capitis vertice habet, quo intendens, ſemper inſidias vitat reliquorum piſcium. *Iſi. c. 6. l. 12.*

APODOSIS.

Prudentis typus eſt Vranoſcopus, qui ſemper erecto in cœlum oculo Deum contemplatur, & occurſantes in hoc vitæ pelago caſus vigili circum-ſpectione declinat. Opus, ſi quando alias, hoc lumine.

πλείη μὲν γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα.

Heſiod. ἔργ. Porro Vranoſcopus, idem eſt, qui ab Athenæo Ἀγνὸς & καλλιώνυμος appellatur, lib. 8. piſcis pedali magnitudine, ſine ſquamis, capite magno, oſſeo, aſpero, Ranæ piſcatricis capiti haud abſimili.



Digitized by Google

# PARABOLARVM
## HISTORICARVM
## LIBER NONVS.
## SERPENTES ET INSECTA.

### I. SERPENS.

*Amor ſobolis.*

MULTIS quidem in animalibus cernitur inſignis erga ſuos fœtus φιλοστοργία: ſed nihil admirabilius eſt ſerpente, per ferrum & flammas ad teneram ſobolem liberandam traijciente. Narrat quippe Funccius ſe Loſtorfij vidiſſe, cum non fœtus quidem, ſed ouum tantum vnius ſerpentis in fornacem proiectum eſſet, matrem ipſam cum feſtinatione acceſſiſſe ſibilantem, odore nimirum percepto, & fornacẽ ingreſſam eſſe, licet aſtantibus quibuſdam viris à quibus partim baculis occiſa eſt, partim igne læſa.

Sta. Theb. 1. AP. Ingens eſt vis φιλοστοργίας.

*Sic lea quam ſæuo fœtam preſſere cubili*
*Venantes Numidæ, natos erecta ſuperſtat,*
*Mente ſub incerta toruum ac miſerabile frendens,*
*Illa quidem turbare globos, & frangere morſu*
*Tela queat, ſed prolis amor crudelia vincit*
*Pectora, & in media catulos circumſpicit ira.*

II. SER-

Digitized by Google

## II. SERPENTES MESOPOTAMIAE.

*Exterorum odium.*

IN Meſopotamia Syriæ regione, & in Iſtronte exigui quidam ſerpentes naſcuntur, qui indigenas non mordeant, at in externos magnopere ſæuiant. *Ariſt. de admir. c. 14.*

AP. Veteratores plerique quod populares ſuos, vt ſatis callidos decipere non poſſint, in externos omnia tela emittunt, & ſi quando in eorum manus incidunt, crudeliter diuexant: quod maximè faciunt togati illi vulturij iuriſperitorum, & omnis prudentiæ inimici, quos Ammianus tam diſertè deſcribit. Cauenda lex eſt ξενίας, quæ violatur, cum exteri, pauperes, & ab omni patrocinio deſtituti, à callidis & nefarijs opprimuntur. Atlas propter morum erga hoſpites inconditam aſperitatem diſertè fingitur à Poëtis verſus in montem.

*Quantus erat mons factus Atlas: nam barba comæq;* *Ou. 4. Met.*
*In ſyluas abeunt, iuga ſunt humerique manuſq;*
*Quod caput ante fuit ſummo eſt in monte cacumen,*
*Oſſa lapis fiunt.*

## III. SERPENTES VOLATILES.

*Dæmones.*

IN India quibuſdam in locis ſerpentes ſunt binorum cubitorum membraneis alis, vt veſpertiliones, ij per noctem volant, & lotij aut ſudoris ſtillas demittunt, quæ non cauentium corpora ſoluunt in putredinem. *Strab. l. 15*

APODOSIS.

Dæmones hominibus inſidiantes hac pictura non male adumbrantur, qui miſeris inſultant, atque illudunt. Spargunt enim in terris fœdiſſimum voluptatum cœnum, quo ſi animi fuerint implicati,



Digitized by Google

humi repunt cœleſtium bonorum obliti : At vero qui fortiter hanc malorum illecebram contemnunt, feliciſſimum vitæ curſum tenent, & ad beatorum domicilium liberiori penna contendunt. Hoc præclarè deſcribit Prudentius.

*In Hamart. aduerſus Martion. 870.*

*Haud ſecus ac ſi olim per ſudum lactea fortè*
*Lapſa columbarum nubes deſcendat in aruum*
*Ruris frugiferi, laqueos vbi callidus auceps*
*Prætendit, lentoq; inleuit vimina viſco,*
*Sparſit & inſidias ſiliquis, vel farre doloſo,*
*Inyciunt altas fallentia grana, gulamq;*
*Innectunt auidam tortæ retinacula ſetæ,*
*Molle vel implicitas gluten circumligat alas.*
*Aſt aliæ quas nullus amor prolectat edendi,*
*Greſſibus innocuis ſterili ſpatiantur in herba,*
*Suſpectamq; cauent oculos conuertere ad eſcam.*
*Mox vbi iam cœlo reuolandum, Pars petit æthram*
*Liberam ſideream, plaudens ſuper aëra pennis.*
*Pars captiua iacet, laceris & ſaucia plumis*
*Pugnat humi, & volucres nequicquam ſuſpicit auras.*
*Sic animas cœli de fontibus vnicolores*
*Infudit natura ſolo; ſed ſuauibus iſtis*
*Deuinctæ illecebris retinentur, & æthera paucæ*
*Concendunt reduces, multas viſcoſus ineſcat*
*Paſtus & ad ſuperas procurrere non ſinit auras.*

---

## IV. SERPENS VETVSTATEM EXVENS IN RIMA.

### *Humilitas vitæ.*

SICVT impoſſibile eſt vt ſerpens vetuſtatem exuat, niſi anguſtam rimam ingrediatur : in nos quoque anticipationes veteres, & vetuſtatem animæ, veteriſque hominis, niſi per anguſtam & arctam ignominiæ tranſeamus viam. Quando parſimoniam diſcit qui epularibus cœnis & largis dapibus aſſue-

aſſueuit? & qui pretioſa veſte conſpicuus in auro atque purpura fulſit, ad plebeium ſe ac ſimplicem cultum quando deponit? faſcibus ille oblectatus, & honoribus priuatus & inglorius eſſe non poteſt. Hic ſtipatus clientium cuneis, frequentiori comitatu officioſi agminis honeſtatus pœnam putat cũ ſolus eſt. Tenacibus ſemper illecebris aſſuetum neceſſe eſt vt vinolentia inuitet, inflet ſuperbia, iracundia inflammet, rapacitas inquietet, crudelitas ſtimulet, ambitio delectet, libido præcipitet. Quod igitur remedium, niſi veteres exuuiæ in anguſta rima deponantur? *Cyprian. ad Donat.*

## V. ANIMALCVLA PHOEDONIS.

*Conuerſationis vis.*

MINVTA quædam, vt ait Phœdon, Animalia cum mordent non ſentiuntur, adeò tenuis illis & fallens in periculum vis eſt, tumor indicat morſum, & in ipſo tumore nullum vulnus apparet.

AP. *Ex ipſo Senec. ep. 94.*

Idem tibi in conuerſatione virorum ſapientium eueniet, non deprehendes quemadmodum aut quando tibi proſit, profuiſſe deprehendes. Idem & aptius de improborum conſuetudine dici poteſt,

*Quis non è timidis ægri contagia vitat*
*Vicinum metuens ne trahat inde malum?*

## VI. APES VNGVENTIS INFESTÆ.

*Caſtitas à fuco & pigmentis aliena.*

APES odêre fœdos odores, proculque fugiunt, ſed & infectos: itaque vnguenta redolentes infeſtant, ipſæ plurimorum animalium iniurijs infeſtæ. *Plin lib. 11. cap. 17*

AP. Apes ſtudioſos caſtimoniæ ſignificant, qui

qui non modo tetrum libidinis odorem, ſed ipſa pigmenta, & fucum, quibus aliquando parentatur Veneri, odere.

Οὐδὲ μύρων μαλακὴ με διέδρα με θῆλυς ἀϋτμή.

*Neque vnguentorum mollis & effœminatus me perfudit odor.* Procul à ſolida virtute ῥιπτενισμοί χηλυδριώδεις, vt loquitur Clemens Alexandrinus, quos etiam Tertullianus tantopere inſectatur in mulieribus, libro de cultu fœminarum. Ἀφυΐας σημεῖον τὸ ἐνδιατρίβειν τοῖς περὶ τὸ σῶμα. *Degeneris ſignum eſt inſiſtere iis quæ corporis ſunt.*

## VII. APVM DIREPTIO PER FVMVM.

*Vna gloria ſpoliat virtutes.*

Plin. l. 11. cap. 16. Virgil. Æne. 12.

CVM exiguntur mella, fumo abiguntur apes.

*Incluſas vt cum latebroſo in pumice paſtor*
*Veſtigauit apes fumoq; impleuit amaro,*
*Illa intus trepidæ rerum per cerea caſtra*
*Diſcurrunt, magniſque acuunt clamoribus iras.*
*Voluitur ater odor tectis; tum murmure cæco*
*Intus ſaxa ſonant, vacuas it fumus ad auras.*

Ap. Raptores ſæpè aut fumo vitam noſtram inficiunt, aut moleſtiam pariunt, quo prædentur facilius. Poteſt & fumus cum vna gloria rectè comparari, qua offuſa dæmon liquentia bonorum operum mella diripuit. φύγωμεν οὖν κενοδοξίαν, τὸν γλυκὸν σκυλευτὴν πνευματικοῦ πλούτου. Baſilius. Odium vero quo apes fumum proſequuntur ſignificat, eos qui Deo mellificant, nihil æque offendere quam humanarum laudum fumus lædit. Κόμπος καὶ τῦφος καὶ δόξα κενὴ οὐ συνιστᾶ τῇ ἄνω λαμπρότητι. Iſidorus Peluſ. *Pompa & faſtus, & inanis gloria, cum cœleſti luce non bene congruunt.*

VIII

## VIII. MEL HEPTACOMETARVM.

*Voluptas fallax.*

HEPTACOMETAE ſiue ſeptempagani mel legunt ex ſummis arborum ramis, quod homines adigit ad inſaniam; huius cum crateras Pompeianis militibus propinaſſent, à ſenſu alienatas tres eorundem cohortes conciderunt. Strab. l. 12. p. 577.

AP. Voluptas mellis illecebra aucupatur, quos ferro deinde laniat.

*Impia ſub dulci melle venena latent.*

Itaque reſpondendum eſt voluptati ad ſua lenocinia ſtimulanti, quod Aſinus apud Phædrum hero iubenti ſibi reliquias hordei dari, quas porcellus repente mactatus conficere non potuerat.

*Tuum libenter prorſus appeterem cibum.*

*Niſi qui nutritus illo eſt iugulatus foret.* Phædrus l. 5. 85.

Videtur planè voluptas ſimilis illi Gelopum Fonticulo, cuius meminit Ariſtoteles in admirandis. Habet aquas mirè pellucidas, & puris fontibus concolores. Verum vbi animal quoduis ex illis guſtauerit, continuo moritur. Fonticulus Gelopum.

## IX. MEL HIRCANIÆ.

*Bona humana ſeu voluptates humanæ.*

IN Hircania frequens arbor faciem quercus habet, cuius folia multo melle tinguntur, ſed niſi ſolis ortum incolæ occupauerint, vel modico tempoore ſuccus exinguitur. Quint. Curt. l. 6.

AP. Nos in hac vita humanarum quærimus ſolatia miſeriarum, bona fragilia, quæ primum mellea videntur, ita ſictæ dulcedinis inſana tenemur cupiditate. Sed vix cœleſtis gratiæ radius illuxit, cum iſta ſorbentur, & in fumos euaneſcunt, quæ magnam in



Digitized by Google

ſe ſpeciem, magnam continere videbantur ſuauitatem.

## X. ARANEÆ.

*Prudentia.*

*Plin. l. 11. cap. 29.*

ARANEAE incremento animum futuro telas ſuas latius tollunt.

AP. Hac tabula ſignificatur prouidentia contra aduerſa, quæ ſi inſtar fluuiorum aduerſus nos creſcant, opera noſtra ſupra rerum humanarum procellas & turbines ad cœlum erigenda, & in Deo vbi perpetuum ſerenum eſt, collocanda.

*In ſolo mens tuta Deo.*

## XI. ARANEÆ APVLÆ REMEDIVM MVSICA.

*Philoſophia vitijs medetur.*

*Pet. Hiſp. Alex. in die genialibus.*

ARANEAE Apulæ morſus peſtifer ſanatur muſica, læſus enim cum iam audit Muſicæ ſonitum, ſe dat in choream, qua tamdiu exercendus eſt, vt delaſſetur, & veneni vis diſſipetur.

AP. Araneæ morſus peſtiferi ſunt affectus & permotiones mentis, in animæ perniciem incitari, qui blanda ſapientis viri oratione quaſi harmonia cæleſti deferueſcunt, & ad æquitatem reuocantur. Hoc præſtat Philoſophia, non verboſa illa quidem, ſed πρακτικὴ. qua qui ſunt prædití, *Veri ſunt mundi ciues. cæteri autem,* quod aiebat Epictetus, *peregrini.* καθάπερ οἱ εἰς ξένην πόλιν ἐλθόντες. Eſt autem Philoſophia nobile illud Nepenthes, obliuionem malorum afferens.

*Nepenthes. Lapis.*

Αχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων. Ab Helena vtique omnibus mortalibus propinandum (inquit Plinus) In eodem genere eſt lapis πανσίλυπος, qui reper-

repertus mœrorem diſcutit: ὃν ἐὰν εὕρῃ τις πένθων, παύεται παραχρῆμα τῆς κατεχούσης αὐτὸν συμφορᾶς. *Iaſ. Byzah. in Tragicis, & Plut. in Strymone.*

## XII. ARANEÆ THEBANORVM.

*Vates & ſcriptores infauſti*

THEBIS araneæ, quæ circa legiferæ Cereris valuas telas olim, & eas apprimè candidas texuerant, adorientibus iam fines Macedonibus, nigro omnia opere compleuerunt. *Pauſan. in Bœoticis. p. 287.*

Ap. Symbolum infelicitatis eſt nigra tela: vnde nigræ vitæ & fati ſtamina dicuntur à poëtis in re infauſta, quia τὸ μέλαν, inquit Pythagoras, τοῦ κακοδαίμονος. Contra aurea vel purpurea Parcarum fila dicuntur, ad ſignificationem immenſæ felicitatis. Alluſit Martial. *l. 6. de filio Domitiani.*

*Ipſa tibi niueo trahet aurea pollice fila,*
*Et totam Phryxi Iulia nebit ouem.*

## XIII. ARANEARVM VENATOR.

*Vanitatum ſectator.*

IOCABATVR Heliogabalus ita cum ſeruis, vt eos iuberet millena pondo ſibi aranearum deferre propoſito præmio, collegiſſeque dicitur decem millia pondo aranearum, dicens & hinc intelligendum quam magna eſſet Roma. *Æl. Lamp. in Heliogab.*

Ap. Quid aliud quam araneas conſectantur qui res opeſque humanas aranearum telis ſubnixas tam auidè colligunt, vt ſe ad vnum natos putent? At is quo gloriantur,

*Murus aranea fiet.*

Num ſtolida res eſt in nauigatione, vbi in portum eſt ventum, ſi exeas aquatum, cochleas interim aut bulbulos colligas, in quibus dum totus ſis, gubernatorem, & nauim, & curſum inſtitutum relinquas; At tales ſunt res humanæ, κοχλίδια καὶ βολβάρια, vt *Paulinus.*

 ſapiens

Digitized by Google

ſapiens Epictetus loquitur, quæ multi, dum legunt auidius, æternæ felicitatis ad quam vocati ſunt obliuiſcuntur

## XIV. ARANEVS.

*Labor.*

TExtrinam & lanificia deam nomine Erganem inueniſſe fama hominum celebratũ eſt. Araneus verò ad textrinum opus ſua ſponte naturaque natus eſt. (*Ælianus.*) Non enim textili artificio ſtudet, neque aliunde filum aſſumit, ſed ex ſuo ventre ſtamina deducit, & irretiendis leuiſſimis volucribus venabula contexit, atque in retis ſpeciem diffundit. Porro eodem, quem ad texendum de ventre ſuo detrahit ſucco: ventrem ſuum ſtudioſiſſime alit. Mulieres ſanè quæ maxime ad nendi artificium digitorum argutijs valent, filumque elaboratiſſimum conficere præclare ſciunt, non cum eo ſubtilitate operis ſunt conferendæ, huius nimirum filum tenuitate pilum vincit.

### APODOSIS.

(*Epichar apud Stob. ſerm. 2.*) Vis tibi rem comparare? tui ſudoris impenſis opus eſt, τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τ' ἀγαθὰ θεοί. De Arachne autem texente præclarè Ouidius. (*l. 6. Metam.*)

*Siue rudem primos lanam glomerabat in orbes,*
*Seu digitis ſubigebat opus, repetitaque longo*
*Vellera molliebat nebulas æquantia tractu.*

D. Auguſtinus Araneum putat eſſe ſymbolum vanitatis huius vitæ, ſupra *Pſalm.* 83. Aranea huc illuc diſcurrit, & texit tota die; & labor quidem grandis eſt, ſed effectus nullus: ſic & vita hominum huc illucque diſcurrit: poſſeſſiones quærimus, diuitias appetimus, procreamus filios, in regna ſuſtollimur, & omnia facimus, & non intelligimus, quod Araneæ telam teximus.

XV.

## XV. ARVNDO RANARVM ÆGYPTIARVM HYDRO SVPERIOR.

*Crux.*

PECVLIARI quadam ſapientia præditum eſt ranarum Ægyptiarum genus, & reliquis maximè præcellit. Si enim in Hydrum Nili alumnum incidat rana, ſubito demordet fruſtum arundinis, & id obliquum gerens mordicuſque tenens non remittit pro virili parte, ille verò ranam cum ipſa arundine deglutire non poteſt, non enim tantam amplitudinẽ habet, quantum arundo extenditur. Atque ita ranæ prudentia vincunt Hydrorum robur. Ælian. *Var. Hiſt. l. 1. c. 5.*

AP. Nili inſtar mundus eſt: Hydrus Dæmonis: ranæ Ægyptiæ, prudens Chriſtianus. Arundinis crux Chriſti, quam ſi quis fortiter apprehenderit, nunquã in inferni Alaſtoris poteſtatem deueniet. *Paulinus ad Cytheriũ.*

*Hoc fronte ſignum Chriſtianis emicat,*
*Quo mors ſubacta corruit.*

## XVI. ASPIS ÆGYPTIA.

*Hoſpitalitas non violanda.*

ASPIS ab Ægyptia patria ſuperſtitione familiariter enutrita, ad ipſam hoſpitis menſam aſſiduè ventitabat: quæ cum catulos enixa eſſet, vnus hoſpitis filium enecat, regeſſà parens intellecto facinore filium ipſa ſuum morte multauit, & ſibi voluntarium exilium indixit. *Plutarch.*

AP. Hoſpitalitatis iura diligenter ſeruanda, quibus antiqui Iouem ξένιον præſidere voluerunt, Latini hoſpitalem appellant. *Iouis illius quidem hoſpitalis numen nunquam celare potuiſſet.* Et hunc fallere ingens cenſebatur contra humanæ ſocietatis iura piaculum. Quamobrem erat quoque apud Athenienſes poſita lex ξενίας, qua iubebatur, quoſuis hoſpites *Tullius.*

Græ-

Græcos, maximè verò Theſſalos humaniſſimè exci-pi, quod ipſi Theſeo & Pirithoo hoſpitibus agrum aſſignaſſent.

---

## XVII. ASPIDES ÆGYPTIÆ.

*Regum ſanctitas*

ASpides in diadematibus pictas Ægyptiorum reges gerũt: ex eius beſtiæ forma regni firmi- Ælian. lib. 6. cap. 38. tate adumbratè ſignificantes, inuictum enim huius ſerpentis venenum eſt, & nemo vnquam ab eius morſu euaſiſſe dicitur. Earum quædam ad quinque cubitorum longitudinem accedunt, nonnullæ rutilo, nonnullæ nigro, cinereoque colore perſpiciuntur Amplius quatuor horas quos momorderint, viuere non queunt: eos ſtrangulatio, conuulſio, & ſingultus conſequitur.

ib. 3. AP. Ælianus igitur ad ſtabilitatem imperij refert, Diodorus Siculus hac Icone regum inuiolabilem ſanctitatem ſignificari ait, quos qui tetigerit, illic exilientes in ſe aſpides, hoc eſt diuinam Nemeſim experietur. D. Ignatius qui Chriſti contemporaneus in epiſt. ad Smyrnæos. fuiſſe creditur: τιμᾶν χρὴ τὸν βασιλέα· οὔτε γάρ τις κρείττων, ἢ θεοῦ μᾶλλον παραπλήσιος ἐν πᾶσί τις οὖσι. Oportet honorare regem, nullus enim præſtantior, aut Deo propior in hac rerum vniuerſitate.

---

## XVIII. BASILISCUS ÆGYPTIUS.

*Clementia Dei & ira.*

BAsiliscvs apud Ægyptios ex auro dedicabatur, capite accipitrino, oculis eo artificio confectis, vt claudi & aperiri poſſent: hunc ſimul atque oculis adapertis proferebant, vniuerſa Ægyptus lætitia atque hilaritate perfundebatur iocis conuiuiiſque ſoluta: quod ſi clauſis oculis efferreretur, ibi tum omnia mœrore luctuque confundi, auerſos & iratos

tosDeos exiſtimari, abdere ſe omnes in tenebras, miſerabilique deploratione deorum iracundiam mitigare. hæc ex Epie qui citatur ab Euſebio: mutuatur Pierius, qui ſuo more locos non citat. adde quod Epies Baſiliſci non meminit, ſed in genere ſerpentis. *Lib. 1. de præparatione Euangelica cap. 7.*

AP. Miſericordes Dei oculi mortales interna animi lætitia exhilarant, auerſi, tenebris & luctu funeſtant.

*Viget quodcumque videt.*

## XIX. BASILISCVS AD SPECVLVM MORIENS.

*Inuidus ſeu calumniator ſuis telis oppreſſus.*

BASILISCVS, vt eſt apud Solinum, & Ælianum, & qui eos compilauit, Maiolium, ad funera terrarum natus, ſerpens prorſus exitialis, ſolo aſpectu auras inficit, plantas vrit, necat animalia, ſaxa ipſa diſſoluit. Quod ſi ſe intueatur in ſpeculo, repercuſſo in ſe halitu, propriis telis necatur.

AP. Symbolum eſt inuidi, & calumniatoris, qui cum maledicta in puram animam eiaculatur, ſuis ipſe ſagittis conficitur: ſic in eam materiam luſit aliquis egregiæ indolis Poëta.

*Acer in aduerſo dum figit lumina vitro*
*Niliacæ ſerpens peſtis acerba plagæ:*
*Obſcurat glaciale decus lethalibus auris:*
*In caput authoris ſed redit omne ſcelus:*
*Namque repercuſſo in corpus ſpiramine, vitam*
*Quam dederat (mirum) ſpiritus ipſe rapit.*
*Sic cum peſtiferæ torques conuicia linguæ*
*In puros, proprio te iugulas gladio.*

## XX. BESTIOLA GONTRANI REGIS.

*Grates & parua rependunt.*

GONTRANVS Rex Burgundiæ inter venandum defeſſus ad placidi cuiuſdam riuuli molles ſuſurros

ros conſederat: quo in ſoporem ſoluto eius qui propè aſtabat armiger animaduertit ex Regis ore emergentem beſtiolam, quæ ſenſim ad riuum progrediens traiicere ſeſe vehementer cupere oſtendebat. Armiger illi nudum enſem inſtar pontis ferrei quo traijceret ſubſternit. Mox cum ad vlteriorem ripam peruenisset, ſe in ſpecus foramen abdidit, è quo ſtatim rediens iterum in os regis vnde digreſſa erat viſa eſt remeare. Quæ verò vigilans eques viderat, eadem regi in ſomnis contigerunt, exiſtimabat quippe ſe per pontem ferreum ad radices montis veniſſe, vbi magna vis auri eſſet recondita. Quamobrem in eo loco cum fodi iuſſiſſet, ingentem theſaurum reperit, quem in pios vſus erogauit.

*Ex Annalibus Francia*

APODOSIS.

Ferrum ſibi ſtratum ingenti auro penſabat beſtiola
Χάρις βαιοῖσιν ὀπηδεῖ.

---

## XXI. BVPRESTIS.

*Superbia.*

BVPRESTIS beſtiola eſt, quam ſi bos ſemel deuorauerit in immodicum tumorem molis, ardens excreſcit & rumpitur, πίμπραται καὶ ῥηγνύμενος ἀπόλλυται. Ælian. magnum Etymologicum, in voce βούπρησις, λάχανον eſſe dicis, βούπρησις λαχάνου ἀγρίου γένος λέγεται, διὰ τὸ τοὺς γευσαμένους αὐτοῦ μεγάλως πιμπρᾶσθαι.

*lib. de Ani. cap. 35.*

AP. Bouis inſtar eſt, laborioſus ſubditus: Bupreſtis beſtiola, ſuperbia, delicatum vitium & minus apparens, quam ipſum eſt: Tumor, elatio: diſruptio, interitus. Fulgentius epiſt. 3. ad Probam de virginitate, cap. 17. Cum fuco iuſtitiæ iniquitas tegitur, illa ſuperbiæ peſtilentia venenoſius ſerpit, illa periculoſius irrepit.

XXII.

## XXII. CICADA EVNOMII.

*Fortuna artem iuuat.*

EVNOMIVS Locrinus de cantu gloriabatur, & mulcebat ſanè, delectabatque auditorem. Accidit autem vt chordarum eius vna inter canendum fracta, cicada mox citharæ iugo inſidens ruptæ ſonum expleret. Certauit hic Eunomius cum Regino Delphis, & auxiliario cicadæ cantu vicit. τέττιγος ὠδῇ κρατεῖ τοῦ ἀντιαγωνιστοῦ. Phot. ſumpſit ex Conone. Meminit quoque Clemens Alexandr. admodum ornatè ἐκκρούεται δὲ χορδὴ τῷ λοκρῷ ἐφίπταται ὁ τέττιξ τῷ ζυγῷ, ἐτερέτιζεν ὡς ἐπὶ κλάδῳ τῷ ὀργάνῳ. *In epiſt. ad Ioannem Patricium. In protreptico ad gentes.*

A P. Parabola non abſurdè dicetur in eum, qui inchoatum opus à ſummis viris necdum perfectum explet feliciter, tanquam cicada Cithacæ fidibus aſſonans: vel in maximè fortunatos, quibus inopinata, & inaudita felicitas accidit. Poteſt & dici de eo, qui in aliquo opere ſuſcepto languet & hæret, ſed ſi blanda alicuius voce incitetur, animos reſumit, & vincit. Meminit Strabo, vbi ſtatuam dicit Eunomio erectam, æmulum quoque Eunomij Ariſtonem memorat. Commodè illud Martialis de hac cithara dicetur: *l. 6. p. 140*

*Si non erraſſet fecerat illa minus.*

## XXIII CICADÆ RHEGINÆ ET LOCRAE.

*Indocti elingues.*

RHEGINI, & Locri pacem inter ſe habent, atque vtriſque ad alterorum agros accedere, & agricolationem exercere liberum eſt. Cicadæ tamen cum ijs non ſentiunt: nam Locrenſes in Rhegino agro ſilent: Rheginæ viciſſim Locris mutæ ſunt huius ſilentij nec ipſe cauſam, nec quiſquam alius, niſi ad diſſerendum ſit temerè audax, intelligit: ſola natura

tura nouit, fluuij igitur, etſi inter Rheginos, & Locros medij ripæ non iugeris ſpatio diſtant, tamen neutræ tranſuolant Cicadæ. In Cephalenia fluuius eſt, qui inter Cicadarum ſterilitatem & copiam, medius interfluit. Ælian. *lib.* 3. *de Animal cap.* 9. hoc idem Pauſanias *in Eliacis lib. poſteriore.* & Strab. *lib.* 6. Cauſam affert, quod hæ ſunt in loco vmbroſo, itaque roris plenæ non diſtendunt membranas: alteræ, quia apricantur, membranas habent ſiccas, & corneas, quæ facilè reſonent.

AP. Imago pulchrè deſignat literatores, qui inter priuatos parietes ſunt garruli, ſed cum in Solem & puluerem venerint, repentè quaſi ſiderati conticeſcunt: vel etiam in milites, qui ad lucentem caminum inter pocula thraſonum minas eructant, iidem cum in aciem venerint, mulierculaquaque ſunt languidiores.

*Nonn. Dionyſ. lib.* 14.

## XXIV. CVLEX.

### *Dialecticus.*

*Origenes ſuper Exodum Homil.* 4.

DIALECTICOS per culices ſignificari putat Adamantius hic in aëre volitans ſenſum penè fugit oculorum. At corpus cum inſederit, tenui quidem ſed acuto ſtimulo terebrat.

AP. Illi minutis & ſubtilibus verborum ſtimulis animos terebrant, & tanta calliditate circumueniunt, vt deceptus nec videat, nec intelligat vnde decipiatur. Hoc indicare voluit Martianus Capella, vbi ingenioſo artificio Dialecticam deſcribit his verbis. *Lib.* 4. Quæ igitur introgreſſa eſt Delio conuocante pallidior paululum fœmina, ſed acri admodum viſu, & vibrantibus continua mobilitate luminibus, cui crines tortuoſi, decentique inflexione criſpati, & nexiles videbantur. Qui tamen deducti per quoſdam conſequentes gradus, ita formam totius capitis cir-

culabant, vt nihil deeſſe cerneres, nihil ſuperfluū detineres. Cui quidem pallium Athenarumque veſtitus; ſed geſtamen in manibus fuerat inopinum ac prorſus gymnaſiis omnibus inexpertum. In læua quippè ſerpens gyris immanibus inuolutus: in dextra formulæ quædam, florentibus diſcolora venuſtate cæteris ſolerter effigiatæ, latentis hami nexu interius tenebatur. ſed quoniam eius læua ſub pallio occulebat inſidias viperinas, cunctis dextra præbebatur. Denique ex illis formulis ſi quis aliquam percepiſſet, mox apprehenſus hamo ad latentis anguis viroſos circulos trahebatur.

## XXV. CVLICES LEONEM.

*Periculum ab infimis.*

CVLICES in India ſub ortum caniculæ tam infeſto agmine oriuntur, vt Leones partim ſtridore partim aculeis finibus exterminent.

*Agathar. apud. Phot. lib. 16. hæc fuſè Amm. lib. 18. c. 10.*

AP. Nihil tam magnum, cui non periculum ſit ab infimo: infima quoque ſenſim ad magnas vires excreſcunt.

*Sic ille magni paruus armenti comes,*
*Primiſq; nondum cornibus findens cutem,*
*Ceruice ſubito celſus, & fronte arduus,*
*Gregem paternum ducit, ac pecori imperat.*
*Quæ tenera cæſo virga de trunco ſtetit,*
*Par ipſa matri tempore exiguo ſubit,*
*Vmbraſque terris reddit, & cœlo nemus.*
*Sic malo relictus igne de magno cinis*
*Vires reſumit.*

*Seneca in Troade.*

## XXVI. DIPSAS.

ΔΙΨΑΣ.

*Auaritia.*

DIPSAS ſerpens pernicioſiſſimus, cuius venenum

ſe- ſtam

*Ælian. li. 6. de Animalib. c. 15.*

ſitim excitat ardentiſſimam, quæ nulla potione extinguitur, ſed in horas exardeſcit. Lucianus ſerpentem eſſe ait non admodum magnum, viperæ ſimilem, violento ictu, veneno craſſo, dolores illicò inducentem intolerabiles. Ardores enim immittit inextinguibiles, & putredines, & totum corpus adurit incendio, & qui ab illa icti fuerint, clamant non ſecus atque illi qui in ignem coniecti ſunt. Quod autem illos vehementiſſimè omnium affligit, & torquet illud eſt, cruciatus ſerpenti reſpondens cognomine. Eius enim morſum mox ſequitur bibendi inexplebilis auiditas, & quod maximè admirandum eſt, quantò plus biberint, tantò magis potum expetunt: ac ſubinde magis atque magis potando creſcit bibendi deſiderium. Neque illorum ſitim extinxeris, & ſi totum Nilum aut Danubium epotandum præſtiteris, verum irrigando morbum incendis, quemadmodum ſi quis oleo ignem conetur extinguere.

*Lucianus de Dipſadibus. & Lucian. lib. 9.*

AP. Dipſas eſt auaritia, quæ inexplebili pecuniarum ſiti miſeros mortales incendit. *Nunquam ſatiari nouit cupiditas, ſemper enim Auarus eget, quantoque magis acquirit, tanto plus quærit.*

*Iſid. lib. 2. de ſummo bono.*

## XXVII. DIPSAS.

*Hæreticus ſeductor.*

QVI rerum hiſtorias ſcripſerunt, Dipſadem tradunt quendam ſerpentem, talem veneni perniciem inducere. Etenim in locis quibuſdam, vbi fontes ſunt in petris, aut venæ, ſiue riuuli parui aquarum, quæ à petris funduntur in receptaculum aliquod, ipſa Dipſas aquam reperiens ac bibens, poſtquam bibit, venenum immittit in prædictas aquarum ſtationes, vt omne animal quod acceſſit & potu ſe ſatiauit, videatur ſibi quidem vtilitatem peperiſſe ex participatione aquæ: ſtatim vero circa aquarum receptaculum

*Epiphanius hæres. 34. contra Marcoſios.*

lum ex veneno Diſpadis ſuſcepto cadat, ac moriatur, quin & ſi aliquem percuſſerit eadem Diſpas, affectio doloris ex veneno ipſius vehementiori vi Vlſtoria prædito, ad ſitim & appetentiam potus vrget, ſemper ad bibendum ac ingerendum potum irritans. Ac percuſſus putat ſe aliquid vtilitatis accipere ad perniciem, quoties in lethali hoc dolore potum ſumit, vſum in ipſo potu expleto ventre, & non amplius ſuſcipiente, poſtea vna cum potu animam emittit: ſic etiam hic per poculum mortem operatur ac propinat ab ipſo ſeductis.

## XXVIII. DRACO AVES KATAΣIΓAZEI.

*Muſæ ad belli motum conticeſcunt.*

LEPIDVS in triumuiratu quodam loco deductus à magiſtratibus in nemoroſum hoſpitium, minaciter cum ijs poſtero die expoſtulauit ſomnum ademptum ſibi volucrum concentu. At illi draconem in longiſſima membrana circumdedere luco: eoque terrore aues tum ſiluiſſe narrantur, & poſtea cognitum eſt, ita poſſe compeſci. *Plin. l. 35, c. 11.*

APODOSIS.

Omnes vrbanæ res, omnia hæc noſtra præclara ſtudia, & hæc forenſis laus & induſtria, latent in præſidio ac tutela bellicæ virtutis, ſimul atque increpuit ſuſpicio tumultus, artes illico noſtræ conticeſcunt. Cicero pro Muræna. Cadit etiam in improbos qui truculento & minaci vultu terrent probos & doctos, eorumque conſilia & orationem diſcutiunt. Rarus ibi doctorum numerus: etenim Cicadæ eo ſunt ingenio, vt ijs locis non innaſcantur in quibus nullæ ſunt arbores, imò oliuam inter cæteras plantas maximè diligunt. ſic literæ bellorum tumultum odere, in pace & principum munificentia ſuauiſſimè conquieſcunt. *Ariſt lib. 3. de animal. c. 30.*



Digitized by Google

## XXIX. DRACO CRETENSIS.

*Gratus animus.*

CRETENSEM puerum Draco, quem is tenerum tener aluerat, in ſolitudine demum à latronibus interceptum audita voce liberat occiſis prædonibus. *Phot. Bibl.* Ælian. illuſtrem de hac materia hiſtoriam vide apud Ælian. *lib.* 10. *cap.* 48.

6. de Animal. c. 63.

AP. Multa ſimilia in hiſtorijs ad grati animi commendationem occurrunt. Qui & in ipſis brutis animantibus elucet non obſcurus. Nullum eſt omninò officium in vita referenda gratia magis neceſſarium, ex quo nihil ingrato indignius, qui tam ſancta humana ſocietatis iura violat. *Dixeris maledicta cuncta cum hominem ingratum dixeris. Ingrato homine terra peius nihil creat.*

Publ. Syrus
Auſon.

## XXX. DRACO NECANS ELEPHANTVM, ET VICISSIM A MORTVO PEREMPTVS.

*Vltus poſt fata.*

APVD Indos, ſicut audio, graues inter ſe gerunt inimicitias Draco & Elephantus, quare Dracones haud inſcij imperitique ex arboribus Elephantos ramos decerpere in paſtus ſuos ſolere: in has ipſas arbores primo ſerpunt, poſtea eam ſui corporis partem dimidiam quæ ad caudam pertinet, arborum frondibus circumtegunt, alteram partem anteriorem, funiculi inſtar appenſam dimittunt. Eò cum acceſſit Elephantus ad arboris ſurculos carpendos, Draco in huius ipſius oculos deſiliens effodit, deinde anteriore parte collum eius conſtringens, poſteriore flagellans, inuſitato & nouo quodam laqueo ſtrangulat. Ælian. meminit quoque Apul. *Florid. lib.* 1. Apud Indos immenſi Dracones cum immanibus Elephantis pa-

Lib. 6. c. 21. de Animal.

tis pari periculo in mutuam perniciem concertant: quippe lubrico volumine indepti reuinciunt, & illis expedire greſſum nequeuntibus, vel omnino abrumpere tenaciſſimorum ſerpentum ſquammeas pedicas, neceſſe ſit vltionem à ruina molis ſuæ, ac retentores ſuos toto corpore oblidere.

At Dæmon mentis lumen prius obſcurat, deinde præuaricatores ſuis implicatos laqueis acerbiſſimè trucidat. Cadit etiam in eos qui poſt fata vlciſcuntur.

*Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus vltor.*

## XXXI. DRACO A FORMICIS CONSVMPTVS.

*Princeps à populo oppreſſus.*

HIEROGLYPHICVM iſtud eſt in Tranquillo. Erat, inquit, Tiberio in oblectamentis ſerpens Draco, quem ex conſuetudine manu ſua cibaturus, cum conſumptum à formicis inueniſſet, monitus eſt, vt vim multitudinis caueret. Formicas autem mortuis anguibus lubenter veſci narrant rerum naturalium auctores: tum Draconem ipſum eſu formicarum & cantharidum veneno diſtendi, atque efferari annotat Euſtatius. At quod viuum ſerpentem multitudo formicarum oppreſſerit hoc prodigio datum eſt. Et oſtentum quidem commodam interpretationem habuit. Nam Draco Deorum & Regum ſymbolum eſt, quod in Hori ſacris characteribus explicauimus: formicæ autem deſignant τὸ λαῶδες πλῆθος. *In Iliadis 22.*

## XXXII. DRACONIS COR COMEDENS.

*Linguarum variarum interpres.*

FERVNT Paraceæ vrbis incolæ, eos, qui Draconis cor aut hepar comederunt, etiam belluarum voces, ſenſuſque intelligere, & hoc Indicis fabulis detur. *Philoſt. li. 3. c. 3.*



Digitized by Google

Ap. Cor Draconis eſt vigilantia, & pertinax litera-rum ſtudium: voces peregrinæ & Barbaræ, linguæ, quas literati homines magnis ſibi laboribus, & vigi-liis comparant. Porro ſimile huic ſymbolo quod ha-bet Kiranides in vanis ſuperſtitioſisque commenta-tionibus de luſcinia. Cor, inquit, luſciniæ ſi quis ea adhuc palpitante, cum melle glutierit, & aliud cor e-iuſdem auis cum lingua portauerit, ſuauis ad loquen-dum erit, & ſonoræ vocis, & libenter audietur. Tri-buunt autem luſciniæ eloquentiam propter cantus ſuauitatem. Draconi linguarum peritiam, quod fortè dæmon ſub Draconis ſpecie variis apud varias gentes linguis dicitur loquutus. Et primum quidem apud E-uam.

*Alcimus lib. 2.*

*Hic male blanditam finxerunt ſibila vocem.*
*Quis ſtupor, ô mulier, mentem caligine merſit,*
*Cum ſerpente loqui verbum committere bruto,*
*Non pudet, vt veſtram præſumat bellua linguam?*

---

## XXXII. DRACONES BARBATI.

*Barbæ promiſſio arrogans.*

*Philoſt. in vita Apoll. 3. c. 2.*

Barbati Dracones altius ceruicem attollunt. οἱ δὲ δὴ πυρσῖται καὶ πριόνωτοι γίνονται, οὗτοι δὲ καὶ γενειάσκουσι, καὶ τὸν αὐχένα ὑψοῦ αἴρουσι, καὶ τὴν φολίδα στίλβουσιν, δίκην ἀργύρου: Qui verò coloris ignei ſunt, & in dorſo ſquamas eminentes tanquam ſerras habent, iis etiam Barba adnaſcitur, & altius ceruicem attollunt, & eorum ſquamæ inſtar argenti fulgent.

*Pædag. lib. 3.*

Ap. Barbæ neglectæ promiſſio in piis & ſanctis vi-ris incultam corporis formam, animi verò candorem & decus ſignificat, quibus, vt ait Clemens Alexan-drinus, ἀπόχρη τὸ ὗν γενεῖον. Contra in Cynicis veteribus procreatrix fuit arrogantiæ, qui in boni ponderis barbâ (quod ait Arnobius) ſapientiam collocabant, vulgus hominum Brachmanico ſupercilio deſpicien-tes.



Digitized by Google

## XXXIV. DRACONVM MALA GRAMINA.

*Libri pernicioſi.*

DRACONES vt hominibus noceant mala gramina paſcuntur, θανατηφόροις ῥίζας ἐσθίουσι.

AP. Mala gramina, pernicioſi libri, quos qui euoluunt, in ſuam & cæterorum perniciem armantur φεῦγε τοίνυν καὶ τὴν ἀνάγνωσιν τῆς αἰσχρότητος, Iſid. Peluſiota : *Pernicioſam iſtam omnium dulcedinem literarum, quaſi illos patriæ obliteratores de baccarum ſuauitate Lotophagos: vt Sirenarum carmina blandimentorum docentium captus eruta, non literas tantum, ſed omnes rerum temporalium ſpecies dixerim nobis eſſe Lotophagos & Sirenas.*

*Æl. c. 4. lib. 6. de Animal. epiſt. 63. ad Thalelæum Monach. Paul. Iouio fratri*

## *XXXV.* DRACONIBVS INDICIS COCCVM AVRATVM RETE.

*Hæretici libri & impij.*

VENATORES Indi ſerpentibus inſidiantes quorum in capitibus lapilli ſunt pretioſi, & aſpectu iucundi, veſtem purpuream aureis litteris, ſed magicis intertextam ante cubilia extendunt, ſuisque carminibus prædam ita pelliciunt, vt è latebris egreſſa & coccineo pallio inſidens oculos quamquam pertinacis vigilantiæ ſoluat in ſoporem : tum Indi ſecurim capiti inijciunt, mactant & diripiunt.

*Phil. l. 3. in Apol. vitæ c. 2. vide Iſid. c. 13. l. 16. & Sol. de Dracontiade.*

AP. Serpens Catholici imago, quem prudentem ſerpentis inſtar Chriſtus voluit: hæretici, venatores : pallium Coccineum, libri elegantes: aurei characteres, ſed magici, hæreſes ſpecie aureæ, ſed incantationibus magicis plenæ : captura Draconis , deceptio Catholici : direptio lapillorum , fidei ſpoliatio : ſecuris impacta , mors æterna. Origines. *Tra. 29. in Matth. Quodcumque profeſſi fuerint de ſcripturis & de myſterijs , quæ ſunt in eis*

*ad demonſtrationem, nolite credere quæ dicuntur, veritas enim ſimilis eſt fulguri egredienti ab Oriente & apparenti vſque ad Occidentem, qualis eſt veritas Eccleſiæ Dei: ab ea enim ſola ſonus in omnem terram exiuit, & in fines orbis terræ verba eorum, & velociter currit ſola verè veritas Dei.*

## XXXVI. DRYNAS CVM HÆRETICO.

DRYNAS profectò ſerpens quidam eſt ita appellatus, qui ſanè ſimilis eſt huic hæreſi. Sicut enim Drynas dicitur eſſe ſerpens, verum iuxta herbas & quercus frequentiſſimè latibula ſua habet, quapropter etiam Drynas vocatur, & quod quercum arborem amat, & foliorum delapſorum viriditati ac palliditati ipſe in medio ipſorū ſitus ſeipſum aſſimilat. Non autem vſque adeo ingentem dolorem hoc animal infert, verum ſi ipſe perſeueret, mortem inducit. Ita etiam hic & hæreſis ipſius ſe omnibus numeris aſſimilat, vt qui nomen quidem Chriſti induit, Iudæorum verò opinionem elegit. Epiphanius.

*hæreſi. 67. contra. Paulum Samoſatenſem.*

*Latet anguis in herba.*

## XXXVII. FORMICA CRESCENS IN ELEPHANTVM.

*Concordia.*

AD ſignificandam concordiæ vim, ingenioſa admodum figura à nonnullis eſt excogitata, in qua formica ex vnica parte in Elephantum creſcit oppoſito caduceo, ex altera Elephantus in Formicam deſinit, aqua & igni pro rebus contrarijs maximè adiectis.

*Vide Pier. Hierogl. lib. 1.*

AP. Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur, Nullum aduerſus inſultantes hoſtium vires telum melius quam mutua animorum

con-

Digitized by Google

contenſio, nullum proſperorum maius vinculum, & ornamentum indicat Ignarii Diaconi apologus.

Ὁμόφρονες νέμοντο τρεῖς ὁμοῦ βόες,
Οὓς οὐδὲ θὴρ ἔβλαπτε πολλάκις λέων.
Ἔχθρᾳ δὲ μίσει καὶ μάχῃ διαχίσαι,
Ἕκαστον ἐκβέβρωκε γυμνὸν ὡς ἕνα.
*Dum triga consors conſtat inſimul Boum,*
*Non lædere illam vel ferus valet leo.*
*Hoſtiliter mox hiſce diſſidentibus,*
*Facile ſeorſim quemque eorum deuorat.*

---

## XXXVIII. FORMICÆ INDORUM AURIFERÆ.

### *Auari.*

MEGASTHENES ait apud Dardas, quæ magna gens eſt Indorum montanorum, planiciem quandam montanam eſſe ter mille ſtadiorum ambitu, & ſub ea aurifodinas, quas formicæ effodiant vulpibus magnitudine non minores. vicini iumentis auri ramenta clam rapiunt, palam enim non poſſunt prohibentibus formicis, quæ & pugnant, & inſectantur, & ſæpe homines cum iumentis interimunt, vt ergo illas lateant, ferinas carnes per loca plurima diſponunt, itaque ad prædam diſſipatis formicis, auri ramenta ipſi aſportant. *Strab. l. 15. Vide Plin. l. 11. c. 31.*

AP. In auaros, qui pecunias reconditas ſine vllo vſu auidiſſimè ſeruant, & malo ingenio vtilia alijs denegant, quibus ipſi non vtuntur, quod eſt maximè dementiæ. *Horat. Satyr. 3. lib. 2.*

*Si quis emat cytharas, emptas comportet in vnum,*
*Nec ſtudio cytharæ, nec muſæ deditus vlli:*
*Si ſcalpra, & formas non ſutor, nautica vela*
*Auerſus mercaturis, delirus, & amens,*
*Vndique dicatur meritò: quid diſcrepat iſtis,*
*Qui numos, aurumque recondit, neſcius vti*
*Compoſitis?*

## XXXIX. ICHNEVMON.

*Humilitas.*

ÆGYPTIARVM pugna ferarum eiuſmodi eſt, aſpidis & Ichneumonis: hic non inconſultè ac temerè in bellum deſcendit, neque illa trepidantius timidiuſque certamen init. Ille tanquam vir omnibus armis ſeptus in luto voluratur, atque agglutinati [Æl. l. 3. c. 22.] luti operimento obducitur: ſicque poſtea ſe iuſtis armis tectum arbitratus in certamen venit, ſi lutum deſit, aqua ſe alluens, ſeque in altum, madidumque ſabulum abijciens, ex improuiſis rebus, ac fortuitis, arma ad tuitionem ſui ingenioſè comparat, continuòque cum capitali aduerſario depugnat. ſummas autem nares ſuas teneras, ac valde aſpidis morſui opportunas; ſuæ caudæ flexu ſeptus, tuetur. Quod ſi eas aſpis aſſequi poſſit, hoſtem debellauit: ſin minus, fruſtra dentes contra lutum exercet. Contra autem Ichneumon illi anteuertens: ſi ex inopinato fauces comprehenderit, illam ſtrangulat. Quocirca tota victoria cum ſit poſita in anticipatione, victor exiſtit, qui morſibus alterum præuerterit.

[Hoc idem, Stra. refert l. 18. p. 558. n. 50. Ç. Proſp.]

AP. Homo dæmonis morſum vitat, ſi vtilitatis ſuæ lutum ſibi ob oculos ponat, idemque ad præliandum quaſi armaturam aſſumat: πλάσμα πηλοῦ ἄνθρωποι. *Non acceditur ad altitudinem Dei, niſi per humilitatem: & cui propinquat ſubditus, ab eo recedit elatus.*

## XL. MVSCA SEPTENNIS.

*Vitæ breuitas.*

ARISTOTELES apud Athenæum ſcribit, viſam [lib. 8.] muſcam, quæ ad annos ſex aut ſeptem vixerit.

APODOSIS.

Hæc quidem diutiſſimè vixiſſe putabatur, ex quo

quo apparet vitam hominum etiamſi ad milleſimum annum extenderetur, ratione æternitatis breuiſſimā fore. Seneca: *Comprehende quantum plurimum procedere homini licet: quantulum eſt ad breuiſſimum tempus editi, cito ceſſuri loco, venienti in pactum proſpicimus hoſpitium, de noſtris ætatibus loquor, quas incredibili celeritate conuolui conſtat. Computa vrbium ſæcula, videbis quam non diu ſteterint, etiam quæ vetuſtate glorientur. Omnia humana caduca ſunt & breuia, infiniti temporis nullam partem occupantia.* *In conſol. ad Marciam.*

## XLI. MVSCÆ IN CINERE.

*Humilitas pœnitentiæ ſalutaris.*

MVscæ humore exanimatæ ſi cinere condantur, reuiuiſcunt. *Plin. lib. 11. c. 36.*

### APODOSIS.

Tum demum peſtifero voluptatis veneno exanimati homines reuiuiſcunt, cùm ſe cineri & pœnitentiæ totos addixerunt, illud recordati. ὅτι *Anacreon.*

Ολίγη δὲ κεισόμεθα
Κόνος ὀςέων λυθέντων.

Idcirco laudata illa ceremonia, qua Æthiopum Chriſtianorum maioris ordinis antiſtibus non crux modo, ſed vas etiam aureum, terra aut ceneribus refertū præferri ſolet, vt ſuæ admoneantur mortalitatis, quā ſubinde cogitantes, ad ſalutarem immortalitatem contendant. *Sabell. libro 4. c. 4.*

## XLII. MVSCÆ IN OLIMPIIS NVLLÆ.

*Improbi à ſacris eliminandi.*

MVSCA etiam ſilentio nobis prætereunda, & contemnenda non eſt, ipſa quoque naturæ opus. Muſcæ Piſatides eo tempore quo Olympia feſtum celebratur veluti inducias cum incolis ſimul

& pere-

& peregrinis paoiſci videntur. Mirum inter tot ſacrificia, & ſanguinis paſſim fluentis copiam, & carnes ſuſpenſas, illas abeſſe velle, ac ſponte vltra Alpheum flumen diſcedere. Diſcedunt, & mulieres, ſed lege, & imperio. Muſcæ vltro, in eo mulieribus temperantia ſuperiores, & præferendæ. Soluto iam feſto reuertuntur tanquam decreto aliquo exules reuocatæ. Itaque cum mulieribus in Elidem & Muſcæ redeunt.

## APODOSIS.

Significat omnem importunitatem, immodeſtiam, garrulitatem, quæ mulieribus ſuppellex, vt ait comicus, eſſe ſolet, à templis, & ſacris eliminandam.

Calim. Ἑκὰς ἑκὰς ὅσις ἀλιτρός.

Accipe præclaram de ea re Iſid. Peleuſiotæ Martyrio Epiſcopo epiſtolam 45.

Παρέργως ποιῇ τὴν τῶν θείων νόμων ἀνάγνωσιν, ἢ καὶ αὐτὴν ἀγνοεῖς τὴν ἀνάγνωσιν· ἡνίκα γὰρ εἰς τὸν θεῖον ναὸν ἱερουργεῖν Ἀάρων, καὶ οἱ ἐξ ἐκείνου, εἰσῄεσαν, παντα τὰ ἐξ ἐρίων ἀποτιθέντες ἐνδύματα, στολὰς ἐκ λίνου περιεβάλλοντο, καὶ ἐχούσας τὸ ἀπόρρητον, καὶ τῶν ἔξω θορύβων ἐπιλισμονὴν σημαινούσας. *Obiter ac defunctoriè leges diuinas legis, aut etiã lectionem ipſam ignoras. Cum enim Aaron eiuſque ſucceſſores in templũ ſacrificij cauſa ingrediebãtur, laneis omnibus veſtimentis abiectis, veſtes ex lino contextas induebant, arcani aliquid continentes, atque illud ſignificantes, externos tumultus tum de memoria deponendos eſſe.* Addit φλυαρίας καὶ ὁμιλίας ἀτόπους, nugas colloquiaque inepta è templis eliminanda, quibus omne ſilentium debetur.

---

## XLIII. MVSCÆ TRIANI.

*Magna ab infimis fugata.*

*Dion. Caſſ.*

TRAIANVS dum victis Parthis Agarenos obſidet, tanta ſubito Muſcarum vis edulijs & poculis inſi-

inſidens, fœdo contactu cuncta Romano grauia & moleſta fecit, vt diſcedere coactus ſit.

APODOSIS.

Nil non tremendum fecit intrepidis Deus. Etiam capillus vnus habet vmbram ſuam, quod ait Publius Syrus. Porrò earum Muſcarum meminit etiam Xiphilinus his verbis, καὶ ὅτι ὅτι διέπτοιεν, μυῖαι τοῖς βρώμασι καὶ τοῖς πόμασι προσιζάνουσαι δυσχερείας ἅπαντα ἐνεπίμπλων. familiare eſt Deo cui eſt παίγνιον hæc rerū humanarum pompa, vt ait Suidas, viribus elatos homines viliſſimis animalculis coercere.

## XLIV. MVSTELÆ CAVDA.

*Calumniatores repreſſi.*

PECVLIARIS hæc etiam in cane natura eſt quod nō allatrat illum qui caudam Muſtelæ ſecum habuerit. opporet autem Muſtelam, cuius captæ abſciderit caudam, dimitti viuam, aſinum autem negant rudere lapide ab eius cauda appenſo. *Ælian. 9. c. 55.*

Ap. Opportunè cadet in eos qui ſupra calumniatorum maledicas voculas ſunt poſiti, quique, vel principis viri authoritatem, vel magnum virtutis ſplendorem habent aduerſus calumniæ virus præſens remedium.

*Conſcia mens recti famæ mendacia ridet.*

## XLV. MYOXVS.

*Hæreticus.*

TRADVNT naturas rerum experti, Myoxum latitare, & fœtus ſuos ſimul in eodem loco parere quinque & amplius, viperas autem hos venari, & ſi inuenerit totum latibulum ipſa vipera, cum non poſſit omnes deuorare, pro vna vice ad ſatietatem edit vnum aut duos, reliquorum verò oculos expungit, &

cibos

ciboſ afferr, excœcatoſque enutrit, donec voluerit vnumquemque ipſorum deuorare. Si verò contigerit vt aliqui inexperti in hos incidant, ipſoſque in cibum ſumant, venenum ſibi ipſis ſumunt, eos qui à viperæ veneno ſunt enutriti. Sic etiam, ô tu Origenes, à Græca doctrina mente excæcatus, venenum ijs qui tibi crediderunt euomuiſti, & factus eſt ipſis in edulium venantium, ita vt per quæ ipſe iniuria affectus es, per ea plus iniuria affeceris.

Epiph. hær. 64. contra Origenem.

## XLVI. MYRMICOLEON.

*Simulatio improba ſimplicitatis.*

MYRMICOLEON vermis de formicarum genere, ſed multo formicis maior, cum adhuc paruus eſt & inualidus robore, pacem ac modeſtiam ſimulat: at cum vires acceperit, priſtina conſortia deſpicit, & contra maiores turbas concitat. Itaque inualeſcens audacia formicas ad labores conuenientes fallit, laboribus inſidiatur, annonam ſurripit otioſis.

Vinc. l. 20. c. 125.

AP. Plerique metu quidem; non ex animo virtutis ſpecies induunt ad tempus, & ingenium tractabile ad honeſta quæque componunt, quæ mox vbi vires accepit audaciæ, ſuæ fraudis inuoluti integumentis repudiant.

Cicero. 2. Philipp.

*Tolle periclum,*
*Iam vaga proſiliet frænis natura remotis.*
Malus officij magiſter timor.

## XLVII. MYRMICOLEON.

*Traſo ignauus.*

MYRMICOLEONIS parœmia torqueri poteſt in Thraſonem ignauum, qui leonem ſimulat cum ſit formica. Diuus Gregorius in Moralibus dæmoni accommodat: ſicut enim formicis eſt leo, ali-

quibus formica: ſic dæmon languidis terribilis, fortibus debilis, & contemnendus apparet.

Ap. In eodem genere ſymboli eſt lapis Thraſydulus, qui vt tradit fabuloſus Nicanor, & poſt eum Plutarchus iunior, naſcitur in Europa, galeæ ſimilis, audax ſimul & timidus, nam ſtatim, inquit atque tubam audit, proſilit in ripam: Athenienſiũ verò pronunciato nomine mergitur in profundum. ἅμα γὰρ σάλπιγγος ἀκούει ἐπὶ τὰς ὄχθας προχωρεῖ. τῶν δὲ Ἀθηναίων ὀνομασθέντων, καὶ εἰς τὸν βυθὸν ἅλλεται. *Thraſydulus lapis. lib. 2. de flumimibus.*

## XLVIII. LOCVSTÆ CYRENICÆ.

*Iuſtitia vindex improborum.*

INFESTANT Cyrenæos locuſtæ, vnde lex eſt etiam ter in anno debellandi eas primo oua obterendo, deinde fœtum, poſtremo adultas, deſertoris pœna in eum qui ceſſauerit. Eſt in Lemno inſula certa menſura præfinita, quam ſinguli enecatatum ad mgiſtratus referunt. *Plin. l. 11. cap. 29.*

APODOSIS.

Iuſtitia fæcem improborum, in famam & fortunas bonorum graſſantes, per ſuos miniſtros & ſatellites inquirit, debitiſque mactat ſupplicijs, vt exhauſta malorum ſentina, cæteri quietiores viuant: *Iuſtitiæ eſt intercedere iniquitatibus*, Appoſitè Bazanus Rex Sicambrorum, iubebat ſibi vbique locorum præferri gladium & funem, in ſymbolũ ſeueriſſimæ iuſtitiæ. *Plin. in Traiani Panegyr.*

## XLIX. LOCVSTRAVM VOX.

*Mendaces & ſimulatores.*

LOCVSTARVM vox occipitio proficiſci videtur. *Plin. L. 11. cap. 29.*

Ap. Mendacium oratio obſcura, ſemper à ter-

go

go latens, nunquam prominens in aperto. aliud enim dicunt, aliud cogitant vnde Déo hominibusque ſunt odioſi.

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν
Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶ, ἄλλο δὲ βάζει.
*Quid aliud occultum habet in mente, aliud loquitur,*
*Exoſus mihi ille eſt æque ac inferorum portæ.*

---

## L. OPHIOGENES SEV HEXAGON INTER SERPENTES ILLÆSVS.

### *Puritas intacta.*

Pl. lib. 28. c. 3. OPHIOGENES in inſula Cypro non læduntur à ſerpentibus, ex qua familia legatus Hexagon nomine, à Coſſ. Ramæ in dolium ſerpentium coniectus, experimenti cauſa, circummulcentibus anguibus miraculum præbuit.

### Apodosis.

Beata virgo licet in has terras edita fuerit, in quibus vitia quaſi ſerpentes omnia obſederant, & in miſeros mortales feris morſibus ferebantur infeſta, ipſa tamen æterno puritatis vigore nullam vnquam aut originalis, aut actualis peccati labem admiſit. Hoc certè monſtrum qui debellauit, longe maiorem aſſequutus eſt victoriam, quam ſi ſerpentem domuiſſet.

*Aſper, acerba tuens, immani, corpore ſerpens,*
*Arboris amplexus ſtirpem, quid denique obeſſet.*
*At niſi purgatum eſt pectus quæ prælia nobis*
*Atque pericula eſt ingratis inſinuandum,*
*Quantæ conſcindunt hominem Cuppedinis acres*
*Sollicitum curæ, quantique perinde timores,*
*Quidue ſuperbia, ſpurcitia ac petulantia quantas*
*Efficiunt clades? quid luxus deſidieque?*

Hec

*Hæc igitur qui cuncta ſubegerit, ex animoque*
*Expulerit dictis, non armis: nonne decebit*
*Hunc hominem numero diuûm dignarier eſſe?*

## LI PAPILIONVM VENATIO.

*Honorum prehenſatio.* ex D. Anſel. lib. de ſimil. c. 72.

PAPILIONES cùm volant tramitem rectum nunquam tenent, ſed huc illucque ſe agitant, cumque alicubi reſidere videantur, nec ibi diu morantur, hos autem ſequentes turn pueri capere volunt, citò poſt eos currere ſatagunt, & quia non ad ſuos pedes, ſed ad papiliones intendunt, aliquando in foueam cadunt, ſeque immaniter lædunt. Plerunque cũ caute accedunt, & eos apprehendere tentant, papiliones auolant. Si quando eos apprehenderint, exultant de nihilo, quaſi magnum quid fuerint adepti.

AP. Similiter faciunt qui honores huius mundi appetunt. honores enim huius mundi nunquam certam tenent viam, ſed incertis diuerticulis de vno ad alium tranſuolant.

## LII. EX PHALANGIIS RISVS.

*Mors improborum.*

PHALANGIA lethifera quædam animalia, quæ cum riſu necant. *Strab. lib.* 2. φέρει δ' ἡ γῆ καὶ τῶν ἑρπετῶν ἔνια τῶν θανασίμων σκορπίοις καὶ φαλάγγια· τῶν δὲ φαλαγγίων τὰ μὲν ποιεῖν γελῶντας ἀποθνήσκειν, τὰ δὲ κλαίοντας, πόθῳ τῶν οἰκείων.

AP. Miſeri mortales dæmonis caſſibus irretiti ſæpè rident in animorum interitu: Mox autem riſus in tragœdias & gemitus totus ſoluitur. In quo Lapponum choreas ducere videntur. Hæc enim gens Septemtrionalis licet ſub rigidiſſimo cœlo poſita, & tenebris immerſa, nonnunquam animi moleſtias lætitia exhilarare conatur. inſtruit igitur alacria conuiuia, citharœdis accitis, vt conuiuæ hilariores, licet vſu duriſſimarum dapium effecti, excitentur ad ſal- *Chorea Lapponum.*


tan-

Digitized by Google

tandum: nec mora in ſaltus & choreas vehementi quodam impetu effunduntur. Hinc in gemitus & alta ſuſpiria reuoluti in terram ruunt.

Vide Olaum lib. 4. cap. 8

*Hæc malæ mentis gaudia.*

## LIII. PONTI EPHEMERIA.

*Vitæ breuitas.*

Plut. in cõſolat. ad Apoll 113.

IVXTA Pontum naſci animalia quædam memoriæ proditum eſt, quorum vita vnius diei termino continetur: Siquidem manè naſcuntur, meridie vigent, veſperi conſeneſcunt & moriuntur.

AP. Nulla eſt vita non breuis, ſed illorum breuiſſima, at ſolutiſſima ætas eſt, qui præteritorum obliuiſcuntur, præſentia negligunt, de futuro non timent. Seneca cum hoc ſymbolo cõgruit. Hemerocallis flos, cuius vita & pulchritudo diaria eſt.

## LIV. PRÆSTER.

*Hæreſis.*

Æl. li. 17. de Animal. c. 4.

PRÆSTER ſerpens eſt, qui vt primum attigit ſenſus hebetat, ignauiam infert, & immobiles reddit, pòſt menti obliuionem & tenebras offundit, ſimul & percuſſum iam pilis nudatum ſuffocat.

AP. Præſteris morbus eſt hæreſis, & quælibet praua & violenta affectio, qua hebetatur iudicium, ingeneratur tepor, & mens Dei & ſui oblita denſiſſima ignorantiæ caligine offunditur. Lucanus alitet icti à præſtere morbum deſcribit his verbis:

*Naſidium Marſi cultorem torridus agri*
*Percuſſit præſter, illi rubor igneus ora*
*Succendit, tenditque cutem pereunte figura,*
lib. 9. *Miſcens cuncta tumor toto iam corpore maior:*
*Humanumque egreſſa modum ſuper omnia membra*
*Efflatur ſanies, latè tollente veneno.*

LV.

## LV. PVLEX IN CATENA AVREA.

Leonius Aurelus Afrus.

*Diuitiæ indignis oneri ſunt, non honori.*

MEMPHIDI compertus eſt aurifex, qui aurea catenula pulicem alligauit.

### APODOSIS.

Imbecilli homines magnæ opulentiæ affixi, non tam laudantur, quam ridiculè oſtentantur, non tam tenent quam tenentur, non tam dominantur quam ſeruiunt. *Diuitiæ apud ſapientem virum in ſeruitute ſunt, apud ſtultum in imperio.*

Seneca de vita beata. 26.

## LVI. PYRAVLIS.

*Charitas.*

IN Cypri ærarijs fornacibus ex medio igni maioris muſcæ magnitudinis volat pennatum quadrupes, appellatur Pyraulis, a quibuſdam pyrauſta: Quandiu eſt igne, viuit, cum euaſit, languidiore paulò volatu moritur:

Plin. li. 11. cap. 36.

AP. Charitas perpetuis diuini amoris flammis alitur, quæ ſi intepeſcat, perit ipſa nec iam eſt charitas. Eius vero faces tam acres ſunt & incenſæ, vt ſolem ipſum poſſint adurere.

Βαιὰ λαμπὰς ἴσχσα τὸν ἥλιον αὐτὸν ἀναίθει.

## LVII. PYRAVSTÆ INTERITVS. ΠΥΡΑΣΤΟΥ ΜΟΡΟΣ.

*Ambitio.*

PYRAVSTA ignis fulgore vehementer lætatur, & ad lucernas aduolans, alludit ad flammam, donec viuus comburatur.

Æli. l. 12. cap. 8.

AP. Ambitioſi ad honorum fulgorem propius accedentes, decuſſis temeritatis alis plerumq; grauiſſimo lapſu corruunt.



Digitized by Google

Αἰδοίης μυρὸς κάρτα πυραύσου μόρον. Eſt ſanè ambitio, diſertè dicitur à S. Bernardo, ſubtile malum, ſecretum virus, peſtis occulta, doli artifex, mater hypocriſis, liuoris parens, vitiorum origio, criminum fomes, virtutum ærugo, tinea ſanctitatis, excæcatrix cordium, ex remedijs morbos creans, generans ex medicinà languorem. Bernard ſerm. 6. ſup. Cantic. 33.

*Ambitioſus cum abiete.*

At illi miſeri poſtquam reciprocantis fortunæ ludos ſunt experti, ſerò diſcunt quod abieti proceram illam ſuam ſtaturam, & pulchritudinem intemperantius iactanti inculcat Rubus.

*Nunc læta quidem bona ſola fateris,*
*Et noſtris frueris imperioſa malis.*
*Sed cum pulchra minax ſuccidet membra ſecuris:*
*Quam velles ſpinas tunc habuiſſe meas?*

*Auian. fab. 19.*

---

## LVIII. PYRIGONI.

### *Charitas.*

*Ælia. l. 2. cap. 2.*

TERRA marique naſci animalia nihil mirum, nam materia, & nutrimentum, & natura horum cauſſa eſt. Ex igne verò generatas beſtias volucres exiſtere, nuncupatos Pyrigonos, & in eo ipſo igne viuere & ali, hucque & illuc volare, hoc admirationem facit. Illud idem admirationem excitat, cum extra ignem nutricium egrediuntur: & frigidum cœlum attingũt, ſtatim exeunt è vita. Quæ autẽ cauſſa ſit, igne vt naſcantur, contraque aëre, temperato elemento extinguantur, alijs dicendum relinquo.

### Apodosis.

*Auguſt. l. 10. de ſpiritu & litera, c. 19.*

Deus ignis eſt: Pyrigoni, Dei amore incenſæ mentes, quæ in hoc cœleſti igne aluntur. *Charitas lex eſt ſidei & ſpiritus viuificans dilectorem.*

*Seneca.*

*Non perit flammis amor.*

LIX.

## LIX. RVBETÆ RANÆ.

*Improbitas.*

RANÆ rubetæ, quarum & in terra & humore vita, plurimis refertę medicaminibus, deponere eaquotidie ac reſumere è paſtu dicuntur, venena tamen ſibi ſemper ſeruantes. *Plin. li. 8. cap. 31.*

AP. Improbi bona repudiant, atque ſibi mala quæque & arripiunt ſtudioſius, & retinent pertinacius.

ῥιγίστοιο δόλου καὶ ἄρης στόμα τοῖο βίβουσαι.
γλῶσσαν ἀεὶ δολόεσσαν ἔχει περίφορτον ἀνίης. *Apollina Psalm.*

## LX. SALAMANDRA.

*Conſtantia.*

SALAMANDRA non modo in igne lætari dicitur, ac viuere, ſed eum ipſum extinguere. θαῤῥεῖ δὲ αὐτῷ, καὶ ἐγχωρεῖ τῇ φλογὶ ὁμόσε, καὶ ὥς ἀντίπαλόν τινα σπεύδει καταγωνίσασθαι. *D. Grego. Naz.*

AP. Salamandra ſymbolum eſt conſtantiæ, quæ inter miſeriarum incendia triumphat. Symbolum hoc fuit Franciſci Regis cum diſticho, *Paradin.*

*Vrſus atrox, aquilæve truces, & tortilis anguis*
*Ceſſerunt flammæ iam Salamandra tuæ* *lib. 12. de gemmis*

Eiuſdem cum Salamandra virtutis hyacinthum notat S. Epiphanius: βαλλόμενοι εἰς ἄνθρακας πυρὸς αὐτοὶ μὲν οὐ βλάπτονται, τοὺς δὲ ἄνθρακας σβεννύουσιν. *Hyacinthi* (inquit) *in prunas ardentes, ab igne non læduntur, ignem autem ipſum extingunt.*

## LXI. SALAMANDRÆ ORTVS.

*Improborum vita ruina communis.*

SALAMANDRA feralis bellua, Ioue (vt aiunt) tonante, ſæuientibus nimborum procellis, & fœda

## XXXIX. ICHNEVMON.

*Humilitas.*

ÆGYPTIARVM pugna ferarum eiuſmodi eſt, aſpidis & Ichneumonis: hic non inconſultè ac temerè in bellum deſcendit, neque illa trepidantius timidiuſque certamen init. Ille tanquam vir omnibus armis ſeptus in luto voluratur, atque agglutinati luti operimento obducitur: ſicque poſtea ſe iuſtis armis tectum arbitratus in certamen venit, ſi lutum deſit, aqua ſe alluens, ſeque in altum, madidumque ſabulum abijciens, ex improuiſis rebus, ac fortuitis, arma ad tuitionem ſui ingenioſè comparat, continuòque cum capitali aduerſario depugnat. ſummas autem nares ſuas teneras, ac valde aſpidis morſui opportunas, ſuæ caudæ flexu ſeptus, tuetur. Quod ſi eas aſpis aſſequi poſſit, hoſtem debellauit: ſin minus, fruſtra dentes contra lutum exercet. Contra autem Ichneumon illi anteuertens: ſi ex inopinato fauces comprehenderit, illam ſtrangulat. Quocirca tota victoria cum ſit poſita in anticipatione, victor exiſtit, qui morſibus alterum præuerterit.

Æl. l. 3. c. 22.

Hoc idem Stra. refert l. 18. p. 558. n. 50.

AP. Homo dæmonis morſum vitat, ſi vtilitatis ſuæ lutum ſibi ob oculos ponat, idemque ad præliandum quaſi armaturam aſſumat: πλάσμα πηλῶ ἄνθρωποι. *Non acceditur ad altitudinem Dei, niſi per humilitatem: & cui propinquat ſubditus, ab eo recedit elatus.*

C. Proſp.

## XL. MVSCA SEPTENNIS.

*Vitæ breuitas.*

ARISTOTELES apud Athenæum ſcribit, viſam muſcam, quæ ad annos ſex aut ſeptem vixerit.

lib. 2.

APODOSIS.

Hæc quidem diutiſſimè vixiſſe putabatur, ex quo

quo apparet vitam hominum etiamſi ad milleſimum annum extenderetur, ratione æternitatis breuiſſimã fore. Seneca: *Comprehende quantum plurimum procedere homini licet: quantulum eſt ad breuiſſimum tempus editi, cito ceſſuri loco, venienti in pactum proſpicimus hoſpitium, de noſtris ætatibus loquor, quas incredibili celeritate conuolui conſtat. Computa vrbium ſæcula, videbis quam non diu ſteterint, etiam quæ vetuſtate gloriantur. Omnia humana caduca ſunt & breuia, infiniti temporis nullam partem occupantia.* In conſol. ad Marciam.

## XLI. MVSCÆ IN CINERE.

*Humilitas pœnitentiæ ſalutaris.*

MVSCÆ humore exanimatæ ſi cinere condantur, reuiuiſcunt. Plin. lib. 11. c. 36.

### APODOSIS.

Tum demum peſtifero voluptatis veneno exanimati homines reuiuiſcunt, cùm ſe cineri & pœnitentiæ totos addixerunt, illud recordati. ὅτι Anacreon.

Ὀλίγη δ' κείσόμεθα
Κόνις ὀστέων λυθέντων.

Idcirco laudata illa ceremonia, qua Æthiopum Chriſtianorum maioris ordinis antiſtibus non crux modo, ſed vas etiam aureum, terra aut cineribus refertũ præferri ſolet, vt ſuæ admoneantur mortalitatis, quã ſubinde cogitantes, ad ſalutarem immortalitatem contendant. Sabell. libro 4. c. 4.

## XLII. MVSCÆ IN OLIMPIIS NVLLÆ.

*Improbi à ſacris eliminandi.*

MVSCA etiam ſilentio nobis prætereunda, & contemnenda non eſt, ipſa quoque naturæ opus. Muſcæ Piſatides eo tempore quo Olympia feſtum celebratur veluti inducias cum incolis ſimul

& pere-

Digitized by Google

& peregrinis paciſci videntur. Mirum inter tot ſacrificia, & ſanguinis paſſim fluentis copiam, & carnes ſuſpenſas, illas abeſſe velle, ac ſponte vltra Alpheum flumen diſcedere. Diſcedunt, & mulieres, ſed lege, & imperio. Muſcæ vltro, in eo mulieribus temperantia ſuperiores, & præferendæ. Soluto iam feſto reuertuntur tanquam decreto aliquo exules reuocatæ. Itaque cum mulieribus in Elidem & Muſcæ redeunt.

## APODOSIS.

Significat omnem importunitatem, immodeſtiam, garrulitatem, quæ mulieribus ſuppellex, vt ait comicus, eſſe ſolet, à templis, & ſacris eliminandam.

Callim. Ἑκὰς ἑκὰς ὅστις ἀλιτρός.

Accipe præclaram de ea re Iſid. Peleuſiotæ Martyrio Epiſcopo epiſtolam 45.

Παρέργως ποιῇ τὴν τῶν θείων νόμων ἀνάγνωσιν, ἢ καὶ ἐντεῦθεν ἀγνοεῖς τὴν ἀνάγνωσιν· ἡνίκα γὰρ εἰς τὸν θεῖον ναὸν ἱερουργεῖν Ἀάρων, καὶ οἱ ἐξ ἐκοίνου, εἰσῄεσαν, παντα τὰ ἐξ ἐρίων ἀποτιθέντες ἐσθήματα, στολὰς ἐκ λίνου παρεβάλλοντο, καὶ ἐχούσας τὸ ἀπόῤῥητον, καὶ τῶν ἔξω θορύβων ἐπιλησμονὴν σημαινούσας. *Obiter ac defunctorie leges diuinas legis, aut etiã lectionem ipſam ignoras. Cum enim Aaron eiuſque ſucceſſores in templũ ſacrificij cauſa ingrediebãtur, laneis omnibus veſtimentis abiectis, veſtes ex lino contextas induebant, arcanum aliquid continentes, atque illud ſignificantes, externos tumultus tum de memoria deponendos eſſe.* Addit φλυαρίας καὶ ὁμιλίας ἀτόποις, nugas colloquiaque inepta è templis eliminanda, quibus omne ſilentium debetur.

---

## XLIII. MVSCÆ TRIANI.

*Magna ab infimis fugata.*

Dion. Caſſ. TRAIANVS dum victis Parthis Agarenos obſidet, tanta ſubito Muſcarum vis edulijs & poculis

inſe

inſidens, fœdo contactu cuncta Romano grauia & moleſta fecit, vt diſcedere coactus ſit.

A P O D O S I S.

Nil non tremendum fecit intrepidis Deus. Etiam capillus vnus habet vmbram ſuam, quod ait Publius Syrus. Porrò earum Muſcarum meminit etiam Xiphilinus his verbis, ϗ ὁπότε δείπνοιεν, μυῖαι τοῖς βρώμασι ϗ τοῖς πόμασι προσιπτᾶσαι δυσχερείας ἅπαντα ἐνεπίμπλων. familiare eſt Deo cui eſt παίγνιον hæc rerũ humanarum pompa, vt ait Suidas, viribus elatos homines viliſſimis animalculis coercere.

## XLIV. MVSTELÆ CAVDA.

*Calumniatores repreſſi.*

PECVLIARIS hæc etiam in cane natura eſt quod nõ allatrat illum qui caudam Muſtelæ ſecum habuerit. opporet autem Muſtelam, cuius captæ abſciderit caudam, dimitti viuam, aſinum autem negant rudere lapide ab eius cauda appenſo. Ælia. 9. c. 55.

AP. Opportunè cadet in eos qui ſupra calumniatorum maledicas voculas ſunt poſiti, quique, vel principis viri authoritatem, vel magnum virtutis ſplendorem habent aduerſus calumniæ virus præſens remedium.

*Conſcia mens recti famæ mendacia ridet.*

## XLV. MYOXVS.

*Hæreticus.*

TRADVNT naturas rerum experti, Myoxum latitare, & fœtus ſuos ſimul in eodem loco parere quinque & amplius, viperas autem hos venari, & ſi inuenerit totum latibulum ipſa vipera, cum non poſſit omnes deuorare, pro vna vice ad ſatietatem edit vnum aut duos, reliquorum verò oculos expungit, &

Epiph. hær. 64. contra Origenem.

cibos affert, excœcatoſque enutrit, donec voluerit vnumquemque ipſorum deuorare. Si verò contigerit vt aliqui inexperti in hos incidant, ipſoſque in cibum ſumant, venenum ſibi ipſis ſumunt, eos qui à viperæ veneno ſunt enutriti. Sic etiam, ô tu Origenes, à Græca doctrina mente excæcatus, venenum ijs qui tibi crediderunt euomuiſti, & factus eſt ipſis in edulium venantium, ita vt per quæ ipſe iniuria affectus es, per ea plus iniuria affeceris.

## XLVI. MYRMICOLEON.

*Simulatio improba ſimplicitatis.*

Vinc. b. 20.c.125.

MYRMICOLEON vermis de formicarum genere, ſed multo formicis maior, cum adhuc paruus eſt & inualidus robore, pacem ac modeſtiam ſimulat: at cum vires acceperit, priſtina conſortia deſpicit, & contra maiores turbas concitat. Itaque inualeſcens audacia formicas ad labores conuenientes fallit, laboribus inſidiatur, annonam ſurripit otioſis.

Ap. Plerique metu quidem, non ex animo virtutis ſpecies induunt ad tempus, & ingenium tractabile ad honeſta quæque componunt, quæ mox vbi vires accepit audaciæ, ſuæ fraudis inuoluti integumentis repudiant.

Cicero. 2. Philipp.

*Tolle periclum,*
*Iam vaga proſiliet frænis natura remotis.*
Malus officij magiſter timor.

## XLVII. MYRMICOLEON.

*Traſo ignauus.*

MYRMICOLEONIS parœmia torqueri poteſt in Thraſonem ignauum, qui leonem ſimulat cum ſit formica. Diuus Gregorius in Moralibus dæmoni accommodat: ſicut enim formicis eſt leo,

ani-

quibus formica: ſic dæmon languidis terribilis, fortibus debilis, & contemnendus apparet.

AP. In eodem genere ſymboli eſt lapis Thraſydulus, qui vt tradit fabuloſus Nicanor, & poſt eum Plutarchus iunior, naſcitur in Europa, galeæ ſimilis, audax ſimul & timidus, nam ſtatim, inquit atque tubam audit, proſilit in ripam: Athenienſiũ verò pronunciato nomine mergitur in profundum. ἅμα γὰρ σάλπιγγος ἀκόυων ἐπὶ τὴν ὄχθην προχωρεῖ. τῶν δ' Ἀθηναίων ὀνομασθέντων, καὶ εἰς τὸν βυθὸν ἅλλεται. *Thraſydulus lapis. lib. 2. de fluminibus.*

## XLVIII. LOCVSTÆ CYRENICÆ.

*Iuſtitia vindex improborum.*

INFESTANT Cyrenæos locuſtæ, vnde lex eſt etiam ter in anno debellandi eas primo oua obterendo, deinde fœtum, poſtremo adultas, deſertoris pœna in eum qui ceſſauerit. Eſt in Lemno inſula certa menſura præfinita, quam ſinguli enecatarum ad magiſtratus referunt. *Plin. l. 11 cap. 29.*

APODOSIS.

Iuſtitia fæcem improborum, in famam & fortunas bonorum graſſantes, per ſuos miniſtros & ſatellites inquirit, debitiſque mactat ſupplicijs, vt exhauſta malorum ſentina, cæteri quietiores viuant: *Iuſtitiæ eſt intercedere iniquitatibus*, Appoſitè Bazanus Rex Sicambrorum, iubebat ſibi vbique locorum præferri gladium & funem, in ſymbolũ ſeueriſſimæ iuſtitiæ. *Plin. in Traiani Panegyr.*

## XLIX. LOCVSTRAVM VOX.

*Mendaces & ſimulatores.*

LOCVSTARVM vox occipitio proficiſci videtur. *Plin. l. 11, cap. 29.*

AP. Mendacium oratio obſcura, ſemper à ter-

go latens, nunquam prominens in aperto. aliud enim dicunt, aliud cogitant vnde Deo hominibusque ſunt odioſi.

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν
Ος χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶ, ἄλλο δὲ βάζει.
*Quid aliud occultum habet in mente, aliud loquitur,*
*Exoſus mihi ille eſt æque ac inferorum portæ.*

---

## L. OPHIOGENES SEV HEXAGON INTER SERPENTES ILLÆSVS.

### *Puritas intacta.*

Pl. lib. 28. c. 3. OPHIOGENES in inſula Cypro non læduntur à ſerpentibus, ex qua familia legatus Hexagon nomine, à Coſſ. Romæ in dolium ſerpentium coniectus, experimenti cauſa, circummulcentibus anguibus miraculum præbuit.

### APODOSIS.

Beata virgo licet in has terras edita fuerit, in quibus vitia quaſi ſerpentes omnia obſederant, & in miſeros mortales feris morſibus ferebantur infeſta, ipſa tamen æterno puritatis vigore nullam vnquam aut originalis, aut actualis peccati labem admiſit. Hoc certè monſtrum qui debellauit, longe maiorem aſſequutus eſt victoriam, quam ſi ſerpentem domuiſſet.

*Aſper, acerba tuens, immani, corpore ſerpens,*
*Arboris amplexus ſtirpem, quid denique obeſſet?*
*At niſi purgatum eſt pectus quæ prælia nobis*
*Atque pericula eſt ingratis inſinuandum,*
*Quantæ conſcindunt hominem Cuppedinis acres*
*Sollicitum curæ, quantique perinde timores,*
*Quidve ſuperbia, ſpurcitia ac petulantia quantas*
*Efficiunt clades? quid luxus deſidiæque?*

Hoc

*Hæc igitur qui cuncta ſubegerit, ex animoque*
*Expulerit dictis, non armis: nonne decebit*
*Hunc hominem numero diuûm dignarier eſſe?*

## LI PAPILIONVM VENATIO.

*Honorum prehenſatio.* ex D. Anſel. lib. de ſimil. c. 72.

PAPILIONES cùm volant tramitem rectum nunquam tenent, ſed huc illucque ſe agitant, cumque alicubi reſidere videantur, nec ibi diu morantur, hos autem ſequentes cùm pueri capere volunt, citò poſt eos currere ſatagunt, & quia non ad ſuos pedes, ſed ad papiliones intendunt, aliquando in foueam cadunt, ſeque immaniter lædunt. Plerumque cũ caute accedunt, & eos apprehendere tentant, papiliones auolant. Si quando eos apprehenderint, exultant de nihilo, quaſi magnum quid fuerint adepti.

AP. Similiter faciunt qui honores huius mundi appetunt. honores enim huius mundi nunquam certam tenent viam; ſed incertis diuerticulis de vno ad alium tranſuolant.

## LII. EX PHALANGIIS RISVS.

*Mors improborum.*

PHALANGIA lethifera quædam animalia, quæ cum riſu necant. *Strab. lib.* 2. φέρει δὲ ἡ γῆ καὶ τῶν ἑρπετῶν ἔνια τῶν θανασίμων σκορπίοις καὶ φαλάγγια. τῶν δὲ φαλαγγίων τὰ μὲν ποιεῖν γελῶντας ἀποθνήσκειν, τὰ δὲ κλαίοντας, πόθῳ τῶν οἰκείων.

AP. Miſeri mortales dæmonis caſſibus irretiti ſæpè rident in animorum interitu: Mox autem riſus in tragœdias & gemitus totus ſoluitur. In quo Lapponum choreas ducere videntur. Hæc enim gens Septemtrionalis licet ſub rigidiſſimo cœlo poſita, & tenebris immerſa, nonnunquam animi moleſtias lætitia exhilarare conatur. inſtruit igitur alacria conuiuia, citharœdis accitis, vt conuiuæ hilariores, licet vſu duriſſimarum dapium effecti, excitentur ad ſal- *Chorea Lapponum.*

*Vide Olaum lib. 4. cap. 8*

tandum: nec mora in ſaltus & choreas vehementi quodam impetu effunduntur. Hinc in gemitus & alta ſuſpiria reuoluti in terram ruunt.

*Hæc malæ mentis gaudia.*

## LIII. PONTI EPHEMERIA.

*Vitæ breuitas.*

*Plut. in cõſolat. ad Apoll 113.*

IVXTA Pontum naſci animalia quædam memoriæ proditum eſt, quorum vita vnius diei termino continetur: Siquidem manè naſcuntur, meridie vigent, veſperi conſeneſcunt & moriuntur.

AP. Nulla eſt vita non breuis, ſed illorum breuiſſima, at ſolutiſſima ætas eſt, qui præteritorum obliuiſcuntur, præſentia negligunt, de futuro non timent. Seneca cum hoc ſymbolo cõgruit. Hemerocallis flos, cuius vita & pulchritudo diaria eſt.

## LIV. PRÆSTER.

*Hæreſis.*

*Ælia. li. 17. de Animal. c. 4.*

PRÆSTER ſerpens eſt, qui vt primum attigit ſenſus hebetat, ignauiam infert, & immobiles reddit, pòſt menti obliuionem & tenebras offundit, ſimul & percuſſum iam pilis nudatum ſuffocat.

AP. Præſteris morbus eſt hæreſis, & quælibet praua & violenta affectio, qua hebetatur iudicium, ingeneratur tepor, & mens Dei & ſui oblita denſiſſima ignorantiæ caligine offunditur. Lucanus aliter icti à præſtere morbum deſcribit his verbis:

*lib. 9.*

*Naſidium Marſi cultorem torridus agri*
*Percuſſit præſter, illi rubor igneus ora*
*Succendit, tenditque cutem pereunte figura,*
*Miſcens cuncta tumor toto iam corpore maior:*
*Humanumque egreſſa modum ſuper omnia membra*
*Efflatur ſanies, latè tollente veneno.*

LV.

## LV. PVLEX IN CATENA AVREA.

*Diuitiæ indignis oneri ſunt, non honori.* — *Leonius Aurelus Afrus.*

MEMPHIDI compertus eſt aurifex, qui aurea catenula pulicem alligauit.

APODOSIS.

Imbecilli homines magnæ opulentiæ affixi, non tam laudantur, quam ridiculè oſtentantur, non tam tenent quam tenentur, non tam dominantur quam ſeruiunt. *Diuitiæ apud ſapientem virum in ſeruitute ſunt, apud ſtultum in imperio.* — *Seneca de vita beata, 26.*

## LVI. PYRAVLIS.

*Charitas.*

IN Cypri ærarijs fornacibus ex medio igni maioris muſcæ magnitudinis volat pennatum quadrupes, appellatur Pyraulis, a quibuſdam pyrauſta: Quandiu eſt in igne, viuit, cum euaſit, languidiore paulò volatu moritur: — *Plin. li. 11. cap. 36.*

AP. Charitas perpetuis diuini amoris flammis alitur, quæ ſi intepeſcat, perit ipſa nec iam eſt charitas. Eius vero faces tam acres ſunt & incenſæ, vt Solem ipſum poſſint adurere.

*Βαιὰ λαμπὰς ἐοῖσα τὸν ἅλιον αὐτὸν ἀναίθει.*

## LVII. PYRAVSTÆ INTERITVS. ΠΥΡΑΣΤΟΥ ΜΟΡΟΣ.

*Ambitio.*

PYRAVSTA ignis fulgore vehementer lætatur, & ad lucernas aduolans, alludit ad flammam, donec viuus comburatur. — *Æli. l. 12. cap. 8.*

AP. Ambitioſi ad honorum fulgorem propius accedentes, decuſſis temeritatis alis plerumq; grauiſſimo lapſu corruunt.

Αἰδοίης μυρὸς κάρτα πυραῦσον μόρον. Eſt ſanè ambi-tio, diſertè dicitur à S. Bernardo, ſubtile malum, ſecretum virus, peſtis occulta, doli artifex, mater hypocriſis, liuoris parens, vitiorum origo, criminum fomes, virtutum ærugo, tinea ſanctitatis, excæcatrix cordium, ex remedijs morbos creans, generans ex medicina languorem. Bernard ſerm. 6. ſup. Cantic. 33.

*Ambitioſus cum abiete.*

At illi miſeri poſtquam reciprocantis fortunæ ludos ſunt experti, ſerò diſcunt quod abieti proceram illam ſuam ſtaturam, & pulchritudinem intemperantius iactanti inculcat Rubus.

*Auian. fab. 19.*

*Nunc læta quidem bona ſola fateris,*
*Et noſtris frueris imperioſa malis.*
*Sed cum pulchra minax ſuccidet membra ſecuris:*
*Quam velles ſpinas tunc habuiſſe meas?*

---

## LVIII. PYRIGONI.

### *Charitas.*

*Ælia. l. 2. cap. 2.*

TERRA marique naſci animalia nihil mirum, nam materia, & nutrimentum, & natura horum cauſſa eſt. Ex igne verò generatas beſtias volucres exiſtere, nuncupatos Pyrigonos, & in eo ipſo igne viuere & ali, hucque & illuc volare, hoc admirationem facit. Illud idem admirationem excitat, cum extra ignem nutricium egrediuntur: & frigidum cœlum attingũt, ſtatim exeunt è vita. Quæ autẽ cauſſa ſit, igne vt naſcantur, contraque aëre, temperato elemento extinguantur, alijs dicendum relinquo.

### APODOSIS.

*Auguſt. l. 10. de ſpiritu & litera, c. 19.*

*Seneca.*

Deus ignis eſt: Pyrigoni, Dei amore incenſæ mentes, quæ in hoc cœleſti igne aluntur. *Charitas lex eſt fidei & ſpiritus viuificans dilectorem.*

*Non perit flammis amor.*

LIX.

Digitized by Google

## LIX. RVBETÆ RANÆ.

*Improbitas.*

RANÆ rubetæ, quarum & in terra & humore vita, plurimis refertę medicaminibus, deponere eaquotidie ac reſumere è paſtu dicuntur, venena tamen ſibi ſemper ſeruantes. *Plin. li. 8. cap. 31.*

AP. Improbi bona repudiant, atque ſibi mala quæque & arripiunt ſtudioſius, & retinent pertinacius.

ῥιγίςοιο δόλου καὶ ἀρῆς ςόμα τοῖο βρίθουσαι. *Apollina*
γλῶσσαν ἀεὶ δολόεσσαν ἔχει περίφορτον ἀνίης. *Pſalm.*

## LX. SALAMANDRA.

*Conſtantia.*

SALAMANDRA non modo in igne lætari dicitur, ac viuere, ſed eum ipſum extinguere. *D. Grego. Naz.* θαῤῥεῖ δὲ αὐτῷ καὶ ἐγχωρεῖ τῇ φλογὶ ὁμόσε, καὶ ὡς ἀντίπαλόν τινα σπεύδει καταγωνίσασθαι.

AP. Salamandra ſymbolum eſt conſtantiæ, quæ inter miſeriarum incendia triumphat. Symbolum hoc fuit Franciſci Regis cum diſticho, *Paradin.*

*Vrſus atrox, aquilæve truces, & tortilis anguis*
*Ceſſerunt flammæ iam Salamandra tuæ.*

*lib. 12. de gemmis*

Eiuſdem cum Salamandra virtutis hyacinthum notat S. Epiphanius: βαλλόμενοι εἰς ἄνθρακας πυρὸς αὐτοὶ μὲν οὐ βλάπτονται, τοὺς δὲ ἄνθρακας σβεννύουσιν. *Hyacinthi* (inquit) *in prunas ardentes, ab igne non læduntur, ignem autem ipſum extingunt.*

## LXI. SALAMANDRÆ ORTVS.

*Improborum vita ruina communis.*

SALAMANDRA feralis bellua, Ioue (vt aiunt) tonante, ſæuientibus nimborum procellis, & fœda

 imbrium

imbriũ eluuie longè lateque omnia inundante, pro-
dit in lucem.

Ap. Improbi, & ſcelerati homines ex rapinis & ci-
uili cruore concreti tanquam funeſtiſſima anima-
tum demum naſcuntur, cùm ciuilibus ruinis defor-
mata infœlix patria languet, & contabeſcit.

*Hoc ſemine creſcunt.*

Vel ſi Salamandram patientiæ imaginem eſſe velis,
quod ſuperiore Icone dictum eſt. Rectè dicetur Vir-
tus inſtar Salamandræ per medias tempeſtates in lu-
cem erumpere.

Hor. Od. 4. lib. 4.

*Sic Gens cremato fortis ab Ilio*
*Iactata Tuſcis æquoribus, ſacra*
*Gnatoſque, maturoſque Patres*
*Pertulit Auſonias ad vrbes.*

---

## LXII. SCARABEI.

*Voluptuarius obſcœnus.*

Ælian. de Animal. l. 4. cap. 8.

SCARABEI viuunt in ſtercore, moriuntur in ro-
ſis.

Ap. Turpes in obſcœnis triumphant, in honeſtis
languent. Bellè hic cadit quod Theoſterictus in Ni-
ceta habet de Conſtantino Copronymo: Tantopere
ſordium & impuriſſimæ cuiuſque rei odore malo
fertur delectatus, vt animalium brutorum ſtercori-
bus ſe illiniret, & eos qui cum illo erant, id facere iu-
beret quos amabat, ob idque benignè accipiebat,
quod rebus male olentibus ſemper delectaretur. Hoc
Theophanes quoque videtur innuere, vbi ait: Magi-
cis maleficijs & luxurijs cruentiſque ſacrificijs, & ca-
ballinis ſtercoribus, atque lotio delectatur, μαλακίαις
& dæmonum inuocationibus. Eandem ſcarabei pa-
rabolam Epiphanius accomodat hæreticis.

Hæreſ. 40.

LXIII.

## LXIII. SCORPIVS ET CROCODILVS.

*Inimicitia lethalis.*

SCORPIVS & Crocodilus gemino quodam inter ſe odio flagrant, ſimulatque alter alterum inſpexerit, in mutua funera ſponte rapiuntur, amboque eadem dimicatione perimuntur. Ælian. *li.* 2. *c.* 33. Scorpium ex Crocodylo naſci ſecundum nonnullos memorat, & ab eodem caudæ venenatæ aculeo extingui. σκορπίον ἐξ αὐτοῦ τίκτεσθ. κέντρον δ᾽ ἄρα οὐραῖον αὐτὸν ἔχειν λέγουσιν, ἰοῦ πεπληρωμένον.

APODOSIS.

Hac Icone ſignificantur inimici capitales, mutuis vulneribus confecti.

*Quid tantos iuuat excitare motus,*
*Et propria fatum ſollicitare manu?*
*Si mortem petitis: propinquat ipſa*
*Sponte ſua volucres nec remoratur equos.*
*Quos ſerpens, Leo, Tigris, Vrſus, Aper*
*Dente petunt, ijdem ſe tamen enſe petunt.*
*An diſtant quia diſſidentque mores*
*Iniuſtas acies, & fera bella mouent?*
*Alterniſque volunt perire telis?*
*Non eſt iuſta ſatis ſæuitiæ ratio.*

*Boët. l.* 4. *metr.* 4. *Monomachi exagitantur.*

## LXIV. SCORPIONIS ASSVLTVS.

*Dæmonis inſidiæ.*

SCORPIONES nulli nocent cui non ſit ſanguis. *Pl. lib.* 11. *cap.* 25.

AP. Dæmon tabidis præuaricatoribus non inſidiatur, ſed bonis quibus ſuccus eſt & ſanguis. Sic prædones onuſtas precioſis mercibus naues, latrones bene nummata appetunt marſupia.

*Tutum carpit innanis iter.* *Ouid.*

Accommodari quoque poteſt calumniatoribus, qui ſolent ijs inſultare, quorum famam adulta veluti ſtir-

pe ſurgentem ſperant ſe poſſe deprædari. Duros autem & tenuis famæ homines facile intactos relinquunt, quod nihil admodum ſpecioſum habeant, & plus in pugna ſit periculi, quam in parta victoria vtilitatis:

Mart. in Xenijs.

*Naſutus ſis vſque licet, ſis denique naſus,*
*Quantum noluerit ferre rogatus Atlas:*
*Et poſſis ipſum tu deridere Latinum,*
*Non potes in nugas dicere plura meas.*
*Ipſe ego quam dixi. Quid dentem dente iuuabit*
*Rodere? carne opus eſt ſi ſatur eſſe velis.*

## LXV. SCORPIONIS CAVDA

### *Lingua maledica.*

Pl. lib. 11. cap. 25.

SEMPER cauda Scorpionis in ictu eſt, nulloque momento meditari ceſſat, ne quando deſit occaſioni.

AP. Lingua calumniatoris ſemper aut minatur, aut mordet: πονηρὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πονηρὸν ὁ συκοφάντης. Demoſt. in nobili oratione περὶ στεφάνου. Huius verò peſtiferi veneni vim & damna declarat.

Mart. l. 7.

*Quid non audebis perfida lingua loqui?*
*Te fingente nefas Pyladen odiſſet Oreſtes,*
*Theſea Pirithoi deſtituiſſet amor,*
*Tu Siculos fratres, & maius nomen Atridas,*
*Et Lædæ poteras diſſociare genus.*

Nicet. in Manuele Commen.

ὡς ἄρα οὐδέν τι διαβόλου γλώττης χεῖρον ἔφυ τοῖς ἀνθρώποις κακόν.

## LXVI. SCORPIONES IN HVMIDO VIRIBVS DEBILITATI.

### *Baptiſmo Dæmones expugnati.* ex D. Cypriano.

SICVT Scorpij & ſerpentes, qui in ſicco præualent, in aquam præcipitati præualere non poſſunt,

aut

aut ſua venena retinere: ſic & ſpiritus nequam qui Scorpij & ſerpentes appellantur, & tamen per vos data à domino poteſtate calcati, permanere vltra in corpore hominum non poſſunt, in quo baptizato & ſanctificato incipit Spiritus Sanctus habitare: hoc denique à rebus ipſis experimur, vt neceſſitate vrgente in ægritudine baptizati & gratiam conſequuti careant in mundo quæ antea mouebantur, & laudabiles in Eccleſia viuant.

## LXVII. SCORPIIS ONVSTVS ASELLVS.

*Improbus & illiteratus.*

ΠΑρειμιακὸν iſtud dictum non illepide de Alabanda dixit Apollonius Milacus. vrbs eſt multis intercepta tumulis, qui ſpeciem aſini clitellis onuſti referant, abundat quoque Scorpius, vnde facetum hominis dictum. *Strab lib. 14.*

APODOSIS.

Non diſſimili ratione torqueri poterit in improbum hominem & illiteratum. Nam Aſinus ſtupiditatem, Scorpius malitiam ſignificat, vt patet ex Nicandri ſcholiaſte, qui affert hunc ſenatium vulgo iactatum in magna improborum & captioſorum hominum multitudine, ἐν παντὶ γὰρ σκορπίος φρουρεῖ λίθῳ. *In omni etenim Scorpius lapide excubat.*

## LXVIII. SCYTALE SERPENS.

*Voluptas.*

SCYTALE ſerpens tanta præfulget tergi varietate, vt notarum gratia videntes retardet, & quoniam reptando pigrior, quos aſſequi nequit miraculo, ſui capiat ſtupentes. (Dæmonem huius ſerpentis forma indutum, Euæ impoſuiſſe nonnulli volunt.) *Vide Sol. Polyhiſt.*

APODOSIS.

Phut. contra voluptat. apud Stob. ſer. 6.

Variegata eſt bellua voluptas, quæ ſui amore perditos, & ſtupentes captat, quos poſtea deuoret.

Θηρίον ἐστὶ ποικίλον ἡ ἡδονή, ἀλλ᾽ οὐκ ἄγριον.

## LXIX. SEPA ANGVIS.

*Heracleon hæreticus.*

*Epiphanius hæreſ. contra Heracleonitas.*

SEPA profectò hic Heracleon meritò dici poterit, qui eſt reptile quadrupes ſtellioni ſimilis. cuius morſus detrimentum pro nihilo reputatur, ſputum autem in cibum aut potum euibratum, ſtatim mortem aſſumentibus inducit. Talis eſt ſanè etiam huius doctrina.

## LXX. STELLIO ΓΑΛΕΩΤΗΣ.

*Inuidia.*

TRISTE eſſe nomen Inuidiæ, omnique dedecore infame, Euripides inquit, quòd etiam in nonnullis animalibus ratione expertibus habitat penituſque inhæret. Stellio enim, vt Theophraſtus ait, ſimulatque ſenectutem, membranam hybernam, exuit, eam vorans conſumit, ob inuidiam ex qua laborat aduerſus hominem, quod ſuam tuniculam planè ſcit contra comitiales morbos plurimum valere. Ceruus item non inſcius dextrum ſuum cornu magno vſui hominibus eſſe, hoc ipſum, inuidia flagrans, ne tanto bono homines fruantur, in terram occultat. Equa pariter non ignorat ſe vnà cum pullo amoris veneficia parere: idcirco ſimul atque editus pullus eſt, id agit, vt carunculam in pulli fronte innatam, nuncupatam hippomanes, vōret. Smiliter lynx vrinam occultat.

*Æl. lib. 8. cap. 27.*

AP. Inuidi commoda alijs inuident quibus ipſi non vtuntur.



Digitized by Google

φθόνος κάκιστος, κ) δικαιότατος θεός. Porro hæc Ælianus omnia decerpſit ex Theophraſto in tractatu *de Animalibus quæ dicuntur inuidere*. Adde ex eodem vitulum marinum, qui cum captum ſe videt, coagulum euomit quod Epilepticis auxiliatur. Echinum quoque terreſtrem, qui vrina corrumpit corium. Verum (inquit) οὐ διὰ φθόνον ταῦτα ποιεῖ τὰ ζῶα, ἀλλ' ἄνθρωποι ἐκ τῆς ἰδίας ὑπολήψεως ταύτην αὐτοῖς περιῆψαν τὴν αἰτίαν. *Hippotrochoo apud Stobæum.*

---

## LXXI. SYRTIS ANGVIPES.

### *Voluptas.*

ARTIFICIOSISSIME deſcribitur à Dione Chryſoſt. his ferme verbis: corpus quidem illi muliebre idque admodum formoſum, laſciuè tumentes papillæ, totumque pectus ac ceruix pulcherrima, colore cutis nitidiſſimo, mira ab eius oculis proſiliebat hilaritas, quæ intuentem quemlil et in amorem procliuiter alliceret, reliquum corporis horridum, & ſquammarũ ſcabritie aſperum & intractabile, inferne demum in longum anguem deſinebat, cuius caput in extrema parte poſitum acre admodum eſſet, & mordaciſſimũ, alis minimè præditum, ſed ſpingis inſtar factum, neque tamen eloqui vt illæ faciunt, ſed draconum in mortem ſibilum tantum edere accutiſſimmum. *Orat. 5.*

APODOSIS.

Typus eſt voluptatis, quæ quantumuis pulchra & ſpecioſa, ἐν ἐσχάτοις μελαίνεται. *Ouid. Metam. l. 14.*

*mediaq. tenus deſcenderat aluo,*
*Cum ſua fœdari latrantibus inguina monſtris*
*Aſpicit, ac primo non credens corporis illas*
*Eſſe ſui partes, refugitque abigitq. timetq.*
*Ora proterua canum; ſed quos fugit attrahit vna.*



Digitized by Google

## LXXII. THAMVR.

*Salus de ſanguine vermis.*

*Vincent. Nat. hiſt. lib. 20. cap. 170.*

THAMVR dicitur vermis Salomonis. Nam cum marmor Parium ad ędificationem templi è remotis partibus conuehi præcepiſſet, conſcius prohibitionis legis quæ vetuit altaris ædificandi lapides ferro incidi, quęſiuit experimentum in vermibus, quod ars humana neſciuit. Nam pullum Struthionis in vitreo vaſe recluſit, quem cum videret ſtruthio, & habere nequiret, quam nouerat agnitam artem attentans, ſolitudinem luſtrat, rediensq; vermiculum tulit, cuius ſanguine vitrum leuit & diffregit, ſicque fœtum eripuit: quod videns Salomon hoc experimento eodem genere vermis in inciſione duriſſimi marmoris vſus eſt.

*Aliud ſymbolum.*

AP. Chriſti ſanguine, qui ſe vermem nominat apud Prophetam, de carcere erepti & liberati ſumus, huic inferorum portæ, huic tenebræ, huic omnia dæmonũ terriculamenta ceſſerunt. Ad idem argumentum accommodari poterit quod habet Pauſanias *in Bœoticis*, cum apud Haliartes Bœotios ſumma eſſet ſiccitas, vnus è primoribus Delphos miſſus accepit oraculum, aquam ſeſe inuenturum, ſi primum Haliartum redeunti ſibi obuiam factum interemiſſet: in patriam reuerſo filius impubes Lophis primus occurrit: Pater ſtricto gladio puerum tranſuerberat: ille adhuc ſpirans, cum huc illuc curſitaret, vbicumque fuſus humi eſſet cruor, inde aquæ eruperunt.

*Lophis.*

## LXXIII. THERMUTIS. ΑΣΠΙΣ ΘΕΡΜΟΥΤΙΣ.

*Inuidia.*

ASPIDIS genus vnum Thermuti Ægyptij nominant

minant. hanc ſacram eſſe aiunt, & ſumma religione colunt. Itaq; ea Iſidis ſimulachra tanquam regio quodam diademate coronant. Eandem in perniciem hominum natam eſſe negant. Enimuero comminiſcuntur eam ſe à probis abſtinere: contra verò impijs necem afferre. Quod ſi ita eſt, Iuſtitiam vniuerſi dixeris hanc feram honorare, vt quæ acrimonia intellectus bonum à malo diſcernat, & tanquam illius miniſtra ac vindex in malos animaduertat. Addunt alij Iſidem ſceleratiſſimis hominum eam immittere. hanc quoq; ſolam in hoc genere immortalem eſſe Ægyptij referunt, qui aſpidum genus in ſedecim ſpecies diuidunt. in ſacris igitur ædibus ad vnumquemque angulum ſubterranea ſacella ædificant, vbi ſane Thermutidi habitanti bubulum adipem edendum interuallis quibuſdam obijciunt. Æl. l. 10. c. 31.

APODOSIS.

Typus Iuſtitiæ Iamblicus in epiſtola ad Anatolium de Iuſtitia, ἔργα τοίνυν τῇ δικαιοσύνῃ πρόσφορα καὶ ἐπιτηδεύματα εἴη ἄν, ὅσα κανονικὰ καὶ ἥμερα τυγχάνει, καὶ συμβαλλόμενα καὶ εὐσυνάλλακτα καὶ ὠφέλιμα, τῶν βλαβερῶν κωλυτικὰ διαπράξεων. τῶν δ' ἐναντίων τὴν ὅλην κατάσχεσιν παρασκευάζοντα, Opera igitur & ſtudia Iuſtitiæ accepta fuerunt, quæcumque ordinata & tranquilla ſunt, compoſita, conciliata, vtilia, quæcumque noxios & prauos actus prohibent: Atque nos ad contrarios omnino promouent.

---

## LXXIV. VESPA IN ACETO.

*Seueritas vtilis.*

SI oleo infundatur Veſpa, moritur: aceto autem poſtea reuiuiſcit. *Vincent. Natur. hiſt. l. 20. c. 74.*

APODOSIS.

Acria plerumque ingenia nimia manſuetudine deprauantur, quæ ſi paulo ſeuerius tractentur, & vigent iucundius, & proficiunt vberius, *Lenta enim remedia* *Baſil. in Hexamer. hom. 8.*

# PARABOLARVM HISTORICARVM LIBER DECIMVS.

## PLANTAE.

### I. AGNVS HERBA.

*Simplicitas ſimulata.*

NOn longè à Cazanenſibus Tartaris in quadã inſulâ à grauiſſimis viris narratur ſemen quoddã inueniri non abſimile peponum ſemini, paulò tamen maius, & rotundius, ex eoque in terram condito quiddam agno ſimillimum enaſci; quinque palmarum altitudine. Nam & caput, oculos, aures, cæteraque omnia in formam agni recens editi, pellem etiam ſubtiliſſimam habere, quo permulti his in locis ad ſubducenda capitum tegmina vtantur: Tum quoque plantam illam, ſi tamen ſic dicenda ſit, carnem quidem nullam, attamen ſanguinem habere: ſed carnis loco materiam quandam Cancrorum carni perſimilem: vngulas verò, non vt agni, carneas, ſed pilis quibuſdam ad cornu ſimilitudinem veſtitas: Radicem illi ad vmbilicum, ceu veſtis medium eſſe: viuere autem tantiſper donec depaſtis circum ſe herbis, radix ipſa pabuli inopia areſcit.

*Odericus lib. I.*

Apod. Multi ſpecie duntaxat, agni, rapacitate lupi.

O.

*O vita fallax abditos ſenſus geris,* *Seneca in Hyppolit.*
*Animiſque pulchram turpibus faciem induis,*
*Pudor impudentem celat, audacem quies,*
*Pietas nefandum.*

## II. AMYGDALVM.

*Virtus initio ardua.*

DVABVS veluti tunicis, ita pelliculis veſtita ſunt amygdala: Prima quidem amara eſt, ſecunda dura & aſpera, quæ fructus in ſe iucundam complectitur ſuauitatem.

AP. Hoc virtutis eſt ſymbolum, quæ Tyronibus nuper ex voluptatum contubernio ſeductis rigida videtur, & auſtera; mox labore quæſita miteſcit, & ſuorum fructuum copiam facit.

## III ARBOR,

*Caſtitas.*

PER MVLTAM Serpentum fugam Nepeta irriguis gaudens locis, & Agnos faciunt, & longè, lateque expellunt. In Athenienſium Theſmophorijs Atticæ mulieres Agni folijs cubilia ſubſternũt quòd & ſerpentibus ſit infeſta, & ſimul exiſtimetur ab appetitione Veneris prohibere. vnde nomen traxiſſe videtur. Herba etiam Libanotis nuncupata ſerpentibus formidabilis eſt. *Ælian. lib. 9. cap. 26. de Anima.*

APODOSIS.

Agnos caſtitas, ſerpentes Diaboli. Cyprianus Tertullianum ſequutus: *pudicitia eſt honor corporum, ornamentum morum, ſanctitas ſexuum, vinculum pudoris, fons caſtitatis, pax domus, concordiæ caput. Hæc nos commendat Domino, connectit Chriſto: hæc expugnat omnia de membris illicita deſideriorum prælia, pacem noſtris corporibus inducit: beata ipſa & beatos efficiens apud quos habitare dignatur.* Hæc Cyprian. *lib. de diſciplina & bono pudicit.*



Digitized by Google

## IV. ARBOR ANTISTROPHOS.
*Contraria ex eodem, vel Crucis lignum.*

*De rebus inhiſt. Si. pa, 4. c. 17.*

NON procul à Malaca arbor eſt, cuius radices cum multæ ſint, in varias diſperſæ ſunt partes, quæ enim ad orientem ſpectant, antidotum præbent aduerſus venenum quodlibet, febreſque pellunt, aliaſque; ægritudines, at quæ vergunt ad occaſum, ipſiſſimum venenum.

AP. Ex eodem fonte res omnino contrariæ ſæpe proficiſcũtur. Commodè dici poterit de fatali ligno, per quod in fraudem, & exitium inducti ſumus, & de ligno crucis, per quod ad vitam reuocati ſumus D. Gregor. Naz. orat. 25. πρὸς τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ἐπανακχθέντες διὰ ξύλου ἀτιμίας.

*Origen de Crucis potentia.*

Origen. hom. 8. in locos diuerſos: *Euangelium filij Dei humilitas eſt, illius crux noſtra victoria eſt, illius patibulum noſter triumphus: gaudentes leuemus hoc ſignum in humeris noſtris, victoriarum vexilla portemus: cùm dæmones viderint, contremiſcunt. Qui aurata Capitolia non timent, crucem timent. Qui contemnunt ſceptra regalia, & purpuram Cæſarum, & dapes; Chriſtiani ſordes, & ieiunia pertimeſcunt. Virga Moyſis duplicem gerebat imaginẽ. Nam hoſtibus occurrebat vt ſerpens mordens, & enecans; Iſraelitis erat vice baculi, quo nitebantur. Sic etiam verum lignum Crucis hoſtilium quidem ſpirituum nequitiæ mors eſt, animarum vero noſtrarum baculus, tuta ſedes, & vita, in qua conquieſcunt.* Macar. *hom.* 47.

*Caroli Ducis ſymbolum.*

In eodem argumento vnum ſubiungam. Carolus Rex Neapolitanum dux Calabriæ habuit in inſignibus rupem ſerra ſciſſam, in cuius cacumine eſt Crux in ſumma cruce roſa cum ſymbolo,

*In patientia ſuauitas.*

V. AR

## V. ARBOR ἄτυφος, *Martyres.*

REPERITVR in orbe nouo arborum genus quod cum aduritur nullos fumos emittit, quin potius ſuauiſſimum ſpargit odorem. Alia eſt cuius inciſio guttulam diſtillat balſamo odore perſimilem, cuius virtus eſt vulnera quæcunque curare, cicatriceſque prorſus obducere. *Maiol. Dialog. 21.*

APOD. Martyres vſti, & ſecti nulla caligine ſunt obducti, ſed præſtantiſſimos ſuæ virtutis odores in omnem terrarum orbem effuderunt. D. Chryſoſt. de SS. Matyr. ἀλλά φλογὸς πάντοθεν πολιορκούσης, καὶ τῶν σπινθήρων τοῖς ἕλκεσιν ἐπιπηδώντων, καὶ θηρὸς παντὸς δριμύτερον δακνόντων τὰ τραύματα, καθάπερ ἀδαμάντινοί τινες, καὶ ἐν ἀλλοτρίοις ὁρῶντες ταῦτα γινόμενα σώμασιν, οὕτω γενναίως καὶ μετὰ προσηκούσης αὐτοῖς ἀνδρείας ἐπὶ τῶν τῆς ὁμολογίας εἱστήκεισαν ῥημάτων ἀπερίστρεπτοι διὰ πάντων δεινῶν μένοντες καὶ τὴν ἑαυτῶν ἀνδρείαν καὶ τὴν τοῦ θεοῦ χάριν λαμπρῶς ἐπιδεικνύμενοι.

*Sed flamma illos vndique obſidente ac ſcintillis in vlcera proſilientibus, & quauis fera crudelius vulnera vellicantibus perinde quaſi eſſent adamantini, & in alienis iſta corporibus fieri cernerent, ita generoſè ac cum ea qua illos decebat fortitudine in confeſſionis verbis conſtantiſſime perſeuerabant, & in omnibus his malis durantes ſimul & animi ſui robur inuictum, & Dei gratiam egregie præ ſe ferebant.*

Deinde eorum corpora comparat cum ſole. ὥσπερ τινῶν ἀκτίνων κροκοειδῶν τῶν ῥυάκων τῶν αἱμάτων πανταχόθεν αὐτοῖς περιῤῥεόντων, καὶ τὸ σῶμα αὐτῶν καταυγαζόντων πολλῷ μᾶλλον ἢ τὸν οὐρανὸν ἥλιος.

*Dum veluti crocei quidam radij, viui ſanguinis vndique illis defluerunt, eorumque corpus multo quam cælum Sol ipſe ſplendidius illuſtrarent.*



Digitized by Google

## VI. ARBOR HISPANIOLÆ.

*Voluptas.*

*Hiſtor. noui mundi.* IN Hiſpaniola inſula arbor eſt, cuius fructus pyris muſcatis perſimilis, iucundo odore, eſui quoque gratiſſimus, verum peſtiferi ſucci; nam Indi illo ſagittas oblinunt, veluti veneno.

APOD. Voluptatis ſpecies iucunda, peſſimi ſunt effectus.

*Euripedes apud Stob. ſerm. 3.* Βραχεῖα τέρψις ἡδονῆς πικτὴν λύπην.

Philo de mundi opificio p. 27. edit. Col. Allob. eandem per ſerpentum Paradiſi terreſtris μυθολογῶ diſertiſſimè philoſophatus.

## VII. ARBOR IMMORTALIS.

*Verus philoſophus.*

D. Gregorius Nazianzenus, qui refertur à S. Maximo de patientia, arborum quandam eſſe ait in fabulis, quæ reſecta pullulat, & cum ferro certat. Et ſi Poëtarum, inquit, verba vſurpanda ſunt, tantum abeſt vt moriatur, quin morte ipſa viuit, ſectione germinat, ac decerpta ſuccreſcit. ἔστι τι ἐκ τῶν μύθων φυτὸν ὃ θάλλει τεμνόμενον καὶ πρὸς σίδηρον ἀγωνίζεται· καὶ εἰ δεῖ ποιητικῶν μεμνῆσθαι λόγων, θανάτῳ ζῇ καὶ τομῇ φύεται, καὶ αὔξεται δαπανώμενον.

AP. Idem ſic paraboam reddit· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ σαφῶς τοιοῦτο εἶναι τὸ φιλόσοφος, ὃς εὐδοκιμεῖ τοῖς πάθεσι, καὶ ὕλην ἀρετῆς ποιεῖται τὰ λυπηρά, καὶ τοῖς ἐναντίοις ἐγκαλλωπίζεται. *Mihi verò videtur ſimile quidpiam eſſe vir Philoſophus, qui infortunijs illuſtratur, & moleſta quæque in virtutis materiam transfundit, ipſiſq; aduerſis venuſtatur.* Hoc voluit Horatius cum ſcripſit:

*Od. 4. lib. 4.*

*Durus vt ilex tonſa bipennibus*
*Nigræ feraci frondis in Algido.*

Per

*Per damna, per cædes ab ipſo*
*Ducit opes animumque ferro.*

---

## VIII. ARBOR ÆGYPTIA

*Sat cito ſi ſat bene.*

THEOPHRASTVS refert arborem quandam Ægyptiam fructum nullum ferre ante centum annos Sic autem ille: τάνέα τῶν φυτῶν διὰ τὸ πλῆθος ὑγρότητος, καὶ τὸ ὅλον τροφῆς ὑψίκαρπα, τὰ δ' αὖ πάλιν ὡς ὀψίφορα πόῤῥω τῆς ἡλικίας ὄντα, καθάπερ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ λεγόμενον δένδρον ὃ ἑκατοστῷ ἔτει μυθολογοῦσι φέρειν καρπόν. *Theoph. de cauſſis. Plant. 2. l.*

Ap. Periculoſa eſt præpropera prudentia.

φρονεῖν γὰρ οἱ ταχεῖς οὐκ ἀσφαλεῖς. *Sophcl. in Oedipo.*

---

## IX. ARBOR MEDVLLÆ FERREÆ.

*Crudelitas.*

FERRI vim, atque aciem habet arbor in Iaua inſula maiore. Interior enim medulla ferrea eſt, virgæ modo ab imo in ſummum verticem ductæ. *Nicol. de comit. & Mar. Pol. li. 3. c. 16.*

APODOSIS.

Pleraque ingenia adeo dura ſunt & ſtolida, vt medullas ferreas, aut, vt ait Sidonius Apollinaris, corneas fibras habere videantur.

ἀπὸ δρυός, ἠδ' ἀπὸ πέτρας.

---

## ARBOR MVSA.

*Literæ ſacræ.*

EX palmarum genere eſſe putant arborem illam, quæ in Ægypto, Cyproque, & Syria prouenit, quam qui illuc nauigant, Muſam appellant. Iudæi arborem eſſe aiunt, cuius fructus Adamus comedit, quod ego ridiculum eſſe arbitror. Ex ea circumeminent fructus, parui cucumeris magnitudine, per

maturitatem quodammodo flaueſcentes ficuum inſtar cortice contecti: eodem quoquè modo, quo ficus, ſpoliantur. Subſtantia pulpa melopeponibus ſimilis, nullo intus oſſe, neque ſemine. Ij principiò guſtantibus, inſipidi eſſe quodammodo iudicantur, nec ita guſtatui ſuaues; ſed qui ijs veſci perſeuerant, magis ac magis in dies oblectantur. occulta quadam ſaporis ſuauitate ita allecti, vt nunquam ijs ſaturari poſſe videantur. Huius meminut Auicenna. *Lib. 2. cap. 84.*

Ap. Literæ ſacræ primo aditu rudes, & inſipidæ videntur imperitis, ſed intus totæ ſunt ex medulla, nihil habent oſſis, nihil duri, & moroſi, quinimo amatores ſuos ſine ſatietate oblectant, & ſolidè nutriunt.

*Ferrum miteſcit ab auro.*

Idcirco Caſſiodorus ait, ab Orpheo & Muſæo Elyſios campos carminum ſuauitate oblectari: poſtremæ ætatis iucunditas in fructu eruditionis ſit collocata. *Muſæum etiam* (inquit) *& artis Orphæi filii & naturæ, Maronis præpotens lingua concelebrat, dicens, apud inferos in ſumma beatitudine conſtitutum, quod per Elyſios campos felices animas ſeptem chordarum pulſibus amœnabat: ſignificans ſummo pretio perfrui, cui diſciplinæ huius contigerit ſuauitatibus epulari.* *Variar. l. 2. epiſt. 4.*

---

## XI. ARBOR THERÆ.

*Intacta per æſtus.*

THERA inſula per annos ſeptem pluuiam non eſt experta. Ex quo in torridi cœli inclementia omnibus plantis areſcentibus, vna incolumis reman ſit, & viiides ramos explicans inter cæterarum incendia, gratiſſima iuuentute pubeſcere viſa eſt. *Vide Herod. lib. 4. p. 119.*

APODOSIS.

Arboris inſtar fuit ſemper virentis Virgo Dei parens, inter æſtus peccati illæſa. Nullam

omnino

Digitized by Google

omnino labem admiſit, quæ fuit, vt ait S. Methodius, ἄσπιλον ἔνδυμα τοῦ ἀναβαλλομένου φῶς ὡς ἱμάτιον: *Intaminata veſtis illius qui luce non ſecus ac pallio amictus eſt.* *Elephantinus ager.*

Quòd autem hic Thæræ arbori contigit, hoc in agro Elephantino vites, ficuſque narrantes experiri, quibus ſcilicet folia numquam decidunt. Theophraſtus: περί καὶ ἐλεφαντίνην οὐδὲ τὰς ἀμπέλους οὐδὲ τὰς συκᾶς φασὶ φυλλοβολεῖν. Item in Creta inſula in agro Cortynenſi platanum apud fontem quendam eſſe aſſeuerant, quæ nunquam folia deperdit. Quercus quoque in agro Thurino eſt, Sybari perſpicua, quæ nunquam folia dimittit. *l. 1. de plantis.* *Platanus.* *Cretæ & Quercus Thurina.* *Id. l. 1. 11.*

---

## XII. ARBOR VSPALÆ,

### *Æternùm virens.*

VSPALAE dum gens adhuc infando idolorum cultu illigata teneretur, templum erat magnificentiſſimum, & auro egregiè inductum: quod vt erat in ampla planitie ſitum, admirando ſui fulgore venerandam religionis maieſtatem acceſſuris ingènerabat. Aſtabat eius foribus arbor ingens ignoti generis, patulis diffuſa ramis, æſtate & hieme iuxta virens, etiam in plaga frigidiſſima. Huic fons proximus in locum ſacrificiorum dulci ſcaturiginè ebulliebat. *Olaus Magnus li. 3. 105.*

### APODOSIS.

Virgo inter peccati hyemes intacta: quomodo enim labem tuliſſet, quæ (vt ait D. Auguſtinus) *quantum creaturæ conditio patitur, luci inacceſſibili videtur vnita?* *Ad Cathe. 4.*

## XIII. ARBORES INDIÆ.

### Per pronum creſce.

*Humilitas.*

ONESICRITVS refert in Muſicana terra Indiæ arbores quaſdam inueniri, quarum rami cum ad duodenos cubitos creuerint, reliquum incrementum pronum faciant, deflexæ, quouſque terram contingant, deinde terram ſubeant, ac radices agant velut traduces, mox rurſus in truncum exeant, à quo poſtquam auctæ fuerint, eodem modo flectantur, & aliam propaginem efficiant, rurſuſque aliam, & ſic deinceps, vt ab vna arbore longum fiat vmbraculum, tabernaculo multis columnis nitenti ſimile.

Ap. Illa demum excelſa magnitudo eſt, quæ ſe per pronum dilatat: contra quod dixit Seneca ad Neronem, *Summæ magnitudinis ſeruitus eſt, non poſſe fieri minorem.*

## XIV. ARBORES LANIGERÆ.

*Inoleſcunt mollia duris.*

SVNT ad Leuidam ciuitatem prope Hierico arbores, quæ lanas gignunt: exhibent enim poma in modum cucurbitarum, teſtas in circuitu habentia præduras, intrinſecus autem plena ſunt lanæ. Et de his ferunt ipſi Ieſu Naue ſolere fieri indumenta: nam & ad aquas calidas eædem plantæ creſcunt, in quibus Ioſue lauare ſolebat. Huius generis lanas candore & ſubtilitate admirabiles ſe vidiſſe narrat Gregorius Turonenſis: δένδρων quoque ἐριοφόρων meminit Theophraſtus.

*Lib. 1. de miracul. cap. 18.*

*Lib. 4. de hiſtor. Plant. cap. 9.*

Ap. Teſtæ præduræ quæ candidam & ſubtilem lanam

lanam tuentur, è qua tantus Heros veſtes petebat, ſignificant illud toties inculcatum, per ardua virtutem niti ad ſolidę quietis, iucundiſſimi fructus voluptates.

*Ordo fuit creuiſſe malis.*

## XV. ARBORES MELLIFERÆ.

*Primus ſtat maior gratia pomis.* Curt. lib. 6.

FREQVENS arbor in India, cuius meminit Q. Curtius faciem quercus habet: eius folia multo melle tinguntur: ſed niſi Solis ortum incolæ occupauerint, vel modico tempore ſuccus extinguitur.

APODOSIS.

Talia ſunt pleraque, vt in primordijs ſuaui quodam gratiæ aucupio blandiatur, ſtatim autem emortua venuſtate defloreſcant. Talis (inquam) eſſe ſolet in pueris nōnunquam prima ætatula, dulcis illa quidem, & feſtiuitatis lenocinio quodam commendanda. Mox vbi primis adoleſcentiæ faſcibus inardeſcere viſa eſt, tota illa ſimplicis naturæ iucunditas extinguitur:

*Fructumque exſpirat in vmbras.*

## XVI. ARBORES SODOMÆ.

*Vanitas rerum humanarum.*

IN Sodomitico agro poma gignuntur, quæ licet ſpeciem maturitatis habeant, mandi tamen non poſſunt: nam fuliginem intrinſecus fauillaceam ambitio tantum eximiæ cutis cohibet, quæ vel leui preſſa tactu fumum exhalat, & fatiſcit in vagum puluerem. Solin. c. 35.

APODOSIS.

Res opeſque humanæ, his fructibus ſimillimæ, pompæ plurimum habent, cum nihil ſolidæ volup-

*inedia & ſegnes medicos eorum morbus*, quod ait Curtius, *non expetit*. Simili modo Sal Agrigentinum aqua induratur, igne liqueſcit.

## LXXV. VESPÆ VENENATVS ACVLEVS.

### *Maledicus*.

Ælianus

ACVLEATAS Veſpę hoc etiam facere dicuntur. in viperam quam mortuam perſpexerint inuolantes, veneno aculeum imbuunt: vnde mihi homines diſciplinam, non eam quidem bonam, veneno inficiendi ſagittas hauſiſſe videntur: cuius in odyſſea Homerus meminit. Ac ſanè Hercules vt hydræ veneno iacula tinxit, ſic Veſpę viperina acerbitate aculeos inficiunt.

### APODOSIS.

Pleriquæ naturæ improbitate ad omnem petulantiam armati, quo deteriores euadant, veteres calumniarum magiſtros legunt, & in ijs linguam improbā ſuæ malitiæ telum exacuunt. Ex hac officina prodiit calumniator:

σκολιὸν εἰλιγμῶνος ἔρχεται οἶμον,
Εὖτε μιν ὀξύτατον θάλπει σέλας ἠελίοιο.
Ῥοίζῳ δ', ἔνθα καὶ ἔνθα κάρη στρέφει

Apollon. Argon. 4.

## LXXVI. LOPYRON.

### *Apellianorum hæreſis*.

TRADVNT doloroſam veſpam, quam quidam Lopyron appellant, habere quidem aculeum venenum iacientem, breuem, non multum dolorem inducentem, ſed qui ſecundum ipſius facultatem venenum iaciat. Si verò quis perſcrutans ipſius latebras

bras, aut nidum deſtruat, in fruticibus enim, & herbis hunc facit, & inſtar faui ſibi ipſi capſas quaſdam conſtruit, in quibus capſis ſobolem ſuam deponit. & ſibi ipſi fœtus facit: Si verò quis perſcrutans virgâ aut ligno pungat fauum & deſtruat, exit indignata ipſa horrenda quidem, verum debilis veſpa, & ſi inuenerit petram aut lignum, præ irâ quâ excanduit, cum ſtridore inſtat, & impetit ac ferit petram, & petram quidem nihil lædit, neque lignum, imò neque hominem, etiamſi momorderit, niſi quod modicum dolorem inducit: verùm aculeum amittit, & ſic perit, petra verò nullâ iniuriâ afficitur. Sic etiam hæc veſpacea ſecta inſtar Zopyri, paruam inducens vexationem ſubuertetur, vbi in petram illapſa impegerit, hoc eſt in veritatem, & vbi aculeum amiſerit.

*Epiphan. hæreſ. 44. contra Apellicianos.*

PARA.

# PARABOLARVM HISTORICARVM LIBER DECIMVS.

## PLANTAE.

### I. AGNVS HERBA.

*Simplicitas ſimulata.*

NOn longè à Cazanenſibus Tartaris in quadã inſulâ à grauiſſimis viris narratur ſemen quoddã inueniri non abſimile peponum ſemini, paulò tamen maius, & rotundius, ex eoque in terram condito quiddam agno ſimillimum enaſci; quinque palmarum altitudine. Nam & caput, oculos, aures, cæteraque omnia in formam agni recens editi, pellem etiam ſubtiliſſimam habere, quo permulti hîs in locis ad ſubducenda capitum tegmina vtantur: Tum quoque plantam illam, ſi tamen ſic dicenda ſit, carnem quidem nullam, attamen ſanguinem habere: ſed carnis loco materiam quandam Cancrorum carni perſimilem: vngulas verò, non vt agni, carneas, ſed pilis quibuſdam ad cornu ſimilitudinem veſtitas: Radicem illi ad vmbilicum, ceu veſtis medium eſſe: viuere autem tantiſper donec depaſtis circum ſe herbis, radix ipſa pabuli inopia areſcit.

*Odericus lib. I.*

Apod. Multi ſpecie duntaxat, agni, rapacitate lupi.

O. vi-

*O vita fallax abditos ſenſus geris,*
*Animisque pulchram turpibus faciem induis,*
*Pudor impudentem celat, audacem quies,*
*Pietas nefandum.* Seneca in Hyppolit.

## II. AMYGDALVM.

*Virtus initio ardua.*

DVABVS veluti tunicis, ita pelliculis veſtita ſunt amygdala: Prima quidem amara eſt, ſecunda dura & aſpera, quæ fructus in ſe iucundam complectitur ſuauitatem.

AP. Hoc virtutis eſt ſymbolum, quæ Tyronibus nuper ex voluptatum contubernio ſeductis rigida videtur, & auſtera; mox labore quæſita miteſcit, & ſuorum fructuum copiam facit.

## III ARBOR,

*Caſtitas.*

PER MVLTAM Serpentum fugam Nepeta irriguis gaudens locis, & Agnos faciunt, & longè, lateque expellunt. In Athenienſium Theſmophorijs Atticæ mulieres Agni folijs cubilia ſubſternũt quòd & ſerpentibus ſit infeſta, & ſimul exiſtimetur ab appetitione Veneris prohibere. vnde nomen traxiſſe videtur. Herba etiam Libanotis nuncupata ſerpentibus formidabilis eſt. Ælian. lib. 9. cap. 26. de Anima.

### APODOSIS.

Agnos caſtitas, ſerpentes Diaboli. Cyprianus Tertullianum ſequutus: *pudicitia eſt honor corporum, ornamentum morum, ſanctitas ſexuum, vinculum pudoris, fons caſtitatis, pax domus, concordiæ caput. Hæc nos commendat Domino, connectit Chriſto: hæc expugnat omnia de membris illicita deſideriorum prælia, pacem noſtris corporibus inducit: beata ipſa & beatos efficiens apud quos habitare dignatur.* Hæc Cyprian. lib. de diſciplina & dono pudicit.



Digitized by Google

## IV. ARBOR ANTISTROPHOS.

### *Contraria ex eodem, vel Crucis lignum.*

*De rebus inhiſt. Si. pa, 4. c. 17.*

NON procul à Malaca arbor eſt, cuius radices cum multæ ſint, in varias diſperſæ ſunt partes, quæ enim ad orientem ſpectant, antidotum præbent aduerſus venenum quodlibet, febreſque pellunt, aliaſque; ægritudines, at quæ vergunt ad occaſum, ipſiſſimum venenum.

AP. Ex eodem fonte res omnino contrariæ ſæpe proficiſcũtur. Commodè dici poterit de fatali ligno, per quod in fraudem, & exitium inducti ſumus, & de ligno crucis, per quod ad vitam reuocati ſumus D. Gregor. Naz. orat. 25. πρός τόξύλον τῆς ζωῆς ἐπαναχθέντες διὰ ξύλου ἀτιμίας.

*Origen de Crucis potentia.*

Origen. hom. 8. in locos diuerſos: *Euangelium filij Dei humilitas eſt; illius crux noſtra victoria eſt, illius patibulum noſter triumphus: gaudentes leuemus hoc ſignum in humeris noſtris, victoriarum vexilla portemus: cùm dæmones viderint, contremiſcunt. Qui aurata Capitolia non timent, crucem timent. Qui contemnunt ſceptra regalia, & purpuram Cæſarum, & dapes; Chriſtiani ſordes, & ieiunia pertimeſcunt. Virga Moyſis duplicem gerebat imaginẽ. Nam hoſtibus occurrebat vt ſerpens mordens, & enecans; Iſraelitis erat vice baculi, quo nitebantur. Sic etiam verum lignum Crucis hoſtilium quidem ſpirituum nequitiæ mors eſt, animarum vero noſtrarum baculus, tuta ſedes, & vita, in qua conquieſcunt.* Macar. *hom.* 47.

*Caroli Ducis ſymbolum.*

In eodem argumento vnum ſubiungam. Carolus Rex Neapolitarum dux Calabriæ habuit in inſignibus rupem ſerra ſciſſam, in cuius cacumine eſt Crux in ſumma cruce roſa cum ſymbolo,

*In patientia ſuauitas.*

V. AR

## V. ARBOR ἄτυφος, *Martyres.*

REPERITVR in orbe nouo arborum genus quod cum aduritur nullos fumos emittit, quin potius ſuauiſſimum ſpargit odorem. Alia eſt cuius inciſio guttulam diſtillat balſamo odore perſimilem, cuius virtus eſt vulnera quæcunque curare, cicatriceſque prorſus obducere. *Maiol. Dialog. 21.*

APOD. Martyres vſti, & ſecti nulla caligine ſunt obducti, ſed præſtantiſſimos ſuæ virtutis odores in omnem terrarum orbem effuderunt. D. Chryſoſt. de SS. Matyr. ἀλλά φλογὸς πάντοθεν πολιορκούσης, ϗ τῶν σπινθήρων τοῖς ἕλκεσιν ἐπιπηδώντων, καὶ θηρίου παντὸς δριμύτερον δακνόντων τὰ τραύματα. ὥσπερ ἀδαμάντινοί τινες, ϗ ἐν ἀλλοτρίοις ὁρῶντες ταῦτα γινόμενα σώμασιν, οὕτω γενναίως ϗ μετά προσηκούσης αὐτοῖς ἀνδρείας ἐπὶ τῶν τῆς ὁμολογίας εἱστήκεισαν ῥημάτων ἀπερίστρεπτοι διὰ πάντων δεινῶν μένοντες ϗ τὴν ἑαυτῶν ἀνδρείαν ϗ τὴν τοῦ θεοῦ χάριν λαμπρῶς ἐπιδεικνύμενοι.

*Sed flamma illis undique obſidente ac ſcintillis in vlcera præſilientibus, & quauis fera crudelius vulnera vellicantibus perinde quaſi eſſent adamantini, & in alienis iſta corporibus fieri cernerent, ita generosè ac cum ea qua illos decebat fortitudine in confeſſionis verbis conſtantiſſime perſeuerabant, & in omnibus his malis durantes ſimul & animi ſui robur inuictum, & Dei gratiam egregie præ ſe ferebant.*

Deinde eorum corpora comparat cum ſole. ὥσπερ τινῶν ἀκτίνων κροκοειδῶν τῶν ῥυάκων τῶν αἵματος πανταχόθεν αὐτοῖς περιῤῥεόντων, ϗ τὸ σῶμα αὐτῶν καταυγαζόντων πολλῷ μᾶλλον ἢ τὸν οὐρανόν ἥλιος.

*Dum veluti crocei quidam radij, viui ſanguinis undique illis deflucrunt, eorumque corpus multo quam cœlum Sol ipſe ſplendidius illuſtrarent,*



Digitized by Google

## VI. ARBOR HISPANIOLÆ.

*Voluptas.*

*Hiſtor. noui mundi.*

IN Hiſpaniola inſula arbor eſt, cuius fructus pyris muſcatis perſimilis, iucundo odore, eſui quoque gratiſſimus, verum peſtiferi ſucci; nam Indi illo ſagittas oblinunt, veluti veneno.

APOD. Voluptatis ſpecies iucunda, peſſimi ſunt effectus.

*Euripides apud Stob. ſerm. 3.*

Βραχεῖα τέρψις ἡδονῆς τίκτειν λύπην.

Philo de mundi opificio p. 27. edit. Col. Allob. eandem per ſerpentum Paradiſi terreſtris μυθολογῶ diſertiſſimè philoſophatus.

## VII. ARBOR IMMORTALIS.

*Verus philoſophus.*

D. Gregorius Nazianzenus, qui refertur à S. Maximo de patientia, arborum quandam eſſe ait in fabulis, quæ reſecta pullulat, & cum ferro certat. Et ſi Poëtarum, inquit, verba vſurpanda ſunt, tantum abeſt vt moriatur, quin morte ipſa viuit, ſectione germinat, ac decerpta ſuccreſcit. Ἔστι τι τῶν ἐν τοῖς μύθοις φυτὸν ὃ θάλλει τεμνόμενον καὶ πρὸς σίδηρον ἀγωνίζεται: καὶ εἰ δεῖ ποιητικῶν μεμνῆσθαι λόγων, θανάτῳ ζῇ καὶ τομῇ φύεται, καὶ αὔξεται δαπανώμενον.

AP. Idem ſic paraboam reddit: ἐμοὶ δὲ δοκεῖ σαφῶς τοιοῦτο εἶναί τι ὁ φιλόσοφος, ὃς εὐδοκιμεῖ τοῖς πάθεσι, καὶ ὕλην ἀρετῆς ποιεῖται τὰ λυπηρά, καὶ τοῖς ἐναντίοις ἐγκαλλωπίζεται. *Mihi verò videtur ſimile quidpiam eſſe vir Philoſophus, qui infortunijs illuſtratur, & moleſtis quæque in virtutis materiam transfundit, ipſiſq́; aduerſis venuſtatur.* Hoc voluit Horatius cum ſcripſit:

*Od. 4. lib. 4.*

*Durus vt ilex tonſa bipennibus*
*Nigræ feraci frondis in Algido.*

*Per damna, per cædes ab ipſo*
*Ducit opes animumque ferro.*

## VIII. ARBOR ÆGYPTIA

*Sat cito ſi ſat bene.*

THEOPHRASTVS refert arborem quandam Ægyptiam fructum nullum ferre ante centum annos Sic autem ille: τάνια τῶν φυτῶν διὰ τὸ πλῆθος ὑγρότητος, καὶ ὅλον τροφῆς ὑπερ... τά δ' αὖ πάλιν ὡς ὀψίφορα πόῤῥω τῆς ἡλικίας ὄντα, καθάπερ ἐν Αἰγύπτῳ λεγόμενον δένδρον ὅ ἑκατὸν ἔτεσι μυθολογοῦσι φέρειν καρπόν. *Theoph. de cauſſis. Plant. 2 L.*

AP. Periculoſa eſt præpropera prudentia.

φρονεῖν γάρ οἱ ταχεῖς οὐκ ἀσφαλεῖς. *Sophcl. in Oedipo.*

## IX. ARBOR MEDVLLÆ FERREÆ.

*Crudelitas.*

FERRI vim, atque aciem habet arbor in Iaua inſula maiore. Interior enim medulla ferrea eſt, virgæ modo ab imo in ſummum verticem ductæ. *Nicol. de comit. & Mar. Pol. li. 3. c. 16.*

APODOSIS.

Pleraque ingenia adeo dura ſunt & ſtolida, vt medullas ferreas, aut, vt ait Sidonius Apollinaris, corneas fibras habere videantur.

ἀπό δρυός, ἠδ' ἀπό πέτρας.

## ARBOR MVSA.

*Literæ ſacræ.*

EX palmarum genere eſſe putant arborem illam, quæ in Ægypto, Cyproque, & Syria prouenit, quam qui illuc nauigant, Muſam appellant. Iudæi arborem eſſe aiunt, cuius fructus Adamus comedit, quod ego ridiculum eſſe arbitror. Ex ea circumeminent fructus, parui cucumeris magnitudine, per

maturitatem quodammodo flaueſcentes ficuum inſtar cortice contecti: eodem quoquè modo, quo ficus, ſpoliantur. Subſtantia pulpa melopeponibus ſimilis, nullo intus oſſe, neque ſemine. Ij principiò guſtantibus, inſipidi eſſe quodammodo iudicantur, nec ita guſtatui ſuaues; ſed qui ijs veſci perſeuerant, magis ac magis in dies oblectantur, occulta quadam ſaporis ſuauitate ita allecti, vt nunquam ijs ſaturati poſſe videantur. Huius meminit Auicenna.

*Lib. 2. cap. 84.*

AP. Literæ ſacræ primo aditu rudes, & inſipidæ videntur imperitis, ſed intus totæ ſunt ex medulla, nihil habent oſſis, nihil duri, & moroſi, quinimo amatores ſuos ſine ſatietate oblectant, & ſolidè nutriunt.

*Ferrum miteſcit ab auro.*

Idcirco Caſſiodorus ait, ab Orpheo & Muſæo Elyſios campos carminum ſuauitate oblectari: poſtremæ ætatis iucunditas in fructu eruditionis ſit collocata. *Muſæum etiam* (inquit) *& artis Orphæi filii & naturæ, Maronis præpotens lingua concelebrat, dicens, apud inferos in ſumma beatitudine conſtitutum, quod per Elyſios campos felices animas ſeptem chordarum pulſibus amœnabat: ſignificans ſummo pretio perfrui, cui diſciplinæ huius contigerit ſuauitatibus epulari.*

*Varior. l. 2. epiſt. 4.*

## XI. ARBOR THERÆ.

*Intacta per æſtus.*

THERA inſula per annos ſeptem pluuiam non eſt experta. Ex quo in torridi cœli inclementia omnibus plantis areſcentibus, vna incolumis remanſit, & viridès ramos explicans inter cæterarum incendia, gratiſſima iuuentute pubeſcere viſa eſt.

*Vide Herod. lib. 4. p. 119.*

APODOSIS.

Arboris inſtar fuit ſemper virentis Virgo Dei parens, inter æſtus peccati illæſa. Nullam

omnino

omnino labem admiſit, quæ fuit, vt ait S. Methodius, ἄσπιλον ἔνδυμα τοῦ ἀναβαλλομένου φῶς ὡς ἱμάτιον: *Intaminata veſtis illius qui luce non ſecus ac pallio amictus eſt.* *Elephantinus ager.*

Quòd autem hic Thæræ arbori contigit, hoc in agro Elephantino vites, ficuſque narrantes experiri, quibus ſcilicet folia numquam decidunt. Theophraſtus: περί γαρ ἐλεφαντίνῃ οὐδὲ τὰς ἀμπέλους οὐδὲ τὰς συκᾶς φασὶ φυλλοβολεῖν. Item in Creta inſula in agro Cortynenſi platanum apud fontem quendam eſſe aſſeuerant, quæ nunquam folia deperdit. Quercus quoque in agro Thurino eſt, Sybari perſpicua, quæ nunquam folia dimittit. *l. 1. de plantis.* *Platanus.* *Cretæ & Quercus Thurina.* *Id. l. 1. 1 1 5.*

---

## XII. ARBOR VSPALÆ,

### *Æternùm virens.*

VSPALAE dum gens adhuc infando idolorum cultu illigata teneretur, templum erat magnificentiſſimum, & auro egregiè inductum: quod vt erat in ampla planitie ſitum, admirando ſui fulgore venerandam religionis maieſtatem acceſſuris ingenerabat. Aſtabat eius foribus arbor ingens ignoti generis, patulis diffuſa ramis, æſtate & hieme iuxta virens, etiam in plaga frigidiſſima. Huic fons proximus in locum ſacrificiorum dulci ſcaturiginè ebulliebat. *Olaus Magnus li. 3. 105.*

### APODOSIS.

Virgo inter peccati hyemes intacta: quomodo enim labem tuliſſet, quæ (vt ait D. Auguſtinus) *quantum creatura conditio patitur, luci inacceſſibili videtur vnita?* *Ad Cathe. 4.*

## XIII. ARBORES INDIÆ.

Per pronum creſce.

*Humilitas.*

ONESICRITVS refert in Muſicana terra Indiæ arbores quaſdam inueniri, quarum rami cum ad duodenos cubitos creuerint, reliquum incrementum pronum faciant, deflexæ, quouſque terram contingant, deinde terram ſubeant, ac radices agant velut traduces, mox rurſus in truncum exeant, a quo poſtquam auctæ fuerint, eodem modo flectantur, & aliam propaginem efficiant, rurſusque aliam, & ſic deinceps, vt ab vna arbore longum fiat vmbraculum, tabernaculo multis columnis nitenti ſimile.

Ap. Illa demum excelſa magnitudo eſt, quæ ſe per pronum dilatat: contra quod dixit Seneca ad Neronem, *Summæ magnitudinis ſeruitus eſt, non poſſe fieri minorem.*

## XIV. ARBORES LANIGERÆ.

*Inoleſcunt mollia duris.*

SUNT ad Leuidam ciuitatem prope Hierico arbores, quæ lanas gignunt: exhibent enim poma in modum cucurbitarum, teſtas in circuitu habentia præduras, intrinſecus autem plena ſunt lanæ. Et de his ferunt ipſi Ieſu Naue ſolere fieri indumenta: nam & ad aquas calidas eædem plantæ creſcunt, in quibus Ioſue lauare ſolebat. Huius generis lanas candore & ſubtilitate admirabiles ſe vidiſſe narrat Gregorius Turonenſis: δένδρων quoque ἐριοφόρων meminit Theophraſtus.

*Lib. 1. de miracul. cap. 18.*

*Lib. 4. de Hiſtor. Plant. cap. 9.*

Ap. Teſtæ præduræ quæ candidam & ſubtilem lanam

lanam tuentur, è qua tantus Heros veſtes petebat, ſignificant illud toties inculcatum, per ardua virtutem niti ad ſolidę quietis, iucundiſſimi fructus voluptates.

*Ordo fuit creuiſſe malis.*

## XV. ARBORES MELLIFERÆ.

*Primus ſtat maior gratia pomis.* Curt. lib. 6.

FREQVENS arbor in India, cuius meminit Q. Curtius faciem quercus habet: eius folia multo melle tinguntur: ſed niſi Solis ortum incolæ occupauerint, vel modico tempore ſuccus extinguitur.

APODOSIS.

Talia ſunt pleraque, vt in primordijs ſuaui quodam gratiæ aucupio blandiãtur, ſtatim autem emortua venuſtate defloreſcant. Talis (inquam) eſſe ſolet in pueris nõnunquam prima ætatula, dulcis illa quidem, & feſtiuitatis lenocinio quodam commendanda. Mox vbi primis adoleſcentiæ faſcibus inardeſcere viſa eſt, tota illa ſimplicis naturæ iucunditas extinguitur:

*Fructumque exſpirat in vmbras.*

## XVI. ARBORES SODOMÆ.

*Vanitas rerum humanarum.*

IN Sodomitico agro poma gignuntur, quæ licet ſpeciem maturitatis habeant, mandi tamen non poſſunt: nam fuliginem intrinſecus fauillaceam ambitio tantum eximiæ cutis cohibet, quæ vel leui preſſa tactu fumum exhalat, & fatiſcit in vagum puluerem. Solin. c. 34.

APODOSIS.

Res opeſque humanæ, his fructibus ſimillimæ, pompæ plurimum habeant, cum nihil ſolidæ voluptatis



Digitized by Google

tatis habeant. de diuitiar. pompa epiſt. 110. *Vidiſtine quam intra paucas horas ille ordo quamvis lentus diſpoſituſque tranſierit? hoc totam vitam noſtram occupabit, quod totum diem occupare non potuit:* Et deinde: *Hoc itaque ipſe mihi dico, quoties tale aliquid præſtrinxerit oculos meos, quoties occurrit domus ſplendida, cohors culta ſeruorum, lectica formoſis impoſita calonibus: Quid miraris? quid ſtupes? pompa eſt: oſtenduntur iſtæ res, non poſſidentur, & dum placent tranſeunt.*

---

## XVII. ARBORIS SOLIS ET LVNAE.

*Sacerdotium & regnum.*

EST in epiſtola Alexandri fabuloſi (vt arbitror) Nepotis mentio duarum arborum, quarum vna Arbor Solis, altera Lunæ nuncupabatur. Vtraque primo ſideris ſui afflatu percuſſa reddebat oracula: vtraque etiam in eclipſi Solis & Lunæ vberrimis lacrymis manare credebatur. Erant autem in medio luci collocatæ cupreſſis frondium genere ſimillimæ, pedum ferme centenorum. Eas cum Alexander adijſſet, perſtricta radijs cognatorum ſiderum vtriuſque ſtirpis cacumina in voces & oracula reſolui, magno circumſtantium amicorum ſtupore animaduertit.

### APODOSIS.

Solis & Lunæ arbores haud fabuloſæ ſunt Eccleſiaſtici ciuileſque magiſtratus, qui ſuorum principum afflatu leges tum diuinas tum humanas interpretantur, quarum certè oraculis hic orbis terrarum adminiſtratur. Gelaſius Papa Afer: *Duo ſunt, Imperator Auguſte, quibus principaliter hic regitur mundus, auctoritas ſacra Pontificum & regalis poteſtas.* Et Iuſtinian. μέγιστα τῶν ἐν ἀνθρώποις ἐστὶ δῶρα θεοῦ παρὰ τῆς ἄνωθεν δεδομένα φιλανθρωπίας, ἱερωσύνη τε καὶ βασιλεία.

*In. epi. ad Anaſt.*

*in aut. p. 1. ti. 6. nu. 6.*

XVIII.

# XVIII. ASPHODELVS SOLVS.
## GIGONIAM PETRAM mouet.

***Regum potentia.***

EST Aſphodelus planta, quæ aliter appellari ſolet Haſta regis, Gallicè *la Hache royalle*, id eſt ſceptrum regale; nam haſtæ olim pro ſceptris erant, vnde Euripides in Hecuba: dixit λαὸν εὐθύνειν δορὶ, quod eſt, ſceptro moderari. In eodem genere eſt lapis regni, cuius meminit Cteſiphon 3. de plantis: λίθος κρυστάλλῳ ἐνδεκαπλήσιος ἀνθρωπόμιμος ἐστεμμένος, & regni conciliator. Aſphodelus autem ſolus Gigoniam petram mouet. *Hephæſtis.*

AP. Significat igitur emblema, Regum potentiâ & imperijs duriores etiam animos flecti, & impelli ad ea quæ minimè facerent; nihil enim ad mouendum in rebus humanis eſt haſta illa regia potentius. *Ille eſt ſpiritus vitalis, quem tot millia trahunt, nihil ipſa per ſe futura niſi onus, ſi mens illa imperij ſubtrahatur:* Seneca. *De Clem.* Animaduerte porrò in caule haſtæ regiæ, quæ regum eſt ſymbolum, innaſci vermem, qui in aliud animal alatum, & floridum mutatur: idque *Vermis* aſphodelum populari, donec aliquid retinet vigoris. *aſphodeli.* Vbi enim exaruerit, tum demũ vermis eo eroſo euolat. ἐν δὲ τῷ ἀνθερίκῳ συνίσταται σκώληξ ὃς εἰς ἄλλο μεταβάλλει ζῶον πτηνὸν ἀνθοειδὲς, καὶ ὅταν ἀνθέρικος ἀναυανθῇ, διεσθίων ἐκπετᾶται. *Theop.* Talis eſt plerumque principum conditio. Homulos tenues, & contemptos, qui per vermiculos ſignificantur, habent in ſinu & ſuis alunt viſceribus, poſtquam eos leuiculis aſſentationibus ceperunt: interim illi alas aſſumunt, florent diuitijs, & honoribus, & poſtquam ampliſſimorum virorum fortunas eroſerunt, tum demum exiliunt.

BAA-

BAARAS. vide, *Piſciculus maris Indici.*

## XIX. BALSAMVM.

*Circumciſio.*

BALSAMI radix horrida, deformis, atque omnino inutilis: ſed cùm primum lapide inciſi fuerint turgentes eius rami, mox ſuauiſſimum ac precioſiſſimum balſami ſtillat vnguentum.

*Vide Theop. lib. 9. de hiſtor. Plant. cap. 6.* AP. Hoc filijs Iſrael eueniſſe cognoſcimus: cùm primum lapide fuerunt circumciſi, mox Ioſue audiuit Dominum dicentem: *Hodie abſtulit opprobrium Ægypti à nobis.*

Vide Villap. part. 2. c. 17. pag. 393.

*Tra. 4. ſuper cap. 50.* Animaduerſione hic dignum eſt quod habet Cyrillus, moriente Ioſue atque ſepulto, in eius ſepulchro poſitos eſſe cultros lapideos quibus circumcidit filios Iſrael: vt ſignificaretur quòd legalis circumciſio ſepulta & tanquam mortua per circumciſionem & mortem Chriſti: Et vt diſcamus circumciſionis ſpiritualis gratiam Saluatoris morti eſſe affixam, quæ circumciſio mortis atque interitus deiectio eſt, & noſtræ ſanctitatis initium.

## XX. BALSAMA ARABIÆ.

*Voluptas humana.*

IN Arabia ſunt blaſami arbores, ea, qua myrti ſtirpes, magnitudine: folia illis qualia herbæ Amaraco: ad eas cubilia figunt viperæ, vt quas non modò balſami liquor, ſed ipſa fruticis vmbra delecta. Vbi legendi liquoris tempus fuerit, Arabes ligneolarum regularum comploſione beſtias fugant, occidere enim nefas putant: & ſi quem fortè momorderint, lethalis

thalis non eſt plaga: præſtantiſſimi enim laticis odore veneni acerbitas miteſcit. Pauſanias in Bœoticis, p. 303. Meminit quoque Theophraſtus ἐν δὲ τόποις τισὶ πεφυκέναι τινὰ βοτάνην ἐφ' ἧ συνωπεπραμένοις ὄφεις εἶναι μικροὺς σφόδρα, *lib. 4. ca. 6. de hiſt. plantar.*

### Apodosis.

Mundi gaudia incerta & doloribus mixta. Seneca: *Quid quod gaudia quoque eorum trepida ſunt; non enim ſolidis cauſis innituntur, ſed eadem qua oriuntur vanitate turbantur. Qualia autem putes tempora eſſe etiam ipſorũ confeſſione miſera, cùm hæc quoque quibus ſe attollunt, & ſupra hominẽ efferunt, parum ſyncera ſint: Maxima quoque bona ſollicita ſunt: nec vlli fortunæ minus benè quam optimæ creditur.* Significat etiam nullum adeò ferum ingenium quod bona inſtitutione non mitigetur. *de breuitate vitæ cap. 17.*

---

## XXI. BASILISCVM.

### *Lenitas in ſubditos.*

IVSTINIANVS Genuenſis hiſtoriographus, præclarum habet lenitatis in ſubditos tale ſymbolum, Franciſcus Marcio (inquit) iuriſconſultus egregius, miſſus à Republ. Genuenſi orator ad Ducem Mediolanenſem, cùm is nollet eum dimittere, nec pactis conuentis cum Genuenſibus ſtare, captata occaſione obtulit eidem Duci manipulum herbæ Ocymi: qui admirabundus quid ſibi hoc demum vellet, quæſiuit quid rei eſſet. Cui ille reſpondit, talem eſſe huiuſmodi plãtæ naturam, vt leniter, ac ſuauiter contrectata gratum odorem ſpiraret; nimis autem duriter compreſſa, & attrita, non ſolum omnem ſuauitatem deperderet, ſed etiam ineunte tempore ſcorpios generaret: habere autem ſe ingenia Genuenſium eodem planè modo. Dux hoc ingenioſo admodum reſponſo delectatus & ſententiam prio- *lib. 6.*

priorem mutauit, & legatum honorificè dimiſit. Retulit Camerarius inter ſymbola.

AP. *Qui vult amari, languida regnet manu.*
*Lene fluit Nilus ſed cunctis amnibus extat*
*Vtilior.*

---

## XXII. CAPRIFICVS.
### *Temperantia.*

CAPRIFICO ea vis eſt, vt laſciuientium taurorum & quantumuis ferocientium naturam vſque adeò compeſcat eorum collo circumdata, vt immobiles propemodum eos reddat.

*Vide Plutarch. Symboſ. lib. 2.*

AP. Incontinentiæ frenum eſt temperantia. Senec. *Temperantia voluptatibus imperat, alias odit atque abigit, alias diſpenſat, & ad ſanum modum redigit nec vnquam ad illas propter ipſas venit. Scit optimum eſſe modum cupitorum, non quantum velis ſed quantum debeas ſumere.*

*Epiſt.* 88.

---

## XXIII. CAPRIFICVS.
### *Inutilis ſibi, alijs vtilis.*

CAPRIFICI ficus nunquam matureſcit, ſed tamen gignit culices, qui deuolantes ad veram ficum, perfoſſo ficorum cortice, in maturitatem educant. Dicuntur propriè culices illi, cum arborem ſtimulant, ψηνίζειν.

AP. Tales ſunt, inquit, Plutarchus, qui cum nihil ipſi queant egregium facere, aliquo pacto virtutem aliorum ſtimulant. Meminit huius caprificandi rationis Theophraſtus his verbis: Διὸ καὶ ἐρινάζουσι τὰς σύκας τοῦτο δὲ ποιοῦσιν ὅπως οἱ ψῆνες οἱ ἐκ τῶν ἐρινεῶν τῶν ἐπικρεμαννυμένων γενόμενοι διοίγωσι τὰ ἐπὶ τῶν συκῶν. *Quapropter ficus caprificant quod eadem de cauſa faciunt, vt culices*

*lib. 2. de plantis, cap. 12.*

*culices parui, qui ex capricis appenſis naſcuntur, poma fici aperiant.*

## XXIV. CEREVS SPINOSVS.

*Virtutum gaudia vulnus.*

CEREI ſpino portentoſa penè elegantia eſt: opplet enim animum, & oculos ſpectantis, rariſſimæ venuſtatis ſpectaculo: haſtas ſurrigit quaternas & quinas, nouemdecim & vicenum cubitorum, virgatis & ad normam directis ſtrijs cannulatas. In externis ſtriarum angulis obtuſis totus collucet ſtellulis, corneis ſtylis radiatim è ſuo centro quoquouerſum minacibus: obductus eſt callosa carne & ſucco aloes: flores in ſummo veſtigio promit gratiſſimos, & hilari purpura miniata rubet. *Vide Hiſt. Ruell pla. li 18. c. 48.*

APODOSIS.

Qui fit vt tam excellentis pulchritudinis planta cælum & ſtellas referens haſtas ſurrigat; corneos ſtylos exerat, ſpinis vndique rigeſcat, ſuccum etiam amarum præferat? flores interim hac veluti armatura obuallet gratiſſimos, niſi vt oſtendat χαλκόδετον πρότεθεν ὁδὸν ferro & ære ſtratam ad cœlum viam?

Μεγάλου ἀθλητοῦ ἐπιδείξεως καὶ νικᾶν. *Maximus Tyrius.*

## XXV. CHRYSOPOLE.

*Doctrinæ ſynceræ cultor.*

IN Pactolo creſcit herba, Chryſopole vulgò nominatur, cuius examine vicinarum vrbium incolæ purum aurum ab adulterino diſcernunt. Nam ipſo tempore, quo id conflant, hanc herbam admouere ſolent: cuius folia, ſi adulteratum non ſit aurum, inaurantur; quod ſi corruptum ſit, intingi ſe non patiuntur. ἐάν μὲν ἀνόθευτον χρύσιον ᾖ, τὰ φύλλα

φύλλα χρυσοῦνται, ἐὰν δὲ ἐφθαρμένον ὑπάρχῃ, τὴν ἠλλαγμένην ὑγρασίαν ἀποπτύει.

Ap. Recte cadet emblema in ſinceram Catholici mentem, quæ nihil adulterinæ doctrinæ hauſerit

*Puroq; illimis honore.*

## XXVI. CITHARA HERBA.

*Non omnis moriar.*

CLITONYMVS libro tertio rerum Tragicarum refert naſci in Pangæo herbam hac de cauſa. Illæ quæ Orpheum diſcerpſerunt Bacchantes eius membra in fluuium Hebrum proiecerunt: & caput quidem ceſſit in draconem; * lyra autem inter aſtra relata eſt. At ex cruore ſtillante orta eſt herba Cithara, quæ dum Bacchi ſacrificia peraguntur, citharæ ſonum emittit.

* ἡ δὲ λύρα κατηστερίχθη *a lij*; ſt am non mutauit. *legendū existimo* κατηστερίσθη. *Horat. ode* 28. *l.* 3. *car.*

Ap. Fabuloſa hæc hiſtoria inuenitur in Plutarchi iunioris libello de fluminibus, qui iſtis portentis ſcatet. Rectè ſignificabis in emblemate doctorum virorum gloriam & monumenta nunquam intermori.

*Non omnis moriar, multaque pars mei*
*Vitabit Libitinam*

## XXVII. CORIANDRVM.

*Verbum Dei.*

TRADVNT Coriandri naturam penitus ſemini reſpondere, adeo vt ſi ſuccidatur, etiam Coriandri ſemen vim ſuam non amittat, vt ſementi idoneum amplius non exiſtat. Huiuſmodi verbū eſt Dei, cuius omnis particula ad terræ cultum natura apta eſt, ſi mandetur commodæ & bonæ terræ, id eſt animæ. Eſt porrò album etiam; Lumen enim verbum eſt. idque ſplendidum, ac proinde quoque album ipſum intel-

Digitized by Google

quodque album ipſum intelligenti ab eoque nutrito. Eſt item ſaxi ſimile: contortum enim eſt, & neutiquam flaccidum, neque fluxum, verum ſaxeum: cœleſte quippe verbum eſt, ac nobis cœleſtia promittit. Non dixit vero, *verum etiam in omni verbo* verum. *ſiue etiam*: tanquam ſi dixiſſet: non in hoc quo putatis ſolo, verum in hoc. Manifeſtum eſt autem, quòd manna ex ore proficiſcens, verbum erat. Nam commune habet aliquid manna; quo docemur, non ſolo pane hominem viuere, cum Dei verbo, quo viuimus. Procopius in Deuter.

## XXVIII. CVPRESSVS BLATTAS NON SVSTINET.

*Mortis memoria ſalutifera.*

CVPRESSVS feralis arbor, & mortuorum ſepulchris deſtinata, Blattas & tineas non ſuſtinet atque ideò apud veteres ſimulachra ex hac potiſſimum materia fiebant ad perpetuitatem. Plin.

APODOSIS.

Mortis memoria vitiorum blattas, quæ animum corrodunt, extinguit. *Opus eſt ergo, vt ſibi homo quotidiano actu prouideat, & procuret conſummationem. Opus eſt vt tota vita noſtra talis ſit in conuerſatione, vt liberi mereamur eſſe in fine: inceſſabiliter diem tranſitus noſtri, & tempus iudicij cogitantes.* D. Auguſt.

## XXIX. CVPRESSVS VESPASIANI.

*Fortuna in melius mutata.*

ARBOR cupreſſus altitudine conſpicua in Veſpaſiani agro auito ſine vlla vi tempeſtatis euulſa radicitus repente procidit, ac inſequenti die viridior, atque firmior eodem veſtigio reſurrexit. Suet. in Veſp. c. 5.

AP. Symbolum eſt afflictæ pauliſper fortunæ, quæ ſtatim in altam, & excitatam tranſit. Sublime ſtruitur quicquid ab infimo ſurgit.

Martial. epigr. l. 1.

*Nunc & damna iuuant, ſunt ipſa pericula tanti:*
*Stantia non poterant tecta probare Deos.*

## XXX. CYNOSBATVS.

### *Humilitas.*

Ælian. de animal. 14. cap. 27.

CYNOSBATVS per diem inter cæteras herbas, à quibus ne minimum quidem differt, deliteſcit, nec vllo modo agnoſcitur. Nocte verò ſtellæ inſtar lucens, & igneo ſplendore coruſcans facilè in conſpectum venit.

AP. Humilis Cynosbatus eſt, dies vita, nox mors, lux gloria poſt mortem: humiles in vita obſcuri, poſt mortem gloria circumfluunt.

Silius Italic. li. 3.

*Cunctis ſtat terminus æui,*
*Extremumque diem primus tulit: ire per ora*
*Nomen in æternum paucis mens ignea donat,*
*Quos pater ætherijs cœleſtum deſtinat oris.*

## XXXI. DODECATHEOS.

### *Sacramentorum vis.*

Plin. li. 25. cap. 4.

MAXIMA auctoritas herbæ eſt, quam Dodecatheon vocant omnium deorum maieſtatem commendantes. In aqua potam omnibus morbis mederi exiſtimant: folia eius ſeptem lactucis ſimillima exeunt è lutea radice:

AP. Vis diuinæ Eccleſiæ quaſi Dodecatheo illi admirabili indita, non per ſeptem foliorum ſpecies, ſed per totidem ſacramenta ſe effundit, atque omnibus animorum morbis ſalutarem facit medicinam. D. Cyprianus. *Totum credentibus conferunt diuina compendia* (inquit) *de ſacramentis.*

l. 4. epiſt. ad Magnum.

XXXII.

Digitized by Google

## XXXII. FICVS.

*Promiſſis leuibus abſtinendum.*

FICVS non floret, nec vlla ſe ſpecioſa ornamentorum luxurie oſtentat, ſed tamen dulciſſimos fructus parit. *Vide. Plin. lib. 16. c.*

AP. Πράττε μεγάλα μὴ ὑπισχνούμενος μεγάλα. Magna noli promittere, ſed facere. Pythagoras. In eodem argumento eſt quod narrat Theophraſtus de vite, quæ cùm nulla folia emiſiſſet, & nulla perinde eſſet racemorum expectatio; miti tamen fructu ſine vlla foliorum luxurie germinauit. Similiter oliua, cùm ei frondes omnes decuſſæ eſſent, fructificauit: καὶ ἄμπελος ἄνευ φύλλων ὧν καρπὸν ἤνεγκεν· ἐλαία μὲν φύλλα ἀπέβαλε, τὸν δὲ καρπὸν ἐξήνεγκεν. *lib. 2. de plantis; c. 7.*

## XXXIII. FOENVM GRÆCVM.

*Aduerſa augeant virtutem.*

FOENVM Græcum ſcarificatione ſeritur, non altiore quatuor digitorum ſulco; quantòque peius tractatur, tantò prouenit melius. *Pl. l. 18. c. 16*

APODOSIS.

Viri ſancti dum aduerſis conflictantur, ſurgunt viuidius: ἀρετὴν δὲ αὔξεσθαι ποιεῖ καὶ θάλλειν ὡς δεινῆς φόβος φύσις. Nihil tam virtutem creſcere facit & germinare, quantum continui timoris natura. D. Gregor. *Sanctorum mentes æternitatis præmia præſtolantes vires ex aduerſitatibus ſumunt: Quia creſcente pugna glorioſiorem ſibi non ambigunt manere victoriam; & electorum deſideria dum premuntur aduerſitate, proficiunt, ſicut ignis flatu premitur, vt creſcat, & vnde quaſi extingui cernitur, inde roboratur.* *26. Moral.*

## XXXIV. GRANADILLA.

*Christi paſſio.*

NOBILIS eſt inter plantas Granadilla, flos Christi patientis inſignibus impreſſus cuius meminit Rouillius. In hunc memini me ita luſiſſe:

*In hiſt. plant. peregr.*

*Ite procul blandi Veneris ludibria flores,*
*Quos parit in riſum luxurioſus ager.*
*Altius vna ſuos tollit Granadilla dolores,*
*Et fert congeſti pondera tota Dei.*
*Tortilis hic nodis, & adunco milite ſurgit.*
*Regis apex Domini gloria mixta malis.*
*Hic crux, hic claui Chriſti pretioſa ſupellex*
*Pauperis, hic rubris vulnera picta notis.*
*O dilecta Deo, cui cœlum nectare ſudat,*
*Et vigil intactas Flora tuetur opes.*
*Quis tanta in paruo tuſſit miracula flore?*
*Nempe ſua hic pinxit ſe Deus ipſe manu.*

## XXXV. HELENIVM.

*Amor impurus, rixarum ſemen.*

HELENIVM herba eſt, ab Helena ſit dicta, quæ rixas prouocat: παρὰ τὴν δρῦν ὤφθη φυεῖσα ἀφ' ἧς ἑαυτὴν ἀπήγξεν Ἑλένη, καὶ ὡς οἱ φαγόντες αὐτῆς πάντως εἰς ἔριν καθίστανται. Ea è quercu ad quam ſe Helena ſuſpendit, dicitur emerſiſſe:

*Ptol. Heph. li. 4.*

APODOSIS.

Quid mirum ſi ex Helenæ cineribus rixarum herba dicitur emerſiſſe? quid aliud habet amor impurus quo ipſa deflagrauit, quàm querimonias, iurgia, rixas, furores, bella, cruorem?

Ἐμπίπτων δ' ἀδόκητος ὑπὸ φρένα δ' ὥστε θύελλα
Μίσγεαι, ἀσθμαίνεις δὲ πυρὸς δριμεῖαν ὁμίχλην,
Παφλάζων ὀδύνῃσι, καὶ ἀκρίτοισι μανίαις,
Δάκρυ δέ σοι προβαλεῖν λαρὸν γάνος, ἠδ' ἐσακοῦσαι
Θνασόθεν οἰμωγήν, σπλάγχνοις δ' ὑπὸ θερμὸν ἔρινθος

φυ-

Digitized by Google

Φοινίξαι, χρωτὸς δὲ παρὰ τροπὸν ἄνθος ἀμέρσαι,
Ὄσσε τε κοιλῆναι, παρὰ τε φρένα πᾶσαν ἀεῖραι
Μαινομένων· πολλοὺς δὲ καὶ εἰς μόρον ἐξεκύλισας
Λύσσαν ἄγων, τοίαις δὲ ἀγάλλεαι εἰλαπίνῃσιν.

*Illabens improuiſus, ſub pectus inſtar procellæ miſceris ſpiraſque ignis acutam vim, æſtuans doloribus & miſcellaneis furoribus. Lachrymas verò tibi emittere profuſum gaudium eſt, exaudire ex imo eiulatum. ſub viſceribus calidum ruborem purpurare, & cutis mutatum colorem abolere oculoſque cauare, mentemque totam euertere furentem. Quin multos in mortem prouoluiſti, quibuſcumque procelloſus & ſeuerus occurriſti rabiem efferens talibus lætaris epulis.* *Oppian.*

## XXXVI. HECATONCEPHALOS.

*Amoris conciliatrix virtus.*

PORTENTOSVM eſt, inquit Plinius, quod de hac herba traditur. Radicem eius alterius ſexus ſimilitudinem referre, raram inuentu, ſed ſi viris contigerit, amabiles fieri. Ob hoc & Phaonem Lesbium dilectum à Sappho. *Pl. nat. hiſt. 22. c. 8.*

### APODOSIS.

Non longè quærenda Hecatoncephalos: vis amari? virtute & comitate potes. Nihil enim ad amorem potentius, quàm virtus humanitate condita. Vel certè ſi vis amari, ama.

*Magnes amoris amor.*

## XXXVII. HERBA SABINA.

*Euchariſtiæ typus.*

HERBA Sabina apud Gallos Druidas primæ fuit venerationis. Legitur ſine ferro, dextra manu, per tunicam qua ſiniſtra exuitur velut à furante,



Digitized by Google

candida veſte veſtito, puris, lotis, nudiſque pedibus, ſacro facto priuſquam legatur pane vinoque. Fer-
*Plinius.* tur in mappa noua, hanc contra omnem perniciem habendam prodidere Druidæ Gallorum, & contra omnia oculorum vitia fumum eius prodeſſe.

APODOSIS.

Euchariſtia inſtar herbæ Sabinæ morbis animi præſentiſſimum remedium: eadem non vi, ſed amoris ſuauitate, piè, purè, & caſtè ſuſcipienda in illo Angelorum epulo & cœleſtis menſæ delitijs, quas nobis
*Aduerſus Celſ. l. 8.* Chriſtus comparauit. Origenes. Ἄρτοις ἐσίομεν γινομένοις ἅγιόν τι καὶ ἁγιάζον τοὺς μεθ' ὑγιοῖς προθέσεως αὐτῷ χρωμένοις, *Panes comedimus, corpus factos, corpus ſanctum, & ſanctificans eos qui cum ſincera ſui admotione eo vtuntur.*

---

## XXXVIII. HERBA VIVA.

*Virtus.*

IPSA ſemper viuit, nullo vnquam frigore, vel fer-
*Maiol: col-loq. 20.* uore læditur, nulla ariditate vincitur, nulla humectatione ſuperatur; ſemper eadem, eodem ſemperuigore; nec loci anguſtia conſtringitur, nec diuiſa minuitur, nec auulſa commoritur. Ipſa in ſe radices humectans ſeruat, vbilibet vel ardentiſſimo loco radices figit, augetur, dilatatur, ſiue in opaco ſit, ſiue in aprico, verè congrueque hoc digna nomine Semperuiua.

*Sene. ep. 66.* AP. Typus veræ virtutis. *Quemadmodum maiora lumina claritas ſolis obſcurat; ſic dolores, moleſtias, iniurias, virtus magnitudine ſua elidit atque opprimit: & quocumque affulſit, ibi quicquid ſine illa apparet extinguitur: nec magis vllam portionem habent incommoda cum in virtutem inciderint quàm in mari nimbus.*

XXXVIII.

Digitized by Google

## XXXIX. HERBA VIVA.

*Caſtitas intacta.*

ADEO mira eſt huius plantulæ natura, vt eam humana ratio aſſequi nequeat: nam cũ maxime viret, gratiſſima eſt aſpectu: ſi quis illam apprehendere cupiat, illico folia contrahit, atque ſub tenues ramulos recondit: ſi verò apprehendat ſubitò, adeo marcida conſpicitur, vt emortua virtute contabeſcere videatur: ſed quod maiori admiratione dignum eſt, ſi manum retrahat, ad priſtinum nitorem redit. *Vide hiſt. pl. Ruell. l. 18. c. 143.*

APOD: *Neſcit contagia terræ.* Cum herba viua congruit ſmaragdus typus virginitatis, qui adeò impatiens eſt venereæ conſuetudinis, vt inſignis ſmaragdus Reginæ Hungaricæ, cùm ipſa marito conſueſceret, memoretur in tres particulas conciſus atque contractus. *Alb. Mag. & Ruill. li. 2. de gemm.*

## XL. HORTI TANTALI.

*Vanitas rerum humanarum.*

TANTALI hortos vindemiare: Ταντάλου κήπους τρυγᾶν. *Phil. in Sop. l. 1. in Iſæo & in Athe. Noti ſunt horti Tantali ex Sen. in Thyeſte, Choro 1.*

*Stat luſus vacuo gutture Tantalus,*
*Impendet capiti plurima noxio*
*Phrineis auibus præda fugacior.*
*Hinc illinc grauidis frondibus incubat*
*Incuruata ſuis fœtibus, ac tremens*
*Alludit patulis arbor hiatibus.*
*Hæc quamuis auidus, nec patiens moræ,*
*Deceptus toties funere negligit,*
*Obliquatq; oculos, oraq; comprimit,*
*Incluſiſq; famem dentibus alligat:*
*Sed tunc diuitias omne nemus ſuas*
*Demittit propius, pomaq; deſuper*

*Inſultant folijs mitia languidis,*
*Accenduntque famem, quæ iubet irritas*
*Exercere manus: has vbi protulit,*
*Et falli libuit; totus in arduum*
*Autumnus rapitur, ſyluaque mobilis.*
*Inſtat deinde ſitis non leuior fame.*
*Qua cum percaluit ſanguis, & igneis*
*Exarſit facibus, ſtat miſer obuios*
*Fluctus ore petens, quos profugus latex*
*Auertit, ſterili deficiens vado,*
*Conantemque ſequi deſerit: hic bibit*
*Altum de rapido gurgite puluerem.*

APODOSIS.

Tantali hortos vindemiare idem eſt ac corporis voluptates conſectari. Iſæus Sophiſta interrogatus quis optimus piſcium alituumque inter obſonia foret; πέπαυμαι, inquit ταῦτα σπουδάζων. ξυνῆκα γὰρ κατὰ τοῖς Ταντάλοις κήποις τρυγῶν. ἐνδεικνύμενος δήπου τῷ ἐρομένῳ ταῦτα ὅ τι σκιὰ καὶ ὀνείρατα αἱ ἡδοναὶ πᾶσαι. *Deſij*, inquit, *iſta ſtudere: intellexi enim me Tantali hortos vindemiare: ſignificans vtique amiſſo, quod vmbræ eſſent & ſomnia omnes quæ appellantur voluptates.* Aliter Greg. dixit. Ταντάλειον ζωὴν de ærumnoſa & meticuloſa, διὰ ὑπερτελλοῦσαν πέτραν.

*Epiſt.* 11. *ad Baſilium.*

---

## XLI. IRIDIS FRVCTVS.

*Pœnitentia.*

*Ælian. l.* 1. *cap.* 35.

TVRTVRES inter amuleta & præſidia varia, quæ ſibi quæque eligunt animantes, Iridis fructum habent.

APODOSIS.

Iris eſt pœnitentia nam vt illa vnguentis & medicinæ naſcitur, quod ait Plinius, ita & hæc peccatorum remedijs. Turtures verò ſunt gemebundi peccatores.

*Pœnitet ambiguè, quem ſero pœnitet: ergo*

*Præ-*

*Præſentis ſpatium nobis dum creditur æui,*
*Dum patulam cunctis Chriſti clementia ſeſe*
*Præbet præteritæ plangamus crimina vitæ.* — *Alcimus Auitus l. 5.*

## XLII. LAVREA OESTRIS INIMICA.

*Doctrina affectuum medicina.*

OEstro boues infeſtari, & vehementius furiari notum eſt omnibus: at quomodo huic incommodo ruſtici occurrerent, non ita eſt vulgatum. Narrat Sotio laureas deciſas, & in aqua decoctas parari: mox aſpergine agrum qui ab Aſilis obſideri ſolet perfundi: tum animalcula quidem illa διὰ ἀντιπάθειαν fugere. — *Sotio auctor rei ruſtic. in Geop.*

Ap. Laurus Apollini ſacra ſymbolum eſt doctrinæ, cuius præſidio vehementes & immoderati ſopiuntur affectus, φάρμακον ἔρωτος Μοῦσαι.

*Veridicis igitur purgauit pectora dictis.*
*Et finem ſtatuit cupedinis atque timoris.* — *Lucretius lib. 6.*

## XLIII. LAVRVS CYZICI.

*Dulcis gloria.*

FICVS in lauro Cyzici nata eſt ante obſidionem. — *Plin. lib. 17 cap. 25.*

APODOSIS.

Ficus in lauro ſuauitatem ſignificat in gloria. Eſt enim laurus triumphantium arbor, & victoriarum comes perpetua: ficus verò ſapore dulciſſima eſt. Quò fit, vt ſi gloriam illuſtrem ſimul & ſuauem velis ſignificare, hac icone poſſis exprimere.

*Merces mihi gloria detur.* — *Mamurius apud Ouid. 3. Faſt.*

Τὸ μὲν ἀργύριον ἐστι κοινόν τι πάντων ἀνθρώπων κτῆμα. τὸ δὲ καλὸν καὶ πρὸς ἔπαινον καὶ τιμὴν ἀνῆκον, θείων καὶ ἔγγιστα τούτοις πεφυκότων ἀνδρῶν ἐστι. Ait quippe nullum eſſe excelſum, quem dulcedo glo-

riæ non capiat. *Nam pecunia communis eſt omnium hominum poſſeſſio: quod autem honeſtum eſt, & cum laude coniunctum, Deorum, vel proximè ad Deos accedentium virorum, eſt bonum* Idcirco Phryne famæ appetentiſſima meretrix, Thebanorum muros ſe excitauram promiſit, ſi ea apponeretur ædificio inſcriptio:

Ἀλέξανδρος κατέσκαψεν, ἀνέστησε δὲ Φρύνη ἡ ἑταίρα.

*Alexander diruit, Phryne meretrix ædificauit:*

## XLIV. LEVCOION.

*Pudicitiæ honos.*

DERCYLLVS tertio de Motibus fingit Myenum caſtiſſimum adoleſcentem, Hippolyti fato, à nouerca de ſtupro interpellatum, cumque renuiſſet, apud patrem nefariè accuſatum, voluntaria morte eius furorem anteuertiſſe, Deorumq; prouidentia pudici iuuenis nomen monti inditum, in quo creſcit Alba viola, quæ impudicæ nouercæ pronuntiato nomine ſtatim marceſcit, quaſi ipſius Myæni honoribus velificaretur: γεννᾶται ἐν αὐτῷ λευκόϊον ἄνθος, ὃ μητρυιᾶς ὀνομασθείσης μαραίνεται.

APODOSIS.

In caſtitatis laudem naſcuntur flores: virginibus ipſis in cœlo ſingulari nota tribuuntur, vt canit Honorius Fortunatus:

*Per paradiſiacas epulas ſua vota canentes,*
*Iſta legit violas, carpit & illa roſas.*
*Pratorum gemmas ac lilia pollice rumpunt.*
*Et quod odoratum eſt flore comante metunt.*

Tanti eſt manſiſſe pudicum.



Digitized by Google

## XLV. LEVCOPHYLLVS.

*Caſtitatis typus & luxuriæ pœna.*

CTESIPPVS ſecundò rerum Scythicarum & poſt eum Plutarchus iunior in Phaſide, hæc de Leucophyllo ſcribunt. Naſcitur in hoc fluuio virga Leucophyllus, quæ dum celebrantur Hecates myſteria, inuenitur circa diluculum ad diuinum Panis afflatum ſub ipſum veris initium. Quam poſtquam zelotypi homines collegerunt, circa virginalem thalamum ſpargunt: ϰ̀ ἀνόθευτον τηρῶσι τὸν γάμον vt ſpuriæ prolis expertem thorum conſeruent. Quòd ſi quis impurus amoris violentia inſolentius acceſſerit, alienaturà mente, & ſtatim confitetur coram omnibus, quæcumque illegitima aut fecit, aut facturus erat. Qui verò aſtant, hominem corripiunt, & inſutum culeo in ſομίον, impiorum voraginem quandam impellunt, quæ proiectum corpus, poſt triginta dies in Mæotidem paludem eructat, vermibus vndique refertum. Vultures verò derepentè apparentes, iacens cadauer diſcerpunt. Hæc illi portentorum ſcriptores, quæ ad caſtitatis emblemata exornanda facere potérunt.

AP. Eſt enim dos matronarum optima caſtitas, de qua præclarè hæc Heroina apud Plautum in Amphitryone:

*Non ego illam mihi dotem duco eſſe quæ dos dicitur.*
*Sed pudicitiam. & pudorem, & ſedatum cupidinem,*
*Deûm metum, parentum amorem, & cognatorum concordiam.*

## XLVI. LIGNVM PAREBVM.

*Eloquentia humana.*

LIGNVM Parebum oleæ magnitudine in regijs duntaxat hortis reperitur: neque florem vllum, neque fructum producit: omnia ad ſe rapit, aurum, argen-

argentum, æs, lapides, aues, agnos, boues, præter electrum. Cteſias *apud Phot p.* 59. eius verba ſunt: καὶ ξύλον δέ ἐστι παρήβον καλούμενον, τὸ μέγεθος ὅσον ἐλαία, ἐν τοῖς βασιλείοις μόνον εὑρίσκεται κήποις. οὔτε ἄνθος φέρει, οὔτε καρπόν. πάντα ἕλκοι πρὸς ἑαυτὸ, χρυσὸν, ἄργυρον, χαλκὸν, λίθοις, πλὴν ἠλέκτρου.

APOD. Humanæ eloquentiæ vis per omnia graſſantis oſtenditur: folijs quidem verborum abundat, flore & fructu virtutis deſtituta: neſcio qua tamen vi in hominum ſenſus irrepit, influit, perlabitur: ad ſe non modò vulgus quod periumenta & lapides ſignificatur, ſed diuites, doctos, ſimplices, quos aurum & aues, & equi deſignant, illectat. Contra electrum quod eſt diuinitatis ſymbolum, nihil poteſt. nam cœleſti ſapientia mortalis eloquentiæ præſtigia deluduntur, & hebeſcunt. Theodoretus: *Orat. 3.* οἱ ἁλιευτικοὶ σολοικισμοὶ τοῖς Ἀττικοῖς καταλελύκασι συλλογισμοῖς. Solœciſmi piſcatoris Atticos ſyllogiſmos deuicêre.

## XLVII. LILIA INTER CARDVOS.

### *Virtus floret aduerſis.*

*Ex libell. de ordinib. militaribus.*

LVDOVICVS ſecundus Dux Borbonius recens ex Africa, in quam exercitum contra Barbaros duxerat, equitum è Carduo Beatæ Mariæ ordinem inſtituit, cuius torquis erat aureus ex lilijs contextus, interſtinctis æqualibus interuallis Cardui folijs, è quibus crux pendebat cum hoc lemmate, SPES.

APODOSIS.

Hoc emblemate Dux ſignificare voluit inter aduerſæ fortunæ aſperitates virtutis integrum decus emergere.

### *Creſcit vulnere virtus.*

*Plin in Paneg. Traian.* *Maris cœlique temperiem turbines, tempeſtateſque commendant. Habet has vices conditio mortalium, vt aduerſa ex ſecundis, ex aduerſis ſecunda naſcātur. Occultat viro-*

Digitized by Google

*utrorumque ſemina Deus, & plerumque bonorum malorumq; cauſſæ ſub diuerſa ſpecie latent.*

## XLVIII. LVPINVM.

*Pietas.*

LVPINVM primum omnium cum ſole circumagitur quotidie, horaſque agricolis etiam nubilo demonſtrat: ter floret, terram amat, terrâque operiri non vult. *Plin. natur. hiſt. l. 18. c. 13.*

APOD. Magna pij viri cum Deo, quem perpetuò intuetur, affinitas, inde floret egregijs virtutibus, & ſic in terra eſt, vt terræ contagione non obruatur; nam pedibus duntaxat terrã tangentibus, ἡ ψυχὴ ταῖς ἄνω ἐνδιατρίβει θεωρίαις. *D. Chryſoſt. homil. 3. de incompreh enſ. Dei natura.*

## XLIX. MALVM PERSICVM.

*Loci mutatio vtilis.*

PERSICVM malum in Perſide veneni fungitur vice (vt aiunt) eaque de cauſſa in Italiam tranſmiſſum, vt noceret. mutato ſolo, naturam mutauit, & ſalubre repertum eſt.

*Pomis quæ barbara Perſis* *Columella.*
*Miſerat, vt fama eſt patrijs armata venenis,*
*At nunc expoſiti paruo diſcrimine lethi,*
*Ambroſios præbent ſuccos oblita nocendi.*

APOD. Cadit in hominem vitioſum, qui cum cœlo mores mutauerit, quanquam ſæpius

*Cœlum, non animum mutant qui trans mare currunt.* *Lib. 3. de*

Theophraſtus, hanc loci differentiam plurimũ momenti afferre in plantis oſtendit his verbis: Μεγάλη δὲ διαφορὰ πρὸς καρπὸν ἢ ἀκαρπίαν καὶ ἡ τῶν τόπων φύσις *plantis, c. 5.* Quod his exemplis confirmat. Perſica in Ægypto & locis proximis fructificat; quamquam in Rhodo vſque florem duntaxat deuenit. Palma apud Babylonem fructum mirificè largitur: in Græcia autem ne fructum quidem maturat.

L. MA-

## L. MALVS PVNICA ET VITIS FRVGIFERA RADICE.

*Vanæ gloriæ fuga.*

Plin. lib. 17. c. 25. INVENIMVS vitem & malum Punicam ſtirpe fructum tuliſſe; non palmite, aut ramis.

AP. Hoc viri boni & humiles faciunt, qui fructus, hoc eſt opera iuſtitiæ occultant, caventq; maximè, ne emanent in publicum; quo fit, vt tutior ſit virtus, & minus inſidijs dæmonum obnoxia, qui ad explicatas merces vno agmine proſiliunt.

*Viue tibi, & longè nomina magna fuge.*
*Viue tibi quantumque potes præluſtria vita:*
*Sæuum præluſtri fulmen ab arce venit.*

## LI. OLIVA BYZANTINA.

*Intacta per ignes.*

SOSTRATVS Byzantinus apud Achillem Tatium refert lucum Byzantij fuiſſe, & in eo oliuam, Lib. 2. quam ſtupendo prodigio, dicitur imber igneus fœcundaſſe. τὸ δὲ χωρίον ἱερὸν ἐν περιβόλῳ ἐλαίαν μὲν ἀναθάλλει φαιδροῖς τοῖς κλάδοις· πεφύτευται δὲ σὺν αὐτῇ τὸ πῦρ, καὶ ἀνάπτει περὶ τοὺς πτόρθοις πολλὴν τὴν φλόγα· ἡ δὲ τοῦ πυρὸς αἰθάλη τὸ φυτὸν γεωργεῖ. In eodem fermè argumento eſt quod habet Pauſanias in Atticis; Oliuam Mineruæ, incenſa à Perſis vrbe conflagraſſe, eodemque die in duûm cubitûm proceritatem germinaſſe.

### APODOSIS.

Rectè Virginis puritatem Oliua Byzantina ſignificabit: Attica autem quæ ex ipſo damno compendia quæſiuit, fortitudinem inuictam, quæ ex ipſis aduerſis ſuæ laudis & gloriæ capit argumentum. Tertullianus ad Martyres: *Negotiatio eſt aliquid amittere vt maiora lucreris.* Et præclarè Rutilius:

Alter-

Digitized by Google

*Aduerſis ſolenne tuis ſperare ſecunda,*
*Exemplo cœli ditia damna ſubis,*
*Aſtrorum flammæ renouant occaſibus ortus.*
*Lunam finiri cernis vt incipiat.*

---

## LII. PALMA.

### *Virtus.*

PALMA (vt aiunt) ſalſum ſolum diligit, à fimo aliena eſt. *Annot. ad Theoph. Ruell. de natura ſtirpium l. 1. c. 118.*

### APODOSIS.

Virtus ſale ſapientiæ condita, non patitur ſe vitiorum ſordibus inquinari.

*Intaminatis fulget honoribus.*

Quod autem hic de palma dicitur, diſertè Theophraſtus explicat, φιλεῖ δὲ χώραν ἀμμώδη· διὸ καὶ ὅπου μὴ τοιαύτη τυγχάνει, περιπάττουσιν ἅλας οἱ γεωργοί. *Cap. 8. l. 2. de hiſt. plantarum.* Solum arenoſum ſalſuginoſumque concupiſcit: idcirco vbi tale non ſit, agricolæ ſalem aſpergunt.

---

## LIII. PALMA.

### *Sanctorum vita.*

PALMAE caudex interior tenuis eſt, & corticis ſcabritie, perplexitateque viſu minimè iucundus; ſuperior verò pars viſenda, tum trunci, tum ramorum amplitudine, amœnaque pulchritudine viriditatis expanditur.

APO. Ita ſanctorum conditio prima facie contemptibilis, ad mirificam gloriæ pulchritudinem exſurgit.

*Noli ἀχαιοὺς ἐκ πύργου κρίνειν.*

S. Paulinus pauperes, & contemptos ſpe futuræ gloriæ conſolatur his verbis:

*Iamq; expediti, ſarcinis egentibus.* *De Celſo puero.*
*Laxate vinculis pedes:*
*Ut copioſa luce veſtiamini,*
*Eſtote nudi ſæculo.*

LIV.

## LIV. PALMA AVGVSTI.

*Victoria ſine labore.*

AVGVSTVS palmam inter iuncturas lapidum enatam ante domum ſuam, in compluuium Deorum Penatium tranſtulit, vtque coaleſceret, magnopere curauit. Hoc ſæpe factum narrat Plinius Romæ in Capitolio in capite bis bello Perſei enata, ſimili modo Trallibus in baſi Cæſaris dictatoris. *lib. 17. c. 25.*

AP. Salmacida ſpolia ſignificantur ſine ſudore & ſanguine. Tale eſt illud quod Timoleonti accidiſſe narrat Plutarchus, qui coronæ victoriolis pro more ornatæ prætereunti ſponte in caput defluxerunt.

## LV. PALMA PERSEI.

*Victoria illuſtris & facilis.*

*Pl. l. 17. c. 25* ROMAE in Capitolio, in capite bis bello Perſei enata palma victoriam, triumphoſque portendit. Simili modo palma Trallibus in baſi Cæſaris dictatoris, circa bella ciuilia eius.

AP. Palma ſponte dominata gloriam inſignem eandemque facilem ſignificat. Nam ea quæ magna facilitate cuique contingunt, domi naſci dicuntur. *Aurum tibi domi naſcitur.* Quod autem palma perpetuum ſit victoriæ inſigne, teſtantur & illi verſus Claudiani: *4. ad Herennium.*

*Cum totis exurgens ardua pennis,*
*Ipſa duci ſacras victoria panderet ædes,*
*Et palma viridi gaudens & amicta tropæis.*

*de laudibus Stilichonis.*

## LVI. PALMA RANIS OBSESSA.

*Inuidia virtuti comes.*

PLVTARCHVS in libello de oraculorum ſilentio perhibet inter templi cuiuſdam à Cypſelo conſecrati donaria extitiſſe palmam æneam, ad cu-

ad cuius radices inſculptæ viſebantur plurimæ ranæ, & natrices, quos hydros nominant.

APOD Virtus maledicorum infeſtis clamoribus laceſſita, eos ex eminenti loco deridet, ad cœlum velut palma luxurioſâ ramorum propagine aſſurgens.

*Conſcia mens recti famæ mendacia ridet.*

---

## LVII. PALMA SYAGROS AVT MARGARIS.

*Amicitia inuiolabilis.*

IN Meridiano orbe præcipuam nobilitatem obtinent palmæ Syagri, proximamque Margarides. Eæ candidæ, rotundæ, acinis quam balanis ſimiliores. Quare & nomen à margaritis accepere. Vna earum arbor in Chorâ eſſe traditur, vna & Syagrorum. Mirumque de eâ accepimus cum Phœnice aue, quæ putatur ex huius palmæ argumento nomen accepiſſe, iterum mori, ac renaſci ex ſeipsâ. *Plin. lib. 13. cap. 4.*

AP. Amicitiæ ſingularis typus eſt, quæ amicis vnam pariter vitam, vnam quoque mortem indulget. Sic omnia cum Chriſto mortuo emori videbantur, cum eodem reſurgente reuiuiſcunt. Sic literæ ſine pietate, iuſtitia, ſine religione interiit: vno enim omnes charitatis vinculo, & arctiſſima quadam cognatione continentur.

TE STANTE VIREBO,

---

## LVIII. PALMÆ SVBVERSIO.

*Pudicitia ſubuerſa.*

PALMA in Perſei capite enata tempeſtatibus proſtrata eſt, & eodem loco ficus enata, M. Meſſalæ, C. Caſſij luſtro, à quo tempore pudicitiam ſubuerſam Piſo grauis auctor prodit. *Plin. lib. 17. ca. 25.*

AP. Tum demum laborat pudor & pudicitia,

cum attrito virtutis robore delitiarum mollities pe-ctus inuaſit. Luxu & inſana voluptatis dulcedine vi-cta Roma eſt, quæ nullis viribus frangi poterat,

Iuuenal.

*——Sæuior armis*
*Luxuria incubuit.* Et Petronius in Sat.
*Hæc veluti tabes imis concepta medullis*
*Intra membra furens curis latrantibus errat.*
*Arma placent ſuperis, detritaque commoda luxu*
*Vulneribus reparantur.*

---

## LIX. PERSEA, ἡ Περσεία.

*Pietas vel magnanimitas.*

In Ele. l. p. 161.

ARBOR Perſea ſola Nili aqua gaudet. Pauſan. Eius fructus cordis ſpeciem refert, linguæ folium. Idcirco dicata eſt Iſidi, & monentur huius oraculum *In. Iſi. & Oſi. p. 674.* adituri, vt ſanctè ſentiant, & modeſtè loquantur. Plutarch. Deſcribitur autem Perſea plenius à Theophraſto. *Li. 4. c. 2.*

### APODOSIS.

Perſea arbor, generoſa mens: Nilus fluuiorum omnium maximus, & pulcherrimus, honor optimus eſt; & egregij animi pabulum. Vel certè Perſea typus viri egregia ſanctitate, qui pectore, & lingua totus in diuinas laudes prædicandas effunditur, & torrente rerum cœleſtium ebrius, ſola Dei contemplatione quaſi proprio pabulo alitur, & fœcundatur.

*Aëris immenſi ſuperat globum,*
*Nubeſq; poſt tergum videt:*
*Quiq; agili motu calet ætheris* Boët. l. 4. m. 1.
*Tranſcendit ignis verticem,*
*Donec in aſtriferas ſurgat domos,*
*Phœbiq; coniungat vias.*

LX.

## LX. PHRIXA.

*Improborum oſor.*

PHRIXA herba, μισοπόνηρος, rutæ ſimilis, in antra Boreæ prouenit, collectaque niue frigidior eſt. At verò, in improbas, & alienæ vitæ pudicitiæque inſidiatores, ita fertur excandeſcere, vt flammas edat: Συλλεγομένη δὲ ἐστὶ ψυχροτέρα χιόνος· ὅταν δέ τινι ἐκ μητρυιᾶς ἐπιβουλὴ γένηται, φλόγας ἀναδίδωσιν. *Agathon Samius & Plut. in Tanai.*

AP. Homines leui alioqui placido ingenio, in ſcelera improborum atque flagitia, pietatis ardore vehementius commoueri ſolent.

## LXI. PLATANVS XERXIS.

*Amor ſtultus rerum creatarum.* Vel, *Diuitiæ indignis collatæ.*

RIDICVLVS profectò Xerxes ille eſt, quòd quum mari terriſque Iouis operibus poſthabitis, noua itinera, & inſolitam nauigationē ſibi paraſſet, ſeruiuit Platano, & arborem coluit. In Lidia igitur, vt aiunt, cum vidiſſet proceram platanum, diem ſolidum ad eandem exegit nulla poſtulante neceſſitate, & caſtra poſuit in ſolitudine circa platanum; ſed & multiplicem, ac precioſum ornatum ex ea ſuſpendit, torquibus, armilliſque ramos veneratus, & curatorem ei reliquit quaſi cuſtodem, & propugnatorem amaſiæ. *Ælian. l. 2. cap. 14.*

AP. Icon humanæ ſtultitiæ; homines ad maxima nati, & facti à Deo, viliſſimarum rerum amore cogitationes inquinant ſuas; ea enim amant, quæ redamare non poſſunt, & ſingularibus ornamentis afficiunt, quæ ab omni ornamento aliena ſunt. Eadem diuitias indignis hominibus collatas ſignificat: quid enim arbori cum torquibus, & armillis, & huiuſmodi Perſicæ gloriæ choragio?

*Pœnam, Phaëthon, pro munere poſcis.*

## LXII. PLATANI THEMISTOCLIS

*Ingratitudo erga ampliſſimos viros.*

TAῖς πλατάνοις ἀπείκαζεν αὑτὸν αἷς ὑποτρέχουσι χειμαζόμενοι· γενομένης δὲ εὐδίας τίλλουσι παρερχόμενοι, καὶ λοιδοροῦσι. Comparabat ſe, cum platanis, ad quos ingruente pluuia confugiunt, mox ſerenitate reddita, viatores vellicant, & inſectantur.

Ap. Platanus, vir ampliſſimus; tempeſtas, calamitas, ſerenitas, proſperitas; vellicatio platani, vexatio viri, de quo bene meriti ſumus.

Θρέψαι τοὺς λυκιδᾶς, θρέψαι κύνας ὥς τι φάγοντι.

## LXIII. POMVM CACHI.

*Vnitas præſtans.*

*Nicol. de Comitib.*

EST in prouincia Malaban arbor, cui incolæ nomen indidere Cachi, ſiue Cicara: vnicum quotannis fert pomum: illud non à ramis, vt poma reliqua, ſed à ſtipite; eſtque adeò immenſum, vt vnicum oneret quamuis robuſtum hominem. Continet autem pini more intra ſe fructus 300. diſtinctis pelliculis, ſunt ſinguli noſtrorum pomorum magnitudine. Rurſumque intra illos continentur & alij, quales in echino caſtaneæ.

Apod. Non multitudine res, ſed præſtantiâ æſtimandæ.

## LXIV. POMA NARSETIS.

*Beatitudinis pignora.*

*Vide Baron. ad annum Iuſtini iunioris II.*

NARSES ille Eunuchus, qui Totilam Gothorum Regem Martio vigore & ſpiritu planè ingentē debellauit, æſtuariæ fortunæ iactatus inconſtantia, poſtquam Iuſtinus gubernacula cepit imperij, Italiæ præfectura ſpoliatus, etiam probris à Sophia Iuſtini vxore ita conciſus eſt, vt penſis lanæ trahendis

Digitized by Google

henis affigi iuberetur. Ille dicto exaſperatus, ſe Iuſtino & Sophiæ eam telam orſurum dixit, quam minimè poſſent diſſoluere. Continuò Longobardos à regionis ſuæ ſquallore ad fertiles Italiæ campos inuitat, præmiſſis qui lectiſſima ex eodem ſolo poma ferrent; quorum ſpecie delectati Longobardi, & ex eadem opimam terræ fæcunditatem conijcientes, in Italiam magno & horribili exercitu inundarunt.

AP. Hæc figura accommodari poteſt in eos, qui ad futuræ beatitudinis ſpes, & bona æſtimanda, per rerum creatarum ſpecies alliciuntur à Deo.

*Quæq; latent, meliora puta.*

## LXV. POPVLVS ALBA AD VSVM SACRORVM.

*Pietas.*

EX alba duntaxat populo, neque ex alia arbore ad vſum Olympicorum ſacrorum ligna cædi apud Eleos receptum erat. *Pauſan. in Eliacis li. 1. p. 161.*

AP. Candida oportet eſſe pectora, & ab omni labe defæcata, quæ diuini amoris faces exceptura ſunt, & Deo viuo arſura in holocauſtum ſuauiſſimi odoris. Deo enim placemus τρόπῳ καὶ βίῳ πρὸς καθαρότητα ὑσαντι. *Iſid. Peluſiota ep. 204.*

## LXVI. PVLEGIVM.

*Fortitudo.*

PVLEGIVM hyeme floret, rigente vbique frigore. Cic. lib. 1. de diuinatione: *Nam & cum maſculorum iecuſcula brumâ dicuntur augeri, & pulegium aridum floreſcere, ipſo brumali die.* Theophraſtus multas enumerat arbores ſemper vireſcentes, quas ipſe ἀειφύλλοις nominat. *Lib. 3. de hiſtoria*

APOD. *Fortitudo imminentibus periculis ornat plantarum. c. 4.*
*ta defendit virtutum omnium, & inexpiabili prælio*

D. Ambroſ. lib. 1. offic. c. 39.

*aduerſus omnia vitia decernit: inuicta ad labores, fortis ad pericula, rigidior aduerſus voluptates, dura aduerſus illecebras.*

## LXVII. PYRAGNVS EX METHODIO.

*Puritas intacta.*

IN Olympo monte Lyciæ ignis ſponte ſua in montis cacumine ex imo terræ enaſcens, iuxta quem ſtirps, Pyragnus nomine, exiſtit, adeò florida, virens & opaca, vt è fonte potius nata videatur. Methodius *apud Photiũ.* πῦρ αὐτομάτως κατὰ τὴν ἀκρώρειαν ὄροις κάτωθεν ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδόμενον περὶ ὃ ὁ πύραγνος φυτόν ἐστιν, οὕτω μὲν εὐθαλὲς καὶ χλοερὸν, οὕτω δὲ σύσκιον ὡς ὑπὸ πηγῆς μᾶλλον βεβλαστηκέναι.

APOD. Virgo extra peccati originalis labem quæ in cæteros homines graſſata eſt, ſola intacta permanſit.

*Inexpugnabile mundi Præſidium.*

## LXVIII. RHODODAPHNE.

*Scriptura ſacra.*

HERBA dicta Sabina, alijs Rhododaphne, ſempiterna fronde, roſæ ſimilitudine, caulibus fruticoſa, iumentis capriſque, & ouibus venenum eſt; eadem homini contra ſerpentum venena remedio.

Plin. l. 15. cap. 20.

APOD. Sacrarum literarum prudentibus viris lectio perutilis; contrà imprudentibus qui abundant in ſuo ſenſu, valdè periculoſa. D. Auguſt: *Modus ipſe dicendi quo ſacra ſcriptura contexitur, quamuis omnibus acceſſibilis paucisſimis tamen penetrabilis. Nam quæ aperta continent, ea quaſi amicus familiaris ſine fine ad cor loquitur indoctorum atque doctorum: ea vero quæ in myſterijs occultat, nec eloquio ipſo ſuperbo erigit, quo non audeat accedere mens tardiuſcula & inerudita quaſi pauper ad diuitem.*

Epiſt. ad Voluſianum.



Digitized by Google

## LXIX. RORARIA.

*Virtus.*

RORARIA quæ vulgo appellatur, planta eſt: quantumuis æſtate ardentiſſimis Solis radijs ſit expoſita, nunquam tamen folia ipſius, caua inſtar puſilli cochlearis, roſcido quodam humore deſtitui ferunt, eorumq; lanuginem admodum tenellã guttulis quibuſdam pellucidis ſemper madere: vnde etiam nomen ſortita eſt, vt Rorem Solis, ac Rorariam veteres nuncuparint. *Vide hiſt. Pla. Roui*

AP. Virtus inſtar Rorariæ inter æſtus, & incendia miſeriarum, diuinæ gratiæ rore affluens germinat, & numquam contabeſcit.

*Æternùm virens.*

## LXX. RVBI APOLOGVS.

*Humilitas.*

CONCILIVM inierunt arbores, quo ſe ab hominum iniurijs, quibus vndique appeterentur, expedirent. Et Cedrus quidem, quæ vt cæteris dignitate, ita & conſilio præſtare videbatur, prima ſententiam dixit: Sæuire vt plurimum homines in ligna ſecuribus, quas ligneis manubrijs muniunt quò aptius feriant Itaque è re eſſe arborum, vt ligna denegarent hominibus, quæ ipſis in perniciem arborum conuerterent. Multis vltro citroque in eandem ſententiam iactatis, ſurgit humilis Rubus, &, Nolite, inquit, arbores, nolite in tantam altitudinem excreſcere; eritis, mihi credite, ab hominum iniurijs tutiores.

AP. Humilitas ſola eſt, quæ tutos homines à dæmonum inſidijs, omniumque malorum incurſibus præſtare ſolet.

*Placet in vulnus maxima ceruix.*



Digitized by Google

## LXXI. SCOPÆ FLORENTES.

*Humilium perſonarum prouectio ad honores.*

Ammi. l.28.

REPENTINO olim prodigio ſcopæ florere, ſunt viſæ, quibus nobilitatis, curia mundabatur. Idque portendebat extollendos quoſdam deſpicatiſſimæ ſortis ad gradus poteſtatum excelſos.

APODOSIS.

De his Iuuenal. agitans Græculos ſui temporis:

Satyr. 3.

*Quondam hi cornicines & municipalis arenæ*
*Perpetui comites, notæque per oppida buccæ,*
*Munera nunc edunt, & verſo pollice vulgi*
*Quemlibet occidunt populariter; inde reuerſi*
*Conducunt foricas & cur non omnia? cum ſint*
*Quales ex humili magna ad faſtigia rerum*
*Extollit, quoties voluit fortuna iocari.*

## LXXII. SERTA COROLLARIORUM:

Στεφανηπλόκων ἔργον ἄκαρπον.

*Oratio vana.*

Plut. de audit. 72.

ILLI a florida & odorata ſectantes folia opus pertexerunt, iucundum illud quidem, ſed diariũ & infrugiferum: contra apes prata peruolitantes, violarum, roſarum, hyacinthorumque copia conſita, thymo aſperrimo inſident, ex quo tamen mellis vberem copiam faciunt.

APODOSIS.

In dulces, ſed infrugiferas orationes, quarum dictio, vt ait idem Plut. habet quidpiam ad decipiendum conducens, ſi rebus applicetur, ſuauis & copioſa, & cum faſtu aliquo atque apparatu, ſed omnis fructus, atque vtilitatis eſt expers: quare ſyncerus

Digitized by Google

tus orator omittere debet florida, & luxurioſa verba, reſque ad actiones ſcenicas, aut ſpectacula pertinentes, eaſque habere pro pabulo ſophiſtarum, animo autem in ipſos orationis ſenſus penetrare.

## LXXIII. SIMILAX.

*Ambitio & deceptio.*

SIMILAX planta eſt hederæ ſimilis, perpetuò ſurſum tendens, ſubtilibus ramis, quæ proximè adſtant, plantas comprehendens, maximè vero paliuros: adeò vt illos quidem feriat, ipſa etiam ſuo tempore pereat. Huiuſmodi erat Babylon, numquam non ad altiora volans, vndique potentiæ ſuæ retia extendens, vt deprimeretur ab ipſa comprehenſi: comeditur tandem ipſa à Perſis & Medis. Ap. At qui circũeuntes mare & aridam, vt vnum proſelytum faciant, ac poſtea ipſũ filium gehennæ conſtituant. Similax fuerunt expanſa, ſuffocans ſub ſe comprehenſos, ac velut ardua ſtipula, neque ſuſceperunt deſcendentem pluuiam, neque aquam ſalientem in vitam æternam. Similaci etiam æquiparentur qui charitatem ſimulantes & complectentes per blanditias proximum, ac quæ ad eorum perniciem faciunt meditantes. Abſumetur tandem talis ſimilax ipſa à ſeſe: alter enim impoſtor ab altero fraudulentiore capitur.

*Theophyl. in Naum cap. 10.*

## LXXIV. SISTRVM SCAMANDRINVM.

*Tutela diuina, ſeu Crux Domini.*

FERVNT in fluuio Scamandro herbam naſci Siſtrum nomine, Erebintho non abſimilem, grana in ſe concluſa complexam, à quibus traxit & nomen. Eam ſi quis geſtarit, nullis neque dæmonibus,

 neque

*de flumin.* neque ſpectris teneri. Ariſtot. in veteri codice περὶ θαυμ. α. meminit quoque Plutarh. iunior.

APODOSIS.

Diuinum præſidium ſignificat, quo fulti mortales vana vmbrarum terriculamenta, & dæmonum ludibria facile contemnunt. Idcircò *ad omnem progreſſum, atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum & calceatum, ad lauacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, quocumque nos conuerſatio exercet, frontem crucis ſignaculo terimus.* *Tertull.*

## LXXV. TELYPHONOS.

*Virtus inuidiæ victrix.*

*Ælia. de Animal. l. 9. c. 21.* TELYPHONVM herbam Theophraſtus narrat, ſi eam ad ſcorpij dorſum admoueris, ſtatim perire: ὁ δὲ πρᾶγμα χρῆμα ἀγνοεῖ ἐστιν.

APODOSIS.

Inuidi qui per ſcorpiones ſignificantur, ſi ſe ad florentis hominis virtutem affricent, calumnijs obfuturi, continuò ipſi contabeſcunt.

*Ouid. Metam. lib. 2.*

*Si videt ingratos, intabeſcitq́, videndo*
*Succeſſus hominum, carpitq́, & carpitur vnà,*
*Suppliciumque ſuum eſt.*

## LXXVI. THEOMBROTION.

*Cœli depoſitum.*

*Plin. l. 24. cap. 17.* THEOMBROTION herba, quæ & Seminon à potentiæ maieſtate appellatur, Pauonis picturis ſimilis eſt odore eximio. Hæc à Perſarum regibus comeditur, & bibitur contra omnia corporum incommoda inſtabilitatemque mentis.

Ap.

Digitized by Google

AP. Euchraſtia & maieſtate ampla eſt, & ſpecie eximia, vt quæ Deum continet, in quo theſauri omnes ſapientiæ, potentiæ, pulchritudinis latent incluſi. Nullum autē alexipharmacon contra animi morbos potentius, nullum dæmoni terribilius. D. Chryſoſtomus πρὸς τοὺς μέλλοντας φωτίζεσθαι, vocat ποτήριον τὸ φρικτὸν καὶ πολλῆς γέμον δυνάμεως, καὶ τῆς κτήσεως τιμιώτερον ἑκατέρας. *Poculum terribile, & multa virtute plenum, & vtraque poſſeſſione pretioſius.* *in Catec.*

---

## LXXVII. THYMVM ATTICVM VERNANS IN AFFLATU MARIS.

*B. M. Virginis fauor.*

ATTICVM thymium ex quo apes mel laudatiſſimum conficiunt, non durat niſi in afflatu maris. *Plin. lib. 21. cap. 10.*

AP. Nulla diu planta ſtabit in religione & cultu Dei, quæ non afflatum Mariæ, id eſt, maris gratiarum accipiat.

*Via ſola ſalutis.*

Nec immeritò D. Damaſcenus eã φυσίζωον & ζωοδότειραν, κούρην. *Almam puellam, vitæ largitricem* nominat.

---

## LXXVIII. TILIA.

*Philoſophia verboſa.*

TILIA cùm habeat calycem, & folia dulcia, tamen fructum eius nullum animal attingit. ταύτης γὰρ μὲν φύλλα γλυκέα, καὶ πολλὰ τῶν ζώων ἐσθίει, ὁ δὲ καρπὸς οὐδενὶ βρωτός. *Theoph. l. 1. cap. 20.*

AP. Tilia verbis abundantes, rebus infructuoſos ſignificat.

*O di homines ignaua opera, Philoſopha ſententia.* *Pacuuius*

Sic

Ou. Faſt 5 *Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur,*
*Cum iudex alios quod monet, ipſe facit.*

## TVLIPA AD SOLEM.
### Fauor cœleſtis.

*Solemque ſuum ſua ſydera norunt.*

TVLIPA flos eſt, & viſu iucundus, & inſigni colorum pulchritudine admirandus, qui ad radios ſolares ſeſe pandit: illis verò aut pluuiâ, aut tempeſtate occupatis, clauditur, & langueſcit. Eum principis ſyderis abſentiam gemere diceres.

APODOSIS.

Dicitur de fauore ſuperioris poteſtatis in inferiora: ſic anima Chriſtiani hominis Tulipæ inſtar eſt, quæ ſe ad Spiritus Sancti radios explicat, iiſdem abſentibus contriſtatur. Tunc enim terra eſt inanis, & vacua, & tenebræ ſuper faciem abyſſi. Nota porrò Tulipam Turcicum eſſe vocabulum: ſic enim Dalmatæ, & Turcæ vocant pileum, ſeu amiculum capitis quod geſtare ſolent, quod ei inuerſi flores, iſti aperti ſimiles ſunt effigie: ſummo cauli inſidet ille flos ſurſum ſpectans, ſex foliolis ſæpius conſtans, interdum ſeptem aut octo: calathi, aut cyathi modo ſeſe in fundo pandens, ex quo ſena, aut totidem quot ſunt folia, ſtamina erumpunt, modo lutea, modo pallida, modò nigricantia; pediculis etiam quæ ſtamina ſuſtinent mirum in modum colorem variantibus.

Vide Rue. lib. 15.

## LXXIX. VISCVM GALLORVM.
### *Eucharistia ſymbolum.*

EST id rarum admodum inuentu, & repertum magna religione petitur, & ante omnia ſexta luna, quæ principia menſium, annorumque his facit, & ſæculi

ſæculi, poſt 30. annum, quia jam abundè virium habeat, nec ſit ſui dimidia. *Omnia ſanãtem* appellantes ſuo vocabulo, ſacrificijs epuliſque rite ſub arbore præparatis, duos admouent candidi coloris tauros, quorum cornua tum primum vinciantur. Sacerdos candida veſte cultus arborem ſcandit, falce aurea demetit: candido id excipitur ſago: tunc demum victimam immolant, precantes vt ſuum donum Deus proſperum faciat his quibus dederit. Fœcunditatem eo poto dari cuique animali ſterili arbitrantur, contraque venena omnia eſſe remedio. Pl. l. 16. c. 44.

APODOSIS.

Hac tabula Euchariſtia rectè ſignificari poteſt, Panacæa ſanat morbos corporis, Euchariſtia animi. illa aditur cum victimis albis, hæc cum puris precibus; illa creſcit in quercu, hæc in vitæ arbore, imò ipſa eſt arbor vitæ: illa candido excipitur ſago, hæc munda conſcientia: illa aurea falce demetitur, hæc charitate decerpitur: illa denique fœcunditatem parit animantium, hæc virtutum.

In eodem argumento eſt *Panis fœderis*. Dæmon quippe ſacrorum & religionum ſimia venerabilis hujus Sacramenti vmbras in nouo orbe commentus deprehenditur: nam menſe Septembri & Decembri virgines ſoli ſacras placentas quaſdam ex farina & ſanguine agni confectas in particulas diuidunt, & exteris qui forte in aulam regiam veniunt, quaſi magni fœderis cum *Ingas*, hoc eſt, cum rege Sacramentum diſtribuunt; illi verò magna veneratione ſuſcipiunt, iurati ſe nihil contra Solem & Ingam molituros, atque in ſuæ fidei & ſtudij pignus hunc panem fœderis recipere in medullis & viſceribus teſtabantur. Mittuntur deinde fauſta ad omnes Guagas totius prouinciæ. Ex lib. de ſtat. Imp. p. 307.

LXXXI.

Digitized by Google

## LXXXI. XAQVA.

*Effectus cauſæ contrarius.*

Oues. hiſt. lib. 8.

XAQVA arbor Hiſpaniolæ, cuius fructus papaueris ſpecie: manat ex ea pellucida aqua albicans, qua quicquid aſpergitur, aut oblinitur, nigreſcit; adeò vt nulla vnquam lotione emendetur.

### APODOSIS.

Cauſæ contrarios plerumque habent effectus, & ex albo nigrum oritur. Qui fit vt diſcipuli permulti limpidis doctrinæ fontibus irrigati non modò non albeſcant, ſed inde plerumque deteriores fiant: niſi quod ipſi naturæ prauitate corrupti, in prauam partem rapiunt omnia; atque cum ita fuerint affecti, difficili admodum negotio ad æquitatem mentis reuocantur?

*Naturæ contraria legibus ibit.*



Digitized by Google

# PARABOLARVM HISTORICARVM

## LIBER VNDECIMVS.

## AVRVM ET LAPILLI.

### I. MENSA S. SOPHIÆ, EX OMNIBVS METALLIS ET GEMMIS conflata.

ἓν καὶ πάντα.

IVSTINIANVM in magnifico Sophię templo, cuius deſcriptio apud Euagrium, factam menſã feciſſe refert Cedrenus, opus imitatione nulla æquandum. Conſtabat verò auro, argento, omniſque generis lapidibus, lignis, metallis omnibuſque rebus quas terra fert, mare, & vniuerſus mundus. Ex omni materia precioſa plura melióra, potiora collegerat: liquatiſque his, quæ fluunt, ſicca illis immiſerat, atque in formã menſæ abſoluerat. Ita varium illud opus contuentibus ſtuporem inijciebat. In orbem hanc habuit inſcriptionem. *Baro. an. Iuſtin. 31. lib. 8. c. 36.*

*Tua de tuis offerimus ſerui tui, Chriſte, Iuſtin. & Theodora: ea tu propitius accipe, fili Dei verbum, qui noſtri cauſa carnem aſſumpſiſti, & cruci affixus fuiſti*

*ne*

Digitized by Google

*nos in tua recta fide conſerua. Et quam nobis commiſiſti remp. eam ad tuam gloriam auge, & tuere, intercedente Sancta Deipara Virgine Maria.*

AP. Dici poteſt de re qualibet eminentiſſimæ perfectionis: ſic homo Dei ſedes eſt, ipſe ex omnibus vniuerſi orbis particulis conflatus. Vnde animal multiplex, πολυτροπώτατος καὶ ποικιλώτατος τῶν ζώων. D. Greg. Naz. οὐχ ἁπλοῦν τι χρῆμα, ὁ δὲ μόνος δὴ ὁ ἄνθρωπος ἀλλὰ συνῴκισεν ὁ θεὸς εἰς ἑνὸς ζώου σύστασιν ὄχλον δυνάμεων παμμιγῆ τε καὶ πάμφωνον. Syneſius *ad Arcad.* Phil. *de mundi opificio*, hominẽ vocat omne animal, χερσαῖον, ἔνυδρον, πτηνὸν, οὐράνιον.

## II. PYTHÆ MENSA AVREA.

*Diuitiæ auarorum pulchræ, ſed infrugiferæ.*

INCIDERAT in auri metalla Pythes qui Xerxis ætate floruit, adeò inexplebili cupiditatis ſiti, vt omnes ciues relictis artibus aurum effodere, egerere, purgare cogeret. Multis tandem pereuntibus, animum deſpondentibus cæteris, mulieres ad eius vxorem ſupplices ſeſe contulerunt, vt miſeriis ærumnoſorum coniugum ſubueniret. Ea diſcedere his, & bono animo eſſe iuſſis, aurifices quibus maximè fidebat ad ſe acciuit, domique incluſos iuſſit panes, bellaria, poma, & alios cibos, quibus maximè delectari Pythem nouerat, ex auro omnia conficere. Ierat tum fortè Pythes peregrè, qui vt domum rediit, cœnamque popoſcit, auream ei menſam mulier appoſuit, nullo eſui apto cibo, ſed omnibus aureis inſtructam. Cùm initio delectatus artificio naturam imitante, ſatur ſpectaculi poſceret cibum, quodcunque peteret id aureum ei mulier attulit. Indignanti, & eſurire ſe reſpondenti. Atqui, inquit, harum tu nobis rerum copiam, nullius præterea paraiſti; omnes enim artes, omnis vſus aliarum rerum deſertus eſt; abductis cultoribus ſqualIent agri, dum à te

viros

virorum robora in aurifodinis occupantur. Hac voce philochryſi cupiditas paulisper extincta.

APODOSIS.

Pythes ieiunus in menſa aurea, typus eſt auari inter immanem opulentiam, & reconditos theſauros egentis.

*Non bibit inter aquas, poma aut pendentia carpit*
*Tantalus infelix, quem ſua vota premunt.*

In eodem ferme argumento eſt Vari cœna, cuius meminit Martialis. Lib. 4.

*Ad cœnam nuper Varus me fortè vocauit:*
*Ornatus diues, paruula cœna fuit.*
*Auro, non dapibus, onèratur menſa: miniſtri*
*Apponunt oculis plurima, pauca gulæ.*
*Huc ego non oculos, ſed ventrem paſcere veni:*
*Aut appone dapes, Vare, vel aufer opes.*

---

## III. MONS AVREVS POMPEII.

*Vanitas rerum humanarum.*

POMPEIVS in triumpho oſtentauit montem aureum quadratum, cum ceruis, & leonibus, & pomis omnis generis circundata vite aurea: Muſæum quoque ex margaritis, in cuius faſtigio horologium erat. Pl. l. 37. c. 11.

AP. *O quantum eſt in rebus inane.*

Verè Εἴδωλα τῶν εἰδώλων ἀνθρώπινα πράγματα! glebam terræ in alieno littore interfectus deſiderauit, qui montes, vel potius mundos aureos oſtentauit in triumphis: ὁ ὄνειρος οὗτος, ὡς ἀψευδέστατα φάναι, ὁ τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ βίος· ὡς γὰρ ταῖς καθ' ὕπνον φαντασίαις βλέποντες οὐ βλέπομεν, καὶ ἀκούοντες οὐκ ἀκούομεν, καὶ γευόμενοι ἢ ἁπτόμενοι οὔτε γευόμεθα, οὔτε ἁπτόμεθα, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν παρεγρηγορότων αἱ φαντασίαι τοῖς ἐνυπνίοις ἐοίκασιν, ἦλθον, ἀπῆλθον, ἐφάνησαν, ἀπεδίδρασαν, πρὶν καταληφθῆναι βεβαίως ἀπέπτησαν. Phil. l. de Ioſep. p. 425.

## IV. OLIVA PYGMALIONIS AVREA.

*Diuitijs animoſa ſuis.*

*Philoſtr. l. 5.* OLIVA Pygmalionis apud Gaditanos ex auro artificioſiſſimè fuit elabotata, fructus verò ex ſmaragdo lapide quam opulentiſſimos habuit.

APODOSIS.

Oliua aurea Virgo eſt, *oliua verè fructifera in domo Dei*: fructus ſmaragdini, virtutes, quibus ipſa ſupra mortalitatem noſtram enituit, D. Hieron. *in ſerm. de Aſſumpt. Mariæ.* *Præcellit cunctos, ſupereminet vniuerſis Maria, cunctis tanto venerabilior, quanto glorioſior, & quanto virtute Altiſſimi extollitur ad ſublimia, tanto clarior reſultat in gloria; plena ſiquidem gratia, plena Deo, plena virtutibus, non poteſt non poſſidere plenè gloriam claritatis æternæ, quam pleniſſimè accepit, vt mater fieret Saluatoris.*

## V. POMVM AVREVM FENELLÆ.

*Voluptas ſeu diuitiæ exitiales.*

*Cardan. de rerũ varie. l. 12. c. 56.* CVM Kemethus rex Scotorum Eruthlinthum Fenellæ filium occidiſſet, tum etiam Malconum Druſſum regem & affinem Fenellæ: illa ſtatuam mira arte fabricari iuſſit, in cuius manu pomum aureũ gemmis refertum erat, quod quicumque tetigiſſet, ſtatim multis iaculis confodiebatur: eo regem nihil ſuſpicantem inuitatum in Feſticarij oppido occidit.

APODOSIS.

Voluptas blandum quidem, ſed exitiale malum inani quodam fulgore perſtringit, & illectat eorum oculos quos deceptura eſt.

*Equo ne credite Teucri.*

VI. PO-

# VI. POMVM HENRICI AVREVM.

*Detur optimo.*

ANN. D. milleſimo decimo tertio, cùm Henricus Imperator recens creatus Romam ſolenni pompa ingrederetur, Benedictus Papa ei obuiam cum maxima virorum & ſacrorum ordinum multitudine proceſſit ex more, eique huiuſmodi Imperij Inſigne obtulit. Pomum erat aureum per quadrum pretioſiſſimis quibuſque gemmis diſtinctum, aurea cruce deſuper eminente. Erat autem inſtar ſpeciei huius mundanæ molis, quæ videlicet in quadam rotunditate ſubſiſtere perhibetur. Vt dum ſiquidem illud reſpiceret Princeps terreni Imperij, foret ei documentum non aliter debere imperare, vel militare in mūdo, quàm vt dignus haberetur viuificæ crucis tueri vexillo. In ipſo etiam diuerſarum gemmarum decoramine, videlicet Imperij culmen plurimarum virtutum ſpeciebus exornari oportere. Hoc Imperator hilariter ſuſcipiens; Optime, inquit, Pater, ad Papam, iſtud facere decreuiſti, noſtræ portendendo iuueni monarchiæ, qualiter ſeſe moderari debeat. Deinde manu tractans illud auri pomum: Nullis inquit, melius hoc præſens donum poſſidere ac cernere congruit, quam illis qui pompis mundi calcatis, crucem expeditius ſequuntur Saluatoris: qui protinus miſit illud ad Cluniacenſe monaſterium Galliarum, quod etiam tunc temporis habebatur religioſiſſimum cæterorum, cui & alia dona plurimorum contulerat ornamentorum.

*Glabri verba.*

*Glaber apud Baron.* 11. *anno D.* 1013.

APODOSIS.

*Emitur virtute poteſtas.*

## VII. TVRDITANORVM ARGENTEA PRAESEPIA.

*Vitia & voluptates ſpecioſis titulis ornantur.*

Strab. l. 3. p. 104. in Hiſpania.

CARTHAGINENSES qui Barca duce expeditionem fecerunt, Turditanos argenteis præſepibus & dolijs vſos deprehenderunt.

APODOSIS.

Præſepi quid fœdius? & tamen argento veſtitur: voluptatibus quid turpius? & tamen aureis virtutum notis fucantur. *Vitia nobis ſub virtutum nomine obrepunt: moderatio vocatur ignauia, pro cauto timidus accipitur.*

Sen. ep. 45.

## VIII. LAPIS ANNVLI IN QVO CASVS PHAETONTIS expreſſus.

*In tenui labor.*

CASVM Phaëthontis in gemma annuli expreſſum admirabili vel ſtupendo potius artificio memorat Galenus. Videbatur adoleſcens Solis filius, comanti radijs capite, vel potius flagranti cæſarie, flagellum tenens, equos agitans. Sedebat in curru aureo, quem celeres quadrigæ rapiebant, tanta dexteritate ſculptæ vt ſedecim pedes equorum minutiſſimis lineolis diſtincti eminerent. Hinc rubentis ardoribus cœli facies, Iouis iræ, infelicis parentis deſperatio, & attoniti caſus nouitate cœleſtes hærebant. Illinc decreſcebat mare, ebulliebant aquæ, torrebatur terra, & longè lateque ſparſa incendia, agros, ſyluas, montes populabantur. Hoc in minimo annulo maximum ſuperiora ſæcula viderunt. Galenus. Felicius tamen Franciſcus Alumnus Symbolum Apoſtolorum & Euangelium Ioannis in denarij orbiculo deſcripſit.

l. 17. de vſu partium.

Maiolus.

AP.

APODOSIS.

*Nec contemne tuas quaſi paruo in corpore vires.*
*Quod vales immenſum eſt: ſic auri pondera parui*
*Exuperant pretio numeroſos æris aceruos.*
*Sic Adamas, punctum lapidis, pretioſior auro eſt.*
*Paruula ſic totum peruiſit pupula cœlum:*
*Quoq; vident oculi minimum eſt, cum maxima cer-*
*nant.*
*Sic animi ſedes tenui ſub corde locata.*
*Per totum anguſto regnat de limite corpus.*

*Manil. l. 4. Aſtron.*

---

## IX. LAPIS PHOENICVM NATVRALI SOLIS IMAGINE impreſſus.

*Solidum perenne.*

PHOENICES Solem, ſua lingua Heliogabalum, colebant. Erat autem Lapis maximus, teretior ab imo, ſenſimque faſtigiatus propemodum in coni figuram, nigro colore, quem illi è cœlo delapſum iactabant. Viſebatur in lapide forma quædam, quam Solis arbitrati, haud humano artificio fabrefacta. Vide Herodianum. Hoc autem ſimulachrum dicebatur *Alagabalus*, quaſi Ala Gabali, Deus montis, quod in monte coleretur. *Heliogab.*

APODOSIS.

Imaginem Solis, non arte factam, vt aiunt, ἀνέργαστον, in ſolidiſſimo lapide impreſſam venerati Phœnices, ſignificabant Reges & Principes, qui Solis ſymbolo, familiari regiæ maieſtatis ſidere deſignantur, debere maximè perpetuam in dictis factiſque conſectari conſtantiam, vt illud impleant quod Ludouicus Pius habuiſſe fertur in Emblemate,

εἰκόνα τοῦ ἡλίου ἀνέργαστον εἶναι θέλουσι.

VOLO SOLIDVM PERENNE.

## X. LAPIS FATVARVM.

*Patientia leuius fit malum.*

Dion. Pruſ. orat. 13.

MVLIERES diuinæ, hoc eſt fatuæ, in multis delubris Græciæ, aram quandam aut lapidem ſuſtollentes, conſiderant in eo rei ſupra qua quis percontatur euentum, & quibuſdam quidem earum aiunt leuem fieri, quibuſdam verò grauem, vt ne mouere quidem facilè poſſint.

APODOSIS. Ex ipſo Dione.

Anne ita quoque exilium & paupertas, ſenectus morbique, & omnia talia his quidem grauia & difficilia, illis autem leuia, faciliaque appareant: illic fortaſſis iuxta rei differẽtiam, leue eſſe pondus Deus efficit; hic autem opinor tale fit quodque, qualis eſt vtentis virtus & ſententia.

*Optimum ærumnæ condimentum æquus animus.*

## LAPIS PIETATIS.

Vide, *Ætnæi fratres*, libro de bonis hominis.

## XI. LAPIS SICYONIVS.

*Cædis ſymbolum.*

LAPIS Sicyonius nigro colore, ſi quando accidat vt de homine mactando moneat oraculum, *in aris* deorum Auertuncorum ſolet deponi à duabus virginibus. Sacerdos autem eum vix cultro attingit, cùm ſanguis erumpit: tuncque recedunt cum vlulatibus hujus ſuperſtitionis adminiſtri. Dorotheus Chaldæus 2. *de lapidibus*, & Plut. iunior *in Araxe*: *ἱερέως τῇ μαχαίρᾳ θίγοντος αἵματος ἔκλυσις γίνεται δαψιλής.*

APOD. Occurrunt ſæpe in prodigijs ad ſignificationem diræ ſtragis pluuiæ, & ſudores ſanguinei.

Luca-

Lucanus l. 1. inter cætera cladis Pharſalicæ indicia, mare Siculum repẽte colore ſanguineo rubuiſſe commemorat his verbis: *Atra Charybdis*

*Sanguineum fundo torſit mare.*

Virgilius in cæde Polydori plantas cruore ſtillantes facit:

*Nam quæ prima ſolo ruptis radicibus arbos*
*Vellitur, huic atro liquuntur ſanguine guttæ.*

---

## XII. LAPIS SOLIS.

*Conuerſationis vis.*

LAPIS apud Megarenſes (ad quem Apollo lyram ſuſpendit cum Alcathoo operam ſuam eſſet nauaturus) ſi calculo feriatur, eundem quem pulſæ fides ſonum reddit. *Pauſ. in Att.*

APODOSIS.

Ex tactu lyræ Apollinis lapis fit ſonorus. Eum lapide duriorem eſſe oportet qui cum bonis doctiſque verſetur, & nihil ex iſta conſuetudine adiumenti ad litteras, moreſque inſtituendos decerpat: *Lucr. l. 4.*

*Vſque adeo magni refert ſtudium, atque voluntas,*
*Et quibus in rebus conſuerint eſſe operati,*
*Non homines ſolum ſed vero animalia cuncta.*

---

## XIII. LAPIS σωφρονιστήρ.

*Conſcientiæ remora.*

LAPIS σωφρονιστὴρ. quaſi author reſipiſcentiæ appellatur ea de cauſa, quod Hercules furens in patrem ferebatur infeſtus, eundem occiſurus, niſi iniecto à Minerua lapide repreſſus eſſet. Hic lapis magna ſuperſtitione aſſeruabatur Thebis conſecratus. Alius eſt lapis σώφρων, qui in fluuio Mæandro naſcitur; per antiphraſim ſic nominatus: in ſinum enim iniectus ſtultitiam parit: λίθος κατ' ἀντίφρασιν *Plut. in Mæandro*

σώφρων κεκλωσμένος, ἂν ἐὰν βάλῃς τινὸς εἰς κόλπον, ἐμμανὴς γίνεται.

APODOSIS.

Lapis reſipiſcentiæ conſcientia eſt, quæ improbos amentia & furore in ſcelus quaſi torrentes effuſos plerumque de medio curſu reuocat. *Alioqui ſcias ſubeſſe animis etiam in peſſima abductis boni ſenſum, nec ignorari turpe, ſed negligi.*

*Senec. ad Luc. Ep. 97.*

---

## XIV. GEMMÆ RATIONALIS.

### *Lux Prælatorum.*

PER duodecim gemmas quas in pectore pontifex inſutas geſtat, in bello victoriam prænunciare Deus ſolebat. Nam priuſquam exercitus ſe moueret, tantus fulgor ex eis emicabat, vt toti populo facilè innoteſceret adeſſe Deum opemque & auxilium ſuum, inuocantibus eſſe allaturum. Vide Ioſep. Τοσαύτη γὰρ ἀπήστραπτεν ἀπ' αὐτῶν αὐγὴ μήπω τῆς στρατιᾶς κεκινημένης, ὡς τῷ πλήθει παντὶ γνώριμον εἶναι τὸ παρεῖναι τὸν Θεὸν εἰς ἐπικουρίαν.

*l. 3. ant. c. 9.*

APODOSIS.

Tum demum militia Chriſtiana felicibus auſpiciis dimicare cernitur, cum paſtores, & Prælati cœleſtium virtutum, quaſi pretioſorum lapillorum fulgore, totam Eccleſiam colluſtrant. Non diſſimile eſt quod ait S. Epiphanius, vbi ſcripit Adamantem à ſummo Pontifice ter in anno geſtatum fuiſſe cùm in Sancta Sanctorum ingrederetur, in Paſchate, Pentecoſte, & tabernaculorum feſto. Quod ſi populus in peccato deprehenderetur, mutabatur (vt ferunt) color lapidis; & ſiquidem mortes, & funera portenderet nigreſcebat; ſi bella, ſanguineũ colorem induebat, ſi felicitatem denunciaret, niueæ lucis candore radiabat. Additq; Zachariæ temporibus, ipſo facti operante ſplendidum apparuiſſe: ἐν τῇ ἱερωσύνῃ αὐ ἐν τῷ πάλαι λαμπρὸς ἐγένετο λίθος.

*l. 12. de gē.*

XV

## XV. ACHATES.
*Eloquentia florida.*

ACHATES tam varij eſt generis, vt vnum lapidem eſſe non credas; candidus, rubeus, croceus, cinereus, viridis, niger, varius, cæruleus. Quid moror? huic vni nec omnium aliarum gemmarum colores ſufficiunt. Ille lucos, prata, animalia, flumina, flores, arbores, natura ludente refert. Orpheus. *Achate.*

Δένδρεα καὶ μάλα πολλὰ κατόψεαι ὡς ἐνὶ κήπῳ,
Ἀνθεμόεντι κλάδοισιν ἐπασσυτέροισι κομόωντα.
*Arbores enim multas inſpicies quemadmodum in horto:*
*Florente ramis acervatis ornatas.*

APODOSIS.

Conferri poterit cum amœna ſtyli varietate, in quo diuerſi Rhetorum colores ad certamen vſque luxurient. *Ang. Polit.*

*Hic varios ſeſe in vultus facundia diues*
*Induit, & vaſto nunc torrens impete fertur,*
*Fluminis in morem, ſicco nunc aret in alueo,*
*Nunc ſeſe laxat, nunc exſpatiata coërcet.*
*Nunc inculta decet, nunc blandis plena renidet*
*Floribus.*

## XVI. ACHATES PYRRHI.
*Sapiens.*

ANNVLVS Pyrrhi regis, qui aduerſus Romanos bella geſſit, non ignobilis famæ fuit, cuius gemma Achates erat, in quo nouem Muſæ cum inſignibus ſuis ſingulæ, & Apollo tenens citharam videbantur non impreſſis figuris, ſed ingenitis. *Solin. Polyhiſt. p. 18. edit. Pictav.*

In eodem genere eſt lapis Autoglyphus, vt narrat Aretazes & Plut. *in Sagari*, matris Deorum effigie ſculptus: εὑρίσκεται καὶ τετυπωμένην ἔχων τὴν μητέρα τῶν θεῶν.

Ap. Vno annulo Muſas Pyrrhus complexus eſt, & vno pectore vir ſapiens multiplices ſcientias. Talis fuit Baſilius ille Magnus, de quo D. Gregor. Nazianz. ait: ποῖαν μὲν εἶδος οὐκ ἐπῆλθε παιδεύσεως, μᾶλλον δὲ, ποῖον οὐ μεθ' ὑπερβολῆς, ὡς μόνον οὕτω μὲν ἅπαντα διελθών, ὡς οὐδεὶς ἕν· οὕτω δὲ εἰς ἄκρον ἕκαστον, ὡς τῶν ἄλλων οὐδέν.

## XVII. ÆTITES ET GASIDANES.

*Promiſſum irritum.*

Pl. l. 37. c. 9.

Ætites lapis ſemper prægnans nunquam parit, ſed & Gaſidanes lapis, qui in Media reperitur & in Arbellis, coloris olorini veluti floribus ſparſis concipere dicitur, & intra ſe partum fateri conceſſum: concipere autem trimeſtri ſpatio, ac de partu nulla memoria.

Ap. Multi multa in virtutibus & literis concipiunt, quæ nunquam pariunt. Hæc Plutarchus περὶ τοῦ ἀκούειν vocat: ἀτελῆ τινὰ καὶ ἄψυχα ὑπολήμματα, imperfecta & inanima conſilia, quæ ὑπηνεμίοις λοχείαις ventoſis ouis comparat.

*Nunquam futilibus excanduit ignibus æther.*

## XVIII. ALECTORIA.

*Fortitudo.*

Pl. l. 37. c. 9. Iſidor. c. 13. l. 16.

Alectorias vocant in ventriculis Gallinaceorum inuentas cryſtallina ſpecie, magnitudine fabæ, quibus Milonem Crotonienſem vſum in certaminibus inuictum fuiſſe videri volunt.

Ap. Alectoria eſt in omni certamine præſens animus, Dei gratia firmatus, quo qui fuerit præditus, omnia hoſtium tela retundit: ὁ μακάριος οὗτος πανταχόθεν βαλλόμενος ἀσφαλέστερον ἵστατο, καὶ μυρία βέλη δεχόμενος οὐκ ἐνεδίδου, ἀλλ' ἐκένωσε τῶ διαβόλου τὴν βελοθήκην, αὐτὸς δὲ οὐ κατέπεσεν, οὐδὲ ὑπεσκελίσθη

Digitized by Google

ἀλώθη. Chryſoſt. *Beatus ille vndiq; petitus firmius ſtetit, & ſexcenta tela clypeo excipiens deditionem non fecit: exhauſit Dæmonis pharetram, nec concidit. Imo ne de gradu quidem tantiſper motus eſt.* *apud Nicetam,*

---

## XIX. AMIANTOS
## Ieiunium.

### *Ex D. Baſilio.*

EST lapis quidam eius naturæ, quem hic Amianton Græci vocant, vt inquinari non poſſit. Hic ab igni non vincitur, ſed impoſitus igni videtur igneſcere, & in prunam verti: ruſum exemptus igni, perinde quaſi fuiſſet aqua, candidatus apparet purior. Huiuſmodi erant trium illorũ puerorum corpora apud Babylonios, illud ieiunio conſecuta, vt nulla vi poſſent inquinari. Siquidem in vehementi fornacis flamma, quaſi natura fuiſſent aurei, ita apparuerunt illæſi vtique ſuperiores, qui & auro potentiores declarati ſunt. Neque enim illos liquefecit ignis, ſed integros, illibatoſque ſeruauit. *Baſilius hom. 1. de ieiunio.*

*Perfuſa non ſic amne flamma extinguitur,*
*Nec ſic calente ſole tabeſcunt niues,*
*Vt turbidarum ſcabra culparum ſeges*
*Vaneſcit almo trita ſub ieiunio.* *Prudentius in Cathem.*

---

## XX. AMIANTVS.

### *Caſtitas.*

AMIANTVS alumni ſimilis nihil igni deperdit, veneficijs reſiſtit omnibus, priuatim Magorum. *Plin. li. 36. cap. 19.*

APO. Caſtitas nihil impuri amoris facibus deperdit, & meretriculæ Circes, hoc eſt voluptatis veneficijs quam fortiſſimè reſiſtit: vnde à D. Chryſoſtomo propter innumerabiles pugnas quibus aſſiduò diuexantur, μέγα τὶ πρὸς μαρτυρίῳ μαρτύριον dicitur in laudatione ſanctæ Theclæ, corpora inter flam-

*Baſil. hom. 1. de ieiunio triumphatorum.* flammas illæſa cum Amianto comparat; quod in ſuperiori ſymbolo liquidius explico.

## XXI. AMNOCHRYSUS.

*Bonum non purum.*

*Iſid. Orig. l. 14. c. 14.* Amnochryſus arenis auro intermixtis nunc bractearum, nunc pulueris habet quadrulas.

Ap. Significat Amnochryſus nullum bonum ex omni parte integrum.

*Claudian.* *Nulli ſyncera bonorum, pars conceſſa viro*

Vel etiam dicitur in cor humanum, non purè Dei amore incenſum, ſed maculis terreni amoris interlitum.

*Ouidius.* *Terra ſalutiferas herbas, eademq; nocentes*
*Nutrit, & vrticæ proxima ſæpe roſa eſt.*

## XXII. ANDRODAMAS.

*Sapientia permotionum domitrix.*

Androdamas argenti nitorem habet, & pene adamas, quadratus ſemper teſſeris. Magi putant nomen impoſitum ab eo, quòd animorum impetus, vel iracundias domare & refrænare dicatur, ſi credimus Iſidoro. *Orig. l. 14. cap. 19.*

Ap. Nullus eſt alius Androdamas quàm ſapientia moderatrix animi, expultrixque vitiorum Hæc incitatas permotiones, & inſtar torrentis fluminis effuſas reprimit, & diſſipata cor affectuum caligine,

*Inconcuſſa locat puræ ſacraria menti.*

ἀλλὰ σὺ καθαρὰς... [illegible] μερίμναις, inquit Syneſius.

## XXIII. ANTHRACITES.

*Virtus & perſequutio.*

*Iſidor. Orig. l. 16. c. 13.* Anthracites lapis ignitus & carbo, iactatus in ignem velut inter mortuos extinguitur, at contra aquis perfuſus exardeſcit.

Ap.

AP. Virtus ſine aduerſario langueſcit, aduerſis rebus exercita magis ſplendeſcit.

*Contraria ſemper Virtuti fecere viam.*

Eduardus ſecundus Angliæ Rex pingebat in ſymbolo araneam in tela ſua elat orantem: quàm vehemens ventus perflat cum lemmate, *ardentior ibo*. Sic Alexandri, ὤνιον τὴν δόξαν αἵματος πολλοῦ καὶ τραυμάτων ἐπαλλήλων ἐκτήσατο, οὐκ ἀπράκτῳ τρυφῶν ἐξουσίᾳ.

*Octauius de Strada.*

*Apud Plutarchum de fortuna Alexandri.*

## XXIV. ARVROPHYLAX.

*Felix custodia recti.*

ARVROPHYLAX lapis argento ſimillimus, cuius apud Vaura (vt notat Plutarchus *de fluminibus*) hæc eſt vis: Elidis qui potentiores ſunt ipſum coëmunt, & ante theſaurorum ſuorum limina ponunt ſicque ſecurè illic repoſitum aurum cuſtodiũt: cumque fures eò peruenire volunt, lapis hic tubæ clangorem emittit, illi autem tanquam à ſatellitibus abacti per præcipitia feruntur: σάλπιγγος ἦχον ἀναδίδωσιν ὁ λίθος.

ἀρυροφύλαξ ἀργύρῳ παρόμοιος.

AP. Abeant vani cum ſuis portentis. Non eſt alius Arurophylax quàm vox diſerta bonorum quæ tanquam tuba argentea pro innocentia contra raptores clamat, eoſque à vi & præda deterret.

*Vigili ſtant bella Magiſtro.*

*Patroni diſerti vox pro Iuſtitia & innocentia tuba eſt argentea.*

## XXV. CARBVNCVLVS.

*Componitur orbis Regis ad exemplum.*

CARBVNCVLVS qui ſupra cæteras gemmas excitatius lucet, & vibrat, Soli dicatus eſſe creditur, quòd ad maximi ſideris imitationẽ flammas eiaculetur. Habet autem hoc inter cætera mirabile, quod reliquis quidem gemmis ſuam figuram & ſpeciem poſſit imprimere, cùm tamen nullus alius, ex omni lapillorum genere, carbunculo viciſſim ſuam ima-

Digitized by Google

imaginem poſſit inurere. Rueius lib. de gemmis poſt Ariſtotelem.

*Herod. in Commodo.*

AP. Reges & Prælati facillimè ſubditis ſuam ſpeciem & imaginem inurunt, vt qui ſint omnibus in oculatiſſimum exemplum propoſiti. Aliorum autem niſi ſuperiores ſint, quibus plurimum honoris deferant, imitationem & mores non admittunt: φιλεῖ γὰρ τὸ ὑπήκοον ζήλῳ τοῦ ἄρχοντος γνώμης βιοῦν.

## XXVI. CHELONITES.

*Prudentia in ſermone.*

*Iſid. Orig. l. 16. c. 14.*

OCVLVS Indicæ teſtudinis varius & purpureus per hunc Magi impoſitum linguæ futura prædicere fingunt.

*Caſſiodorus in Pſal. dixi cuſtodiam.*

AP. Non Chelonites, ſed lux prudentiæ cernit futura: oculus autem in lingua poſitus, vt alibi monui, ſymbolum eſt prudentiæ in loquendo, exprimens illud Pittaci, τῷ νοῦ γλῶτται μὴ προτρεχέτω. *Difficilis res eſt in lubrico faucium conſtitutam veritatis rigidæ tenere menſuram; cui ſi incautè fræna laxentur, frequentur contra ſe loquitur.*

## XXVII. CHERNITES.

*Incorruptionis typus.*

*Plin. l. 36. cap. 16.*

CHERNITES lapis ebori ſimillimus; corpora ab interitu, & corruptione vindicat, ex quo Darium in eo conditum ferunt. Contrariæ virtutis eſt Aſius lapis, cuius meminit Theophraſtus libro de igne, qui omnia conſumit & in cinerem redigit: ἀφανίζει πάντα καὶ ἐν ἑαυτῷ τέφραν ποιεῖ.

*Aug. in Enchiridio.*

APOD. Dei voluntas Chernite omni potentior corpora Beatorum ſeruat, omnis expertia corruptionis; vt nihil omnino tot currentium ſæculorum conuerſione deterantur. *Reſurgent Sanctorum corpora ſine vllo vitio, ſine vlla deformitate, ſine vlla corru-*

Digitized by Google

corruptione, ſine difficultate, in quibus tanta facilitas, quanta felicitas erit.

*Vultus, vigor, & color idem.*
*Qui modo viuit, erit: nec me vel dente, vel vngue*
*Fraudatum reuomet patefacti foſſa ſepulchri.* Prudent. in Apotheoſ.

## XXVIII. CHRYSACONIOS.

Cordis humani prudentia.

*Ex D. Chryſoſtomo.*

EST lapis quidam, quem Chryſaconion vocant, quo probatur aurum adulterinum & nothum, ſi illi atteratur, oſtenditurque purum & immixtum incorruptumque numiſma. Hunc indicem ego fideliſſimorum hominum cor dixerim; nam vt qui de fide rationes orthodoxorum & aduerſariorum accipiunt, & in gnomone cordis quaſi atterunt, & probant, inueniunt fidem orthodoxorum ſynceram, & puram prauamque aliud ſentientium opinionem & fidem eſſe adulterinam. Chryſoſtomus ſerm. aduerſus hæreticos.

## XXIX. CHRYSELECTRVS.

*Pulchritudo.*

CHRYSELECTRVS ſimilis auro; ſed in colorem electri vergens, matutino tantùm aſpectu iucundus. Iſid. Orig. l. 16. c. 14.

AP. Pulchritudo breuiſſimo tempore delectans ſtatim defloreſcit.

*Anceps forma bonum mortalibus,*
*Exigui donum breue temporis,*
*Vt velox celeri pede laberis?*
*Non ſic prata nouo flore decentia*
*Æſtatis calidæ diſpoliat vapor,*
*Sæuit ſolſtitio cùm medius dies,*
*Et noctem breuibus præcipitat rotis:*

Lan-

Digitized by Google

*Langueſcunt folio vt lilia pallido,*
*Et grata capiti deficiunt roſæ:*
*Vt fulgor teneris qui radiat genis*
*Momento rapitur, nullaq; non dies*
*Formoſi ſpolium corporis abſtulit.*
*Res eſt forma fugax, quis ſapiens bono*
*Confidat fragili?*

---

## XXX. CHRYSOPRASIVS.

*Humilitas.*

*Iſid. l. 16. Orig. ca. 13.* CHRISOPRASIVS Æthiopicus eſt, quem lapidem lux celat, prodit obſcuritas.

APODOSIS.

Humiles in nocte clari ſunt apud Deum: in luce humanarum laudum plerumque virtutes ſplendorem amittunt. λάθε βιώσας.

*Boëtius Metr. 4. l. 2*

*Humilis domum memento*
*Certus figere ſaxo.*
*Quamuis tonet ruinis*
*Miſcens æquora ventus,*
*Tu conditus quieti*
*Felix robore valli,*
*Duces ſerenus æuum*
*Ridens ætheris iras.*

---

## XXXI. DAR.

*Libertas virtutis.*

*cap. 1. 6.* CELEBRATVR apud Hebræos דר lapis, cuius mentio eſt Eſtheris. Hunc Iudæi Doctores lapidem aſſerunt eſſe pretioſum, repertum in mari, qui productus in conuiuium lucet vt meridies. Et hoc nomine appellari nonnulli ex eis dicunt, quòd ex illo mercatoribus proueniat *Deror*, id eſt libertas. Reges enim eximij lapidis pulchritudine deliniti, non modò libertatem, ſed ampliſſimas quoque diuitias poſſeſſoribus largiebantur, vt eum ſibi compararent.

APO.

AP. Non Dar lapis, ſed ſapientia, & virtus, in verâm libertatem homines aſſerit.

ἐλεύθερος ἡ ἀρετή.

## XXXII. DIONYSIAS IN AQVA.

*Virtus in aduerſis*

DIONYSIAS lapis fuſcus eſt, rubentibus notis ſparſus. Idem ſi aquæ mixtus conteratur, vinum fragrat, & quod in illo odore mirificum eſt, ebrietati reſiſtit. *Solin. Polyhiſt. edit. Pict. p. 113.*

AP. Virtus inter aduerſa exerit vires ſuas: nam vt vulgato fertur prouerbio, παθήματα ſolent eſſe μαθήματα.

*Materiamq. tuis triſtem virtutibus imple,*
*Ardua per præceps gloria vadit iter.*
*Hectora quis noſſet ſi felix Troia fuiſſet?*
*Publica virtutis per mala facta via eſt.* *Ouid. Triſt. lib. 4. el. 3.*

## XXXIII. ELECTRVM.

*Eloquentia.*

ELECTRVM & Ligurius ſeu Lyncurius ex vrina Lyncis, folia trahunt & paleas. De electro magna inter veteres diſceptatio: hoc experientia docet, intra marinos ſcopulos generari in Eridani fluuij arenis inueniri dicit Pauſanias: ἐν τῷ Ἠριδανοῦ ταῖς ψάμμοις εὑρίσκεται, σπανίζεται τὰ μάλιστα. Inde Phaetontiadum fabula, iam irriſa. Aliud electrum, ἀναμεμιγμένος ἀργυρίῳ χρυσός, ἀλλότριον, vt habet Pauſanias ibidem, vel vt Suid. χρυσίον μεμιγμένον ὑέλῳ καὶ λιθίᾳ. *Iſid. li. 16. cap. 6.*

AP. Symbolum eſt diuinitatis, vel eloquentiæ, vel cuiuſque rei potentiſſimæ quæ homines trahat vt folia & paleas, quando cum folijs mortales comparantur ab Homero:

οἵη περ φύλλων γενεὴ τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.

## XXXIV. GAGATES IN AQVA.

*Aduerſa virtutem excitant.*

*Plin. l. 36. cap. 16.*

GAGATES accenditur aqua, oleo reſtinguitur. AP. In aduerſis vera virtus feruet, tepet in proſperis, & affuſo voluptatis oleo paulatim langueſcit, ac tandem obruitur. Σῶμα ἀργία τήκει, ψυχὴν δὲ ἀμελέτησις, ἀσκήσεως τὴν αὐτὴν ἀναφερούσης πρὸς τὸ θειότατον. Euſebius: *Ocium tabefacit corpus, animum verò incuria. At exercitatio continua eum ad Deo ſimillimam ſpeciem euehit.*

*Nam virtus futile nomen,*
*Ni decus adfuerit patiendo, vbi tempora lethi*
*Proxima ſunt, pulchramq; petat per vulnera laudem.*

*Silius Ital. lib. 9.*

## XXXV. GLOSSOPETRA.

*Eloquentia diuina.*

*Plin. l. 37. cap. 9.*

GLOSSOPETRA linguæ ſimilis humanæ in terra non naſcitur, ſed deficiente Luna, cœlo decidere creditur, & ventos ea comprimi narrant.

AP. Non eſt humani ingenij fœtus cœleſtis eloquentia, qualis Apoſtolorum, aut Prophetarum fuit Dei flammis accenſa. Hæc cœli germen eſt, hæc magnæ mentis ſoboles, quæ non aduerſus ventos, ſed ſpiritus nequitiæ bellum internecinum gerit; Dei verbi gladio totam illam dœmonum, vitiorumque cateruam exagitans, tranquillitatem verò probis, & gratiarum vberem copiam afferens. Talis fuit lingua Eliæ, de qua D. Chryſoſtomus de conſubſtantiali, Homil. 22. ὢ τοῦ ςόματος πηγὰς ὄμβρων ἔχοντος! ὢ γλῶσσαν νεφέλας ὑετῶν ἀφιείσης! φωνῆς μυρία ἀγαθὰ βρυούσης! *O ſanctum os, cui fontes imbrium inerant! ô linguam pluuios nimbos effundentem! ô vocem bonis innumeris ſcaturientem!* Nec mirum: ſanctus ſiquidem Epiphanius in vita Eliæ eundem flamma enutri-

tritum narrat? Parenti quippe ipſius Prophetæ, dum naſceretur, viſos homines niueæ veſtis candore illuſtres, qui matris vberibus ignem allinerent, & puſſioni flammam pro cibo miniſtrarent; quod fuit ignitæ illius eloquentiæ non obſcurum præſagium. Longè aliter quàm quod Ægyptij fabulatores de Homero tradunt, vt auctor eſt Euſtathius: eum Ægyptijs parentibus ortum cùm mel aliquando ex Ægyptiæ nutricis vberibus in os eius manaſſet, eâ nocte nouem diuerſas voces edidiſſe, hirundinis, pauonis, columbi, cornicis, Perdicis, porphyrionis, ſturni, luſciniæ, & merulæ.

*Elias flammâ enutritus.*

*Homerus melle alitur nouem voces auium edit.*

---

## XXXVI. GONIA PETRA AQVAM ET IGNEM FVNDENS.

*Spiritus ſanctus fons & ignis.*

IN Carthaginenſium ditione in monte Gonio iuxta fontem naſcitur petra magnitudine non exigua, quæ æſtate flammam igneam emittit; per hyemem verò ex eadem petra riuus aquæ ſolet defluere: neque hoc fit per exiguum tempus, ſed per vniuerſam æſtatem ſcatet ignis, per reliqua omnia anni tempora aquæ erumpunt.

*Ariſtot. de admir. cap. 109.*

APOD. Spiritus Sanctus fons viuus, ignis charitas appellatur. Ex eo enim modo faces charitatis ad inflammandos animos exiliunt, modò riui vberes conſolationum ad reſtinguenda humanarum miſeriarum incendia; vel ad eluendas peccatorum ſordes erumpunt.

*Cuius inexhauſto reuiuiſcit ſemper in anno.*
*Quicquid terra creat, gignit mare, parturit æther.*
*Qui freta diffundit, ſolidum dat corpus in aruis,*
*Saxa ciet iuſſu, metuit quem cautibus horrens*
*Caucaſus, auritoſ famuli cum fortia ſenſu*

*Ennodius Panegyr. in S. Epiphan.*

*Corda domat, qui cuncta vides, quem cuncta tremiſcunt,*
*Fons, via, flamma, lapis.*

## XXXVII. HEXECONTALITHOS.

*Pro cunctis ſufficit vnus.*

Pl. 117 edit. Pict. PRAECIPVAM obtinet admirationem lapis Hexecontalithos, de quo Solinus, *Tantùm lapide vno gloriantur Atlantes, Hexecontalithon vocant tam diuerſis notis ſparſum, vt ſexaginta gemmarum colores in paruo eius orbiculo deprehendantur.* Eadem fermè habet Iſidorus. Orig. l. 16. cap. 12.

APODOSIS.

Commodè poterit comparari cùm re, aut perſona, in quam ſparſa in alijs ornamenta vno veluti agmine confluunt, & præſtantiſſimam bonorum omnium temperiem efficiunt. Lemma ex Rutilio petetur.

*Natura hic poſuit quicquid vbique fuit.*

Quo in argumento præclari quoque sũt Claudiani verſus, Panegyrico primo de laudibus Stiliconis.

*Partitum ſingula quemq;*
*Nobilitant: hunc forma decens, hunc robur in armis,*
*Hunc rigor, hunc pietas, illum ſolertia iuris.*
*Hunc ſoboles caſtiq; thori ſparguntur in omnes,*
*In te miſta fluunt; & quæ diuiſa beatos*
*Efficiunt, collecta tenes.*

## XXXVIII. HYACINTHVS.

*Pietas.*

HYACINTHVS cœlum ſequitur, ſentit auras, ac cum cœlo facit mutationes, nec æqualiter ſemper rutilat, cum aut nubiloſus eſt aut ſerenus dies; ſculpturis reſiſtit, ſed tamen adamante ſcribitur, & notatur. Solinus c. 33

APO-

Ap. Animus pij viri cœli meliore ſpiritu afflatus ad Deum ſe totum componit, & fertur prout ſpiritus intus agit: ad eius radios ſe explicat, eo recedente mœſtitiam intimis præcordijs ſentit: nulla rerum humanarum litura deformari patitur: vni Deo, qui inſtar adamantis domat omnia, ſe pandit, eiuſque impreſſionem ſuſcipit.

*Eſt Deus in nobis agitante caleſcimus ipſo.*

---

## XXXIX. HYÆNIA.

*Prudentia in loquendo.*

Hyaenia ex oculis hyænæ, & ob id in vaſe inueniri dicuntur, & ſi credimus, linguæ hominis ſubditæ futura prædicere. *Plinius lib. 37. c. 9.*

APODOSIS.

Hac fabula ſignificatur ea, quæ ſemper adhibenda eſt in loquendo, prudentia, maximè vbi de rebus futuris, atque incertis agitur. Oculum oportet habere in lingua hoc eſt prudentiſſimam in omni ſermone conſiderationem: ὅπερ γὰρ ὀφθαλμὸς ἐν σώματι τοῦτο δὴ φρόνησις ἐν ψυχῇ. *Quod eſt oculus in corpore, hoc prudentia in mente.* *Oui. 2. Faſt*

*Sæpe illi dixerat Almo,*
*Nata tene linguam: nec tamen illa tenet.*

---

## XL. IASPIS.

*Nil ortum tale fatemur.*

Vincentius Beluacenſis in ſpeculo naturali refert Iaſpidem inueniri amœnæ pulchritudinis in qua ſpecies viri emineat, clypeum è collo ſuſpenſum geſtantis, & ſubiectum pedibus ſerpentem calcantis. Meminit quoque poſt Vincentium F. Rueius lib. 2. de gemmis, vbi alius quoque Iaſpidis mentionem facit, quam Galenus dicitur in digito geſtaſſe. Cernebatur in ea homo faſciculum herbæ col-

lo implicatum gerens, cuius virtus omnes morbos diſcernebat, ſanguinemque reſtringebat.

APODOSIS.

Num verò præclara Iaſpis Deipara quæ Chriſtum tulit, qui clypeo fidei, & verbi diuini gladio fortem illum armatum vicit, & antiquum ſerpentem in humanis cædibus exitiali rabie perbacchatum contriuit?

*Syneſ. in Hym.*

χθόνιον τὸν μεγάλων ὄφιν
πατρὸς ἤλασας ὀρχάτων.

---

## XLI. LEVCAS PETRA.

*Amoris remedium.*

LEVCAS petra amoris remedium afferre credebatur ijs qui illi inſiderent, Ptolemæus Hepheſtio. Conſentit cum hoc argumento Romana Antiquitas: fuit enim Romæ templum, vbi amor facem vndæ immergebat, & Lethæos latices propinare videbatur hoc emblemate, ἀντέρως.

*Ouid. l. Remed.*

*Eſt prope Collinam templum venerabile portam,*
*Impoſuit templo nomina celſus Eryx.*
*Eſt illic Lethæus amor qui pectora ſanat,*
*Inque ſuas gelidam lampadas addit aquam.*
*Illic & iuuenes votis obliuia poſcunt,*
*Et ſi qua eſt duro capta puella viro.*

APODOSIS.

Leucas, ſeu alba petra, Chriſtus eſt totus candore collucens, qui impuri amoris flammas & prauos animi motus ſuo cruore reſtinguit.

*Syneſ. Hymn. 6.*

Εὐρίπου προχοὰν ἱςὰς ἀλήτην,
Τερσαίνων ὀλοοῖς κλύδωνας,
*Euripi æſtum ſiſtens vagum,*
*Mulcens tetros fluctus hyles.*

XLII.

Digitized by Google

# XLII. LIPARIA.

*Luxuria.*

LIPARIA ſuffita omnes beſtias euocare dicitur. Iſid. Orig. lib. 16. c. 14.

APODOSIS.

Peſſimus luxuriæ odor voluptuarios homines illectat, & inſtar belluarum effuſos in omnium libidinum ſordes eiectat.

*Luxuries prædulce malum: quæ dedita ſemper*
*Corporis arbitrijs hebetat caligine ſenſus,* Claud. l. 2. de laud. Stilico
*Membraq; Circeis effeminat acrius herbis.*
*Blanda quidem vultu, ſed qua non tetrior vlla,*
*Interius fucata genas, & amicta doloſis*
*Illecebris, toruos auro circum linit hydros.*
*Illa voluptatum multos innexuit hamis.*

# XLIII. LYCHNIS.

*Sapientia.*

LYCHNIS ex genere ardentium lapillorum eſt appellata, â lucernarum flagrantia: gignitur in multis locis ſed apud Indos probatiſſima. Eſt huius duplex facies, vna quæ purpura radiat, altera quæ cocci rubore. A ſole excalefacta, aut digitorum attritu, paleas & chartarum fila ad ſe rapere dicitur. Sculpturis reſiſtit, ac ſi quando ſculpta fuerit, dum imprimit ſigna, quaſi quodam animali morſu partem ceræ retentat. (Iſid. Orig. l. 16. c. 13.)

AP. Clara eſt, & ardens ſapientia, & tum cœleſti purpura radians, tum cocci rubore accenſa, omnibus fortunæ telis reſiſtit, nuſquam ſe deformari patiens. Eadem ad ſe paleas, & folia, hoc eſt genus humanum, allicit; ſed non antequam magni illius Iuſtitiæ ſolis flammas conceperit: tunc enim.



Digitized by Google

*Prudens de S. Cypriano.* *Sedem animæ penetrat, mentem fouet & pererrat artus. Sic Deus interius sentitur, & induitur medullis:*

## XLIV. MAGNES ORIENTALIS.

*Concionator pius.*

IN Sardiniæ mediterraneis ad radices montium, qua parte vergunt ad Orientem, Magnes inuenitur ferrum trahens. qui verò inuenitur ea parte, quæ ad Occidentem, meridiem, aut Aquilonem ſpectat, non trahit. Leander.

### APODOSIS.

Ferreum populum trahunt ad amorem Dei concionatores, qui ſyncera mente Deum ſpectant: qui aliam in partem abripiunt, nec orientem illum Iuſtitiæ ſolem habent in pectore, multum aliquando ſudant, nihil verò proficiunt.

*Pittacus.* πρὸ πάντων σέβου τὸ θεῖον.

*Aurel. Prudens περὶ στεφάνων.*

*Spiritus ille Dei, qui fluxerat in Prophetas,*
*Fontibus eloquij te cœlitus, actus irrigabit.*
*Omne candidius linguæ genus ò nouum ſaporem,*
*Vt liquor ambroſius cor mitigat, imbuit palatum.*

---

## XLV. MAGNES AD ANNVLOS.

*Exempli vis.*

*D. Aug. de Ciu. Dei l. 21. cap. 4.* MAGNES lapis non ſolum ferreos annulos trahit, ſed (vnde longa plerumque concatenatio ferri) vim etiam annulis ipſis infundit, qua hoc efficere poſſunt.

### APODOSIS

Magiſtri pij & eloquentes vim ſuam deriuant in diſcipulos, vt ipſi viciſſim alios ad amorem virtutum rapiant, omneſque Chriſto concatenati feliciter adhæreſcant, D. Ambroſius: *Eſt inſitum bonis vt caſtum pudicus, prudentem ſapiens, miſericors liberalem, affectu pio diligat, & virtutes ſuas in alijs amet.* Recte

ctè etiam dicetur de Deo qui pios ad ſe quaſi amoris ſyderite tactos illicit ſibi omnes conglutinatos.

## XLVI. MYNDAN.

*Virginitas.*

LApis Myndan niueo candore circumfuſus, hanc vim habere dicitur, vt à ſe feras longe arceat, & ab earum morſibus ſecurum hominem præſtet. Leont. Byzant. Μισίδαν καλούμενος πάνυ λευκός, ὃν ἐὰν κατέχῃ τις, οὐδὲν ὑπὸ θηρίων ἀδικεῖται. Hoc ipſum virginitati tribuetur contra dœmones. In eodem genere ſymboli eſt fons Canathus de quo dixi ſuperius. Nam Iuno quotannis in Canatho fonte tota virginitatis gloria reuireſcit, vt Argiuorum ferunt fabulæ. *l. 3. Auuijs.* *Pauſan. in Cor. p. 80.*

### Apodosis.

Non ita eſt in mortalibus feminis, in quibus lapſa numquam redit virginitas: vnde πένταθλος ille Athanaſius eius laudes perſequens, ad ſeriam, & diligentem cuſtodiam tanti theſauri hortatur: ὦ παρθενία, στέφανος ἀμαράντινος! ὦ παρθενία, ναὸς θεοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος οἰκητήριον: ὦ παρθενία μαργαρίτα τίμιε, τοῖς πολλοῖς ἀφανὴς ὀλίγοις δὲ μόνοις εὑρισκομένη! ὦ ἐγκράτεια φίλη θεοῦ, καὶ παρὰ ἁγίοις ἐγκωμιαζομένη! ὦ ἐγκράτεια παρὰ πολλοῖς μισουμένη, τοῖς δὲ ἁγίοις σου γνωριζομένη! ὦ ἐγκράτεια θάνατον καὶ ᾅδην ἀποφεύγουσα, καὶ ὑπὸ ἀθανασίας κατεχομένη! ὦ ἐγκράτεια χαρὰ προφητῶν, καὶ ἀποστόλων καύχημα! ὦ ἐγκράτεια ἀγγέλων βίος καὶ ἁγίων ἀνθρώπων στέφανος! μακάριος ὁ κατέχων σε, μακάριος ὁ προσκαρτερῶν τῇ σου ὑπομονῇ, ὅτι πρὸς ὀλίγον κοπιάσας πολλὰ χαρήσεται ἐν σοί. Græca tam liquida ſunt vt interpretatione non egeant. *De Virg.*



Digitized by Google

## XLVII. ONYX FABII CVNCTATORIS.

*Imperatoris virtutes.*

IN lapillo Onyce argumentum multiplex artificioſè admodum ſculptum ſe vidiſſe refert Pierius, quo Fabij Cunctatoris virtutes ſignificarentur. Equino erat capite, humana facie in pectus barbata, gruinis pedibus, cauda pulli gallinacei. Literæ, Fab.

APODOSIS.

In eo numero adumbratæ ſunt boni Imperatoris virtutes. Nam principatum in bello ex equino capite, prudentiam ex humano pectore barbato ? prouidentiam & cunctationem, atque etiam ſpeculationem ex pedibus gruinis; victoriam ex pulli gallinacei cauda interpretamur.

## XLVIII. OPALVS.

*B. Mariæ Virginis.*

*Vid. Orig. l. 16. c. 12.*

OPALVS diſtinctus eſt diuerſarum gemmarum colore: eſt enim in eo carbunculi tenuior ignis, amethyſti fulgens purpura, ſmaragdi nitens viriditas, & cuncta pariter ſub quadam varietate lucentia.

APODOSIS.

In B. Maria Virgine omnium virtutum ſpecies admirabili fulgore collucent. Vt carbunculi ignis micat charitas, fulget vt amethyſtus temperantia, læto ſmaragdi virore ſpes radiat: omnia denique cœleſtium ornamenta in eam plena Dei manu congeſta gratiſſimam lucis temperiem impertiunt.

*Venant. Honorius Fortun. l. 1. de partu Virgin.*

*Pulchra ſuper gemmas, ſplendorem ſolis obumbrans,*
*Alba ſuper cœlos, & ſuper aſtra nitens.*
*Vellere candidior niueo, rutilantior auro,*
*Fulgidior radio, dulcior ore fauo.*

*Cara,*

*Cara, benigna, micans, pia, ſancta, verenda, venuſta,*
*Flos, decus, ara, nitor, palma, Corona, pudor.*

---

## XLIX. PANTARBA.

*Eloquentia.*

LAPIS Indicus admirabili fulgore collucens, & omnes lapides inſtar examinis apum ad ſe pertrahens. Philoſtr. Appollon. νύκτωρ μὲν γὰρ ἡμέραν ἀναφαίνει καθάπερ τὸ πῦρ, ἐστι γὰρ πυρσὴ καὶ ἀκτινώδης· εἰ δὲ μεθ' ἡμέραν ὁρῷτο, βάλλει τοὺς ὀφθαλμοὺς μαρμαρυγαῖς μυρίαις· τὸ δὲ ἐν αὐτῇ φῶς πνεῦμ' ἐστὶν ἀῤῥήτου ἰσχύος· πᾶν γὰρ τὸ ἐγγὺς εἰσποιεῖ αὐτῇ, τί λέγω τὸ ἐγγύς· ἔστι σοι λίθους ὁπόσας βούλει καταποντῶσαί ποι, ἢ τῶν ποταμῶν, ἢ τῆς θαλάττης, καὶ μηδὲ ἐγγὺς ἀλλήλων, ἀλλὰ σποράδας, καὶ ὡς ἔτυχεν, ἡ δὲ ἐς αὐτὰς καθιμηθεῖσα ξυλλέγεται πάσας, τῇ τοῦ πνεύματος διαδόσει, καὶ ὑποκείσονται αὐτῇ βοτρυδὸν οἱ λίθοι καθάπερ σμῆνος. *Noctu diem velut ignis oſtendit, quoniam igneus eſt, ac radioſus: ſin vero poſt diem aſpiciatur, innumeris coruſcationibus oculos ferit. Id autem quod in ipſo lumen fulget, ſpiritus eſt potentiæ admirabilis. Quicquid enim prope eſt ſibi conciliat: quid autem dico prope iacentes lapides ipſum congregare? cùm liceat petras quotcumque velis alicubi demergere, aut in mari, aut in fluuio, & illas non prope adinuicem, ſed ſparſim, vtcumque contigerit. Poſtmodum vero hic lapis ad eas demiſſus ſui ſpiritus distributione omnes colligit. Ita vt coaceruati lapides tanquam examen apum illi ſubiaceant.* Addit ſummam eius magnitudinem pollicis vnguem adæquare: gigni uero in concauis terræ, profunditate paſſuum quatuor. Tantum verò ipſi ſpiritus ineſſe, vt intumeſcat, & plerumque ſcindatur terra, vbi eiuſmodi lapis concipitur. Inquirere autem ipſum nemini licet, aufugit enim niſi ſumma cum ratione trahatur. *lib. 3. c. 14.*

AP. Eloquentiæ verus typus eſt Pantarba

qua-

Cic. 1. de Orat.

qua nihil ſpecie præſtabilus, nihil forma auguſtius, qui dicendo tenet hominum cœtus, mentes allicit, voluntates quocunque vult impellit. Aliarum quoque hic τεχνικῶν latiſſimus poteſt eſſe campus.

PAVSILYPOS, lapis in aranea apula.

## L. PHENGITES SEV DOMITIANI PORTICVS.

*Mundus ſpeculum beneficientiæ diuinæ*

Suet. in Domitiano. cap. 14.

DOMITIANVS tempore ſuſpecti periculi appropinquante ſollicitior in dies porticuum in quibus ſpatiari conſueuerat parietes Phengite lapide diſtinxit: è cuius ſplendore per imagines quicquid à tergo fieret, prouideret; quid ſi corda per Phengitem videre potuiſſet?

APODOSIS.

Totus ex Phengite mundus: in ipſo quocumque te vertas, Dei Opt. Max. benignitatem in tot & tam variis rebus creatis quaſi ſpeculis vides renidentem.

*Iouis omnia plena,*

lib. 36. c. 22.

Nota quoque ex Phengite lapide Seiæ Fortunæ ædem fuiſſe conflatam. *Nerone Principe in Cappadocia repertus eſt lapis duritia marmoris candidus atq; tranſlucens, etiam qua parte fuluæ inciderant venæ ex argumento Phengites appellatus. Hoc conſtruxerat ædem Fortunæ, quam Seiam appellant, à Seruio Rege ſacratam, aurea domo complexus.*

Seia Fortuna.

## LI. PYRITES EQVITVM VELLERIS AVREI

*Zelus Religionis.*

EQVITES velleris aurei à Philippo Bono inſtituti, & eius filio Carolo Audaci ornati, torquem geſtabant

ſtabant auream: huic intextum erat ferrum, quod è venis lapidis flammæ ſemina elicere, atque excutere videbatur. In ſumma parte pendebat vellus aureum. Paradinus ferro hoc lemma affigit. *Ante ferit quàm flamma micet.* Velleri autem: *Pretium non vile laboris.*

APODOSIS.

Significat egregios animos Deo incitante cœleſtes amoris flammas ad defenſionem religionis concipere; quibus cùm toti exardeſcant, præclara obeunt facinora, & ſibi ad vellus aureum, an potius ad beatam immortalitatem viam muniunt?

*Ardens euexit ad æthera virtus.*

---

## LII. SAPPHIRVS MOSIS VISIONE INCISA.

*Prælatorum Sapientia*

ADMIRATIONEM omnem ſuperat illa Sapphirus, in qua viſio Moyſes, & lex Decalogi naturaliter impreſſa fuiſſe dicitur. Cuius meminit S. Epiphanius Epiſcopus Cyp. τὴν τῷ Μωσεῖ ὀφθεῖσαν ὀπτασίαν ἐν τῷ ὄρει, καὶ δοθεῖσαν νομοθεσίαν ἐπὶ σαπφείρου πεφυκέναι. Simile eſt quod de Pyrrhi Achate commemoratum eſt à nobis ſuperius, grauium hiſtoricorũ literis celebratum. Verùm tanto præſtat Sapphirus Achati, quantum profanorum numinum ſimulachris diuinarum rerum effigies antecellunt. *lib. de 12. gemmis.*

AP. Hæc Sapphirus à ſummo ſacerdote geſtabatur in pectore. Quo certè ſymbolo deſignabat cor eorum qui præſunt Eccleſiæ, debere eſſe quaſi ſanctarum legum, diuinorumque myſteriorum perpetuum quoddam domicilium. Qui hanc rerum altiſſimarum ſcientiam præclaro concentu moribus accommodant. *Aur. Prud. in Cathem.*

*Templum conſtituunt perrenne Chriſto*
*In cordis medijs ſinu ac receſſu.*

LIII.

## LIII. SAPPHIRVS CARBVNCVLI PARENS.

### Θεωρία.

QVEMADMODVM Sapphiri viſceribus naſcitur lapis ſanè pretioſus, & ipſo qui genuit pretioſior, lucidus & ſplendens carbunculus: ita ex Virginum gemmâ Mariâ natus eſt ille lapis angularis exciſus de monte ſine manibus, matre nobilior, & matri totus nobilitatis auctor.

De Sapphiro Dioſcorides, l. 5. 114. Epiphanius in l. de 12. Gemmis.

### APODOSIS.

*O virgo inſignis, mater pia, nobile ſemen,*
*Quam Deus impleuit totius orbis ope.*
*Fructu ſancta pio renouaſti fœdera rerum,*
*Lucidiorq́; dies te generante nitet.*
*In te habitans mundi lumen ſtatione coruſca,*
*Floruit interius per tua membra Deus.*
*Nunc viuax fulgor penetrans & ad ima profundi,*
*Orbem alit, aſtra regit, Tartara luce replet.*

THRASYDVLVS, *Lapis in Myrmecoleone.*

## *LIV.* TVRCA.

### *Amicitia fidelis.*

GEORGIVS Agricola libro ſecundo de gemmis, lapilli meminit, quem vulgo Turcam vocant. Ait inſulano cuidam hanc gemmam fuiſſe, magni pretij, & eximiæ pulchritudinis Cumque is fati legibus conceſſiſſet, gemma quaſi domini morti illachrymaſſet, infuſcata nitoris gloria longè obſcurior apparere cœpit,

APO. Poterit eſſe fideliſſimi amoris ſymbolum in amico, qui demortui ſocij memoriam perpetuis lachry-

lacrymis & mœrore proſequatur. Lemma erit.

*Tecum perierunt gaudia noſtra.*

---

## LV. VERITAS SAPPHIRINA ÆGYPTIORVM.

### *Iudiciorum æquitas.*

IVDICES apud Ægyptios iidem fuere qui ſacerdotes: inter quos princeps erat Iuſtitiæ omnium natu maximus, idem iuſtiſſimus, & æquitatis tenaciſſimus putabatur, qui imaginem ex ſapphiro gemma confectam geſtabat, quæ vocabatur veritas, ἐκαλεῖτο τὸ ἄγαλμα ἀλήθεια. *Æl. varia hiſtor. l. 14 cap. 34.*

### APODOSIS.

Veritas non in Sapphiro, ſed in intimis viſceribus & medullis à iudicibus geſtanda eſt, ſine qua nulla iuſtitia, nulla virtus eſt. Socrates idem dicebat eſſe veritatem & virtutem. Plato non ipſum quidem ſummum bonum, ſed ei adhærere ſicut ſoli lucem: eſſe, inquit, ἀγαθοειδῆ non ipſum ἀγαθόν. de rep. 6. & οὐδὲν οἰκειότερον σοφίᾳ τῆς ἀληθείας εἶναι. *Nihil affinius, familiariuſque ſapientiæ quàm veritatem eſſe. veritas apud Themiſtium pingitur virgo facem, præferens in adamante conſides.*

---

## LVI. SARDONIX AD CERAM

### *Puritas.*

*Orig. l. 16. c. 8.*

SARDONIX conſtat tribus coloribus, ſubterius nigro, medio candido, ſuperius minio. Hæc ſola in ſignando nihil ceræ euellit. Iſid.

AP. Rari ſunt & illuſtres animi, qui cum adhæreſcant corpori, nihil tamen ex eo terrenæ contagionis capiunt, ſed purum ſeruant.

*Æthereum ſenſum, atq; aurai ſimplicis ignem.*

Itaque infra pedes res humanas habent puro virtutum candore collucentes: tum in apice miniati,

hoc

hoc eſt, primis futuræ gloriæ radijs iam afflati, igneæ charitatis rubore purpuraſcunt.

*Frigida curarum fomenta relinquere poſſes,*
Hor. ep. 3. lib. 1. *Quo te cæleſtis ſapientia duceret ires.*
*Hoc opus, hoc ſtudium.*

## LVII. SCYRVS.

*Concordia.*

Pl. l. 36. c. 17. SCYRVS lapis qui in inſula Scyro naſcitur, mirum id habet, vt integer enatet, comminutus mergatur.

APODOSIS.

Coniuncta ſtat & eminet ſocietas, quæ diſſipata mergitur. Nam

Iuuen. Sat. 2. verſ. 46. *Defendit numerus iunctæq; vmbone phalanges.*
*Commune periculum concordia propulſandum.*
Cornel. Tacit.

*Æterno complectitur omnia nexu.*
Luc. l. 4. *Tot rerum mixtiq; ſalus concordia mundi,*
*Et ſacer orbis amor.*

## LVIII. SELENITES.

*Regum exempla.*

Solinus. p. 109. Iſid. l. 16. c. 10. Pſellus de Selenite. Taurus in Ægypto cuius cauda cum Luna videtur. creſcere & minui.

SELENITES lapis continet in ſe Lunæ imaginem, quam iuxta curſum aſtri ipſius perhibent in dies ſingulos minui atque augeri. Solin. Meminit quoque Pſellus de lapidibus, his verbis: Σεληνίτης, καλεῖται δὲ οὕτος ὅτι ὀφθαλμὸν οἷόν τινα σεσωζόμενον τοῦτον καὶ συμμειούμενον ταῖς τῆς σελήνης αὐξήσεσι καὶ συμμειώσεσι δείκνυται. & Anonymus quiſpiam Græcus ait eſſe in Ægypto, ἱερὸν ζῶον ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ταῦρον ἀνακείμενον τῇ θεῷ, οὗ σοβὴ συνηύξανεν αὐτῇ, καὶ συνμειοῦτο. Simile affertur de puteo ad Nylum qui creſcit & decreſcit ad amnis rationem.

AP. Vt ſuperiores virtutes influunt, ita ſe habent

bene inferiora. Quales ſunt principes, tales eſſe ſolent populares.

*In commune iubes ſi quid cenſeſq; tenendum,*
*Primus iuſſa ſubi. Tunc obſeruantior æqui*
*Fit populus, nec ferre vetat, cum viderit ipſum*
*Authorem parere ſibi. Componitur orbis*
*Regis ad exemplum: nec ſic inflectere ſenſus*
*Humanos edicta valent, quàm vita regentis.*

*Claud. ad Honorium.*

---

## LIX. SYNODITES.

*Tantus amor cœli.*

Lapis Synodites puſillus Solem habet impreſſum, & Lunam ad Solis varios aſpectus creſcentem & decreſcentem.

*Damaſcius in vita Iſidori.*

Nonnus Panopolitanus eius lapidis diſertè meminit, aitque hæc incrementa, & damna ſecundum varias Lunæ facies contingere. Sic autem illic:

*in Dionyſiacis.*

Τῆ δὲ σελήνης
Εἶχε λίθον πάλλευκον, ὃς ἐυκεράοιο θεαίνης
Λειπομένης μινύθει, καὶ ἀέξεται, ὁππότε μήνη
Αρτιφανὴς σέλας ὑγρὸν ἀποςίλβουσα κεραίης
Ηελίου γενετῆρος ἀμέλγεται αὐτόγονον πῦρ.

*illa lunæ*
*Candidum habebat lapillum, qui cornigera Dea*
*Deficiente minuitur, & augetur, quando luna*
*Noua humidum iubar emittens cornu,*
*Solis patris ſugit primigenium ignem.*

### Apodosis.

Symbolum eſſe poteſt hic lapillus animæ Deo penitus adhæreſcentis, de qua dici illud poteſt.

*Tantum ſpectabat euntis*
*Ora Dei, vultuſq; ſuos flectebat ad illum.*

## LX. SMARAGDVS.

*Typus virginitatis.*

SMARAGDVM Virginitatis ſymbolum eſſe alibi oſtendimus: qui adeo impatiens Venereæ conſuetudinis eſſe perhibetur, vt inſignis Samaragdus Reginæ Hungariæ, cum ipſa marito conſueſceret, memoretur in tres particulas conſciſſus atque confractus.

*Alb. Mag. & Rueius l. 2. de Gem.*

De hoc lapide Theophraſtus ait: ἐϛι δὲ σπανία καὶ τὸ μέγεθος οὐ μεγάλη: Addit, niſi credamus Ægypti Regum annalibus, quibus traditum eſt Regi illorum à Rege Babylonio miſſum Smaragdum muneri quatuor cubitorum longitudine, & trium latitudine: Item in Iouis obeliſco fuiſſe poſitos quatuor Smaragdos quadraginta cubitorum longitudine; latitudine verò partim trium, partim duorum.

*Theop. de lapidibus.*

## LXI. BACTRIANORVM SMARAGDI.

*Diuitiæ dona ſunt Dei.*

BACTRIANI Eteſijs flantibus colligunt Smaragdos ex commiſſuris ſaxorum: συλλέγουσι δὲ αὐτοὺς ὑπὸ τοὺς ἐτησίας· τότε γὰρ ἐμφανεῖς γίνονται κινουμένης τῆς ἄμμου διὰ τὸ μέγεθος τῶν πνευμάτων.

*Plin. l. 37. c. 5. & Theop. de lapidibus*

AP. Aſpirante Dei fauore, qui per Eteſias ſignificatur, omnis non modò terrena, ſed & cœleſtis in nos influit opulentia, atque ex ipſis rerum *aſperitatibus* ſumma gloriæ ſuauitas decerpitur.

*O faciles dare ſumma Deos?*

*Lucan. l. 1.*

Et Claudius Marius Victor,

*in præfatione ad Deũ.*

*Omnia poſſe tuum. Nec in hoc tua gloria tantùm eſt,*
*Quod præſtanda facis bonus auctor, ſed quod & ipſum*
*Vt poſſis præſtare facis, cauſaſq; ſecundas*
*Inuoluis primis: quod qui tua munera ſentit,*
*Munus & ipſe tuum eſt.*

## LXII. TRIOPHTHALMOS.

*Trinitas.*

TRIOPHTHALMOS Cum onyce naſcitur tres hominis ſimul oculos exprimens.

AP. Triophthalmos tres oculos habens commixtos, & vna luce fulgentes, ſymbolum Trinitatis eſt, quæ à D. Gregorio Nazianzeno appellatur φῶς ἓν τριλαμπὲς, *lumen vnum triplici face* (quaſi oculo) *collucens. Quomodo ſi cereus illuminetur ex alio, vnus ex vtroq; ignis coruſcat, duo licet cerei ſint: iſta tamen flamma eſt in ſecundo, quæ refulget in primo: Ita Dominus noſter Ieſus Chriſtus, in quantum poſſunt magnis parua conferri, cum patre alius eſt in perſona, ſed non alius in ſubſtantia vel natura.* *Plin. lib. 37 cap. 11. in odis.* *Euſeb.*

Nicolaus Cuſſanus Cardinalis in ſummis montibus ſtagnum vidit, in cuius medio ſcaturigo aquæ limpidiſſimæ appareret è fonte imo qui oculis non pateret, ſed ſolo intellectu comprehenderetur: nec dubitauit hoc ipſo ſymbolo ad ſacroſanctæ Triadis veritatem demonſtrandam vti: Stagnum (inquit) à ſcaturigine, ſcaturigo à fonte differt: tria ſunt & vnũ ſunt: aqua nec influit aliunde nec effluit: eius tamen humorẽ vicina omnia prata vegetantur *Hæc ille.* *Emiſſenus hom 4. de ſym. & Caſar. Arelat. homil. 4. de Paſch.*

Ad idem argumentum refert tres ſoles, quos Iulius Obſequens, & poſt eum Suares de Myſterijs in Hiſpania viſos fuiſſe, & repente in vnum coaluiſſe memorat. *lib. 2. Cribrat. Alcorani.*

## LXIII. VITRVM AB HYDRARGYRO INTACTVM.

Virgo à peccati noxa immunis.

*Ex Iſidor. lib. 16. cap. 18.*

HYDRARGYROS ſiue argentum viuum, vaſa aurea, argentea, ærea, ferrea, lapidea, & cæte-

ras naturas perforat, vitrum minimè lædit: quod ego memini me breui poëmatio proſequutum.

*Conſpicuos inter naturæ ſplendet honores*
*Fuſilis argenti ſpecies, cui plurimus Hermes.*
*Incubat, & pleno liquidum ſe numine fundit.*
*Nempe Deus geſtit viuis animare metallum*
*Flatibus, & tenues argento claudere vitas.*
*Ignea vis infuſa micat, leniq; fluentem*
*Materiam tractu penetrat; non inditus humor*
*Terreniue hebetant ortus, miniatáq; maſſa.*
*Quod ſi conſtrictum vinclis, & carcere cæco*
*Impedias, furit vſq; tamen, lucíſq; cupido*
*Indignata premi vacuas ſe librat in auras,*
*Mulciberi cum vis infeſtu admota laceſſit,*
*Et tumidam irritat cæcis feruoribus iram.*
*Siue auri retinere paras, ſiue aggere ferri,*
*Siue etiam affini vinctum ſociare metallo,*
*Emicat, obſtantemq́ue ingrato pondere molem*
*Rumpit ouans, magnoq; potens domat omnia niſu.*
*Aſt vbi viuaces motus conſtringere vitro*
*Fert animus, ſentit quaſſas hoc obice vires.*
*Corpora fruſtrato pertentat vitrea morſu.*
*Ceu quando alliſi ponunt ad littora fluctus,*
*Aut vis indocilis Boreæ, cum flamine rauco*
*Proludit; tentatq; viam, ſi fortè ſeuero*
*Æolus hunc adamante ligat, cadit improbus auræ*
*Impetus, & fractam recoquit ſub pectore bilem.*
*Unde ſubeſt tenui tam magna potentia vitro?*
*Quis Deus incluſas tam miti corpore vires*
*Armat in audaces occulti ſyderis iras?*
*Nulla ſubit, quanquam fragilis, contagia forma,*
*Stigmatis impatiens, & amico lumine fulget.*

ALLVSIO.

*Eſt vitrum virgo, labes hydragires aui.*

LXIV.

## LXIV. VNIO EX AQVA ET FVLGVRE.

### Ex Gregorio Thaumaturgo.

*Incarnatio.*

VNIONES in conchis fieri tradunt ex rore, & fulgure: Ros enim, allambentis fulguris vi non modo concreſcit in vnionem, ſed & ipſe vnio celerius Ioue tonante paritur: ὅταν ταῖς κόγχαις ἀνεωγμέναις ἐπιλάμπωσιν αἱ ἀστραπαί. Plinius tamen ait, ſi fulguret, comprimi conchas. Apponam Plinij locum, qui diſertè hæc tractat. *Has* (inquit, de conchis) *vbi genitalis anni ſtimulauerit hora, pandentes ſeſe quadam oſcitatione, impleri roſcido conceptu tradunt, grauidaſque poſtea eniti, partumque concharum eſſe margaritas, pro qualitate roris accepti.* At Solinus Polyhiſtor: *Conchæ ſunt in quibus hoc genus lapidum requiritur, quæ certo anni tempore luxuriante conceptu, ſitiunt rorem, veluti maritum cuius deſiderio hiant: Et cùm lunares maximè linquuntur aſpergines, oſcitatione hauriunt humorem concupitum. Sic concipiunt, grauidæque ſiunt, & de ſaginæ qualitate reddunt habitus vnionum.* *Ælianus li. 14 c. 3.* *lib. 9. c. 35.*

### APODOSIS

D. Gregorius Thaumatur. de incarnatione explicat, & fulgur, virtutem Spiritus Sancti accipit; rorem, puriſſimum ſanguinem Deiparæ Virginis; vnionem, corpus Chriſti.

*vterumq; puellæ*
*Sidereum mox implet onus, rerumq; Creator*
*Naſcendi ſub lege ſuit. Stupet innuba tenſos*
*Virgo ſinus, gaudetq; ſuum paritura parentem.* *Sedul. l. 2.*



Digitized by Google

## LXV. ANNVLVS HELENÆ, SEV ASTERITES.

*Terrena cum diuinis copulata.*

ASTERITE lapide, cuius ea vis eſt, vt Soli obiectus accendatur, Helena ſuas obſignabat literas, impreſſa in eodem piſcis Panis figura. Ptolomæus Hepheſtione, cuius hæc ſunt verba: Πᾶνα ἰχθῦν εἶναι θαλάσσιον κητώδη, ὅμοιον τῷ πανὶ κατ' τὴν ὄψιν· ἐν τούτῳ λίθον εὑρίσκεσθαι τὸν ἀστερίτην, ὃν εἰς ἥλιον τεθέντα εἶχεν. Ἑλένη γλυφὴν ἔχοντα αὐτὴν τὸν ἰχθῦν τὸν Πᾶνα, καὶ ταύτῃ ἐπεχρῆτο τῇ σφραγῖδι.

APODOSIS.

Poterit in eos torqueri, qui cœlum miſcent terræ, & profana diuinis: in eodem enim annulo, cœleſti lapidi iuncta erat figura Panis. nam & hic Piſcis Pani ſimilis eſt, à quo nomen accepit: eſt autem Pan impurus & ſalax Deus.

Quid facit ſtella cum terris, lux cum tenebris, puritas cum impudicitia?

*Non bene conueniunt, nec in vna ſede morantur.*

Li. 2. rerum Phryg. Lapis porrò aſterites is eſt, opinor, cuius meminit Hermeſianax Cyprius: λίθος καλούμενος ἀστὴρ, νυκτὸς βαθείας πυρὸς δίκην λάμπων.

## LXVI. ANNVLI IARCHÆ.

*Virtutum præſidia.*

ANNVLOS ſeptem Iarcha dedit Appollonio, ſtellarum ſeptem nominibus inſignitos. Phil. græce dixit, τῶν ἑπτὰ ἐπωνύμοις ἀστέρων, οὓς φορεῖν τὸν Ἀπολλώνιον μὲν ἕνα πρὸς τὰ ὀνόματα τῶν ἡμερῶν. Hos Apollonius ſingulos, diebus ſingulis geſtabat. Credibile eſt fuiſſe annulos magicos, quos δακτυλίοις γεγονημένοις appellat Clemens Alexandr. quales Exceceſto Phocenſium tyranno fuiſſe narrat, ex quibus inter ſe colliſis, ſonumque excitantibus rerum gerendarum

Strom. l. 1. Exceceſti annuli.

op-

portunitates Rex intelligebat: Malè tamen perijt malus cum ſuis annulis. Ariſtophanis Scoliaſtes φισικοῖς δακτύλοις nominat mitiori vocabulo, & eorum artificium aſcribit Eudemo Philoſopho: φιλόσοφος δ᾽ ἦν οὗτος ὁ Εὔδημος φισικοῖς δακτυλίοις ποιῶν πρὸς δαίμονας, καὶ ὄφεις, καὶ τὰ τοιαῦτα. *Philoſophus is erat Eudemus, Phyſicos annulos faciens aduerſus Dæmones, ſerpentes, & cætera id genus.*

Ap. Septem annuli Iarchæ planetarum nominibus, & titulis inſignes, totidem ſunt ornamenta virtutum, quarum ſplendor eſt maximus, & in regum vita conſpicuus; Nobilitas, Pulchritudo, Religio, Prudentia, Fortitudo, Iuſtitia, Eloquentia. Nobilitatis hyeroglyphicum eſt luna, quando & in calceis patriciorum poſita, generis illuſtris fidem fecit, Pulchritudini reſpondet Venus regina gratiarum. Sol Dei typus, pietatis, & religionis erit ſymbolum. Saturnus, qui ab Orpheo ποικιλόβουλος nominatur, rectè cum prudentia congruit: Mars, fortitudinem ſuapte natura deſignat. Iupiter quem Callimachus hymno εἰς Δία, δικασπόλον οὐρανίδῃσιν vocat, *Iudicem cœleſtium*, iuſtitiæ virtutum reginæ erit iudicium. Hermes eloquentiæ præſes, ipſam nobis eloquentiam ſignificabit. Hanc ornamentorum coronam, ſeptem veluti gemmis collucentem qui fuerit ſortitus, magna contra vim omnem aduerſam præſidia habiturus eſt.

## LXVII. ANNVLVS SALOMONIS.

*Sapientiæ typus.*

CIRCVMFERTVR fabuloſa narratio ex Arabico codice de annulo Salomonis, quæ mihi ſemper viſa eſt ab hiſtoriæ fide aliena. Aiunt quippe Salomonem Regem annulum fatalem habuiſſe, cui vis illa mirabilis ſapientiæ tenebatur implicata. Quamobrem



Digitized by Google

orbem cùm ad Iordanis ripas lauandi cauſa veniſſet, Mulierum quæ Regi ſanam mentem inuidebant blanditijs ineſcatus, annulum depoſuit; quem cùm Sirenes illæ in profluentem abieciſſent; repente totum illud ſapientiæ flumen exaruit, & tardo hebetique putabatur ingenio, qui antea omnium hominum ferebatur ſapientiſſimus. Verum cùm in exenterati piſcis viſceribus repertus annulus denuo Salomoni redditus eſſet, omnis in eo ſapientiæ vigor viſus eſt repubeſcere. Meminit huius narration. Pineda.

*3. de rebus Salomonis.*

### APODOSIS.

Fabula rectè oſtendit mentis, conſilij & ſapientiæ conciliatriculas eſſe prædatrices impudicas fœminas, ſapientibus remis veliſque fugiendas,

*Martial. l. 3*

*Sirenas hilarem nauigantium pœnam,*
*Blandaſq; mortes gaudiumq; crudele.*

---

## LXVIII. HOROLOGIVM CAROLI QVINTI IN ANNVLO.

*Audacis tanta eſt induſtria dextræ.*

HOROLOGIORVM miracula, in quibus nobiliſſimorum artificum triumphat induſtria, nemo neſcit, ſed illud omnem admirationem ſuperat, quod peritiſſimus artifex in Caroli V. annulo Horologium cum tot libramentis currentibus, & recurrentibus rotulis incluſit. Quid maius quàm *cœli illius* vertentis effigiem, & tantam, tam variam ſubtiliſſimarum partium compagem in gemmam includere?

AP. Sapiens momenta temporum & rerum habet in manu.

*Felix cui cœlum, terraq; patebant*
*In digitis.*

# LXIX SICLI SANCTVARII.

*Sacerdotum & religioſorum exempla.*

SICLI legitimi iubentur in ſacris capi ad menſuram Sanctuarii, quia menſuræ & pondera, quæ eſſent regulæ cæterarum adſeruabantur in Sanctuario, vt ſi quid hominum profanorum vſus conſuetudoq; deprauaſſet, ad typum illum reformaretur. *Accipies* Leuit. 5. *5. ſiclos per ſingula capita, ad menſuram Sanctuarij.*

APODOSIS.

Similes omnino ſunt Sicli Sanctuarij ſacerdotes & religioſi, qui in ipſo quaſi Eccleſiæ Sanctuario conſtituti, eam debent præferre in moribus integritatem quæ omnibus exemplo eſſe poſſit, vt eorum vita, cæterorum ſit, *perpetua quædam cenſura & diſciplina:* quod aſſequentur, *ſi loquantur vt oracula, viuant vt numina.*

# PARABOLARVM HISTORICARVM

## LIBER DVODECIMVS.

## TECHNICVS SIVE DE *manufactis.*

### I. ACADEMIA PROMETHEI.

*Collegium Nobile.*

*Pauſan. in Attic. memin. Oppi. l. 2. de venat. verſ. 30. Herod. in Vran. Schol. Ariſtoph. & Lucretius.*

IN Academia Promethei Muſarum, & Mercurij, item Herculis & Mineruæ monumentis inſigni, ara extructa cernitur, ex qua homines in vrbem accenſas lampades præferentes decurrunt. In eo autem certamen eſt, vt in curſu accenſæ conſeruentur, cuius enim fax extincta fuerit, is victoria ſucceſſori cedit: eademque ratione ille tertio: quod ſi nulli ardentem perferre licitum fuerit, palma in medio relinquitur.

*Orat. 6. de vita contemplatiua.*

AP. Ex optimis Gymnaſijs tanquam ex ipſo Muſarum, Mercurij & Herculis Μουσαγέτου ſacrario lux ſapientiæ petitur, cuius ductu ſi quis vitæ curſum inſtituat, ne ſibi ad palmas, & magnarum rerum decora compendiariam ſternit viam: At qui ſemel acceptam lucem ſua nequitia patitur extabeſcere, ignominiæ & calamitatis futurum eſt mancipium. Felix igitur quem hæc ſapientiæ lampas regit, quem vt ait Maximus Tyrius, ὑπεδέξατο ἡ Ἀκαδημία καὶ βαθεῖα χελῆ, καὶ λόγοι καλοὶ, καὶ θεωρία ἄπαυστος.

II. AM-

## II. AMPHOTIDES XENOCRATIS.
## ΑΜΦΩΤΙΔΕΣ ΞΕΝΟΚΡΑΤΟΥΣ.

*Aurium ſenſus regendus doctrina.*

XENOCRATES Amphoditas ſiue aurium munimenta pueris potius, quam Athletis applicanda dicebat: quod hi verberibus, illi verbis, quorum aliquando periculum maximum eſt, pateant.

APODOSIS.

Amphotides munimen ſanctæ doctrinæ aduerſus lenocinia verborum. Senec. ad Lucil. epiſt. 31. *Ad ſummum ſapiens eris ſi clauſeris aures, quibus ceram parum eſt obdere, firmiori ſpiſſamento opus eſt, quàm vſum in ſocijs Vlyſſem ferunt.* Athenienſibus oraculum de optimo Reip. ſtatu conſulentibus reſponſum eſt, fore beatam vrbem ſi puerorum auribus quod optimum eſſet, & pretioſiſſimum appenderent. Hoc de ſalubri doctrina intelligebatur: Illi de gemmis & monilibus acceperunt, vnde lata erroris anſa. *Dixi alibi fuſius ex Dione Pruſæo.* *Plutarch. de Audit. Oraculum de inauribus.*

## III. AMPHIARAI TELVM.

Ἐκ πόνου κλέος

AMPHIARAI telum ab aquila ſublime raptum, & in terram iterum delapſum, ceſſit in laurum. Plutarch in parall. τῇ ἅμα πολυνείκῃ ἐναγχουμένων λοχαγῶν, ἀετὸς καταπτὰς τὸ ἀμφιαράου ἐβάστασε δόρυ εἰς ὕψος, καὶ εἴασε· τὸ δὲ παγὲν ἐν γῇ, δάφνη ἐγένετο.

AP. Labor nobis inſtar teli eſt, gloriæ autem vel vt lauro veſtitur à Deo.

Εὔκλειαν ἔλαβον οὐ ἄνευ πολλῶν πόνων.
Φιλεῖ δὲ τῷ κάμνοντι συσπεύδειν Θεός.
*Gloriam aſſequutus ſum non ſine multis laboribus.*
*Solet laborantem Deus pariter adiuuare.*

*Euripid. in Andromed. & Æſchylus apud Stob. Serm. 29.*

IV.

## IV. ARA PVRA

*Sanctitas*

VNAM duntaxat in Delo aram fuiſſe puram memorant, nullius animalis cæde inquinatam, nulla cruoris ſtilla aſperſam, ad quam ſolam in orbe terrarum Pythagoras ſolebat accedere. Clemens Alexandrin. Ἀλλὰ τὸν μὲν ἀρχαιότατον βωμὸν ἐν Δήλῳ ἁγνὸν εἶναι τεθρυλλήκασι, πρὸς ὃν δὴ μόνον καὶ Πυθαγόραν προσελθεῖν φᾶσι φόνῳ καὶ θανάτῳ μὴ μιανθέντα. Ibi enim tantum afferebantur ſuffimenta.

*Strom. li. 7. pag. 515.*

Interpretatur idem Clemens Alexandr. & ſanctam animam eſſe dicit ac orationis Thymiama: τὴν δικαίαν ψυχὴν, καὶ τὸ ἀπ' αὐτῆς Θυμίαμα. Talis fuit anima B. Virginis *à ſanguinibus*, hoc eſt peccatis intacta.

## V. ARÆ CISSIORVM.

*Honor viuorum, vel Solem Orientem adorare.*

*Philoſt. in Apollonio.*

CISSII Xerxi aram vnam, duas Dario, multas Dariæo qui tum florebat, extruxerunt.

APO. Homines parcius colunt eos à quibus nihil commodi ſperant, & Solem quod aiunt Orientem omnes adorant: οὐκ ἀείδω τὰ παλαιὰ, καινὰ γὰρ ἅμα κρείσσω, νέος ὁ Ζεὺς βασιλεύει. *Non cano vetera, noua ſi quæ ſunt eadem quoq; meliora, nunc iuuenis Iuppiter dominatur.* (inquit ille.) Quo in argumento memorabile eſt quoque exemplum Attici, qui Herodis opulentiſſimi Sophiſtæ Pater fuit. Is enim cum Scopelianum tum in Rhetorum ludo regnantem audiuiſſet, hunc vnum eximè veneratus, veteres ita contempſit, vt eorum Hermas, hoc eſt ſtatuas quas in ſuarum ædium porticibus antea coluerat, lapidibus peti iuberet. Author eſt Philoſtratus in Scopeliano. Pindarus Olymp. od. 9. acutè dixit in hanc ſententiam.

Αἴνει δὲ παλαιὸν
Μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων.

VI. AR-

## VI. ARBOR XERXIS AVREA.

*Diuitiæ infrugiferæ.*

AVREA fuit Regis Perſarum ſella, χρυσοῦς δίφρος, vt habet Tzetzes, & aureus lectus, in quo dormiebat: Ioſephus, ἐπὶ χρυσῶς κλίνης καθεύδουσι. ad hæc effuſa platanus aurea, ſmaragdinis racemis diſtincta, imminebat capiti, cuius meminit Athenæus lib. 7. & Ariſtides apud Phot. imago quædam huius rei in Conopæo Holophernis, de quo ſacræ literæ, Videns autem Iudith Holophernem ſedentem in Conopæo, quod erat ex purpura, ex auro, ex lapidibus pretioſis intextum adorauit eum, ex eo vſus οὐρανίσκος (quem nos velum & apicem appellamus) ad noſtros reges manauit, fuit omnino non modo Perſis, ſed & alijs regibus familiare, vt rarò in conſpectum prodirent, & ſi quando darent ſe in publicum: id quam magnificentiſſimè facerent, Cypriorum reges, quod teſtatur Athenæus, Thronum habuere ſpectabilem, quem columbæ quatuor ſuauiſſimis vnguentis delibutæ circumuolitantes, ventulum faciebant.

*Iliad. 4. chil. 32. Antiquitatum Iudaicarũ lib. 11. P. 16.*

APODOSIS.

Quid capit Xerxes ex vite aurea? vmbram, & eam tenuem, homines ſimiliter, dum in vmbra diuitiarum quieſcunt, ex his nihil præter vmbram, hoc eſt exilis voluptatis ſimulachrum, ſi modò voluptas eſt, capiunt.

*Stant ſola nominis vmbra.*

Ex quo vaniſſima res eſt, iſtis rebus neglecto ſummo bono pertinacius incumbere.

*Quid dignum ſtolidis mentibus imprecor?*
*Opes, honores ambiant.*
*Et cum falſa graui mole parauerint,*
*Tum vera cognoſcent bona.*

*Boet. Metro. 9. l. 3.*

VII. AR.

## VII. ARCA TYPHONIS.

*Dona inſidiæ.*

TYPHON perniciem Oſiridis fratris machinatus. Arcam elegantem fabricauit, quam inter pocula ei propóſuit minimis, qui eandem corpore impleret ſuo. Oſiris nihil mali ſuſpicatus arcam accipit, & ſubit, quam deinde plumbo infuſo, agglutinatam Oſiride infuſó proiſci iuſſit in Nilum.

*Plutarch. in Oſiride.*

APODOSIS.

Rectè παροιμιακῷ charactere dicetur in fallacia munera; à quibus ipſi qui capiunt, capiuntur: nec tam dona ſunt, quam hami futilis cuiuſdam prædæ, ſpecie obducti quibus homines velut piſces illigantur.

*Mart. Epigr. l. 4. 45.*

*Munera quod ſenibus, viduiſq́; ingentia mittis,*
*Vis te munificum Gargiliane vocem?*
*Sordidius nihil eſt, nihil eſt te ſpurcius vno,*
*Qui potes inſidias dona vocare tuas.*
*Sic auidis fallax indulget piſcibus hamus;*
*Callida ſic ſtultas decipit eſca feras.*

## VIII. ARCHYTÆ COLVMBA.

*Conatus irriti.*

ARCHYTAS faber ſimulachrum columbæ fecit ex ligno, libramentis ita ſuſpenſum, & aura ſpiritus incluſa atque occulta concitum, vt ipſum euolaret.

*Gell. lib. 16 cap. 12.*

AP. Archytæ columbæ ſimiles ſunt, qui non Spiritu Sancto afflati, ſed vaniſſimæ gloriolæ & fauoris humani aura impulſi, alta quædam & eximia aggredi videntur. Verum vt hic motus debilis eſt, ſtatim deficiente vento franguntur, pereunt, extabeſcunt, & vt Archytæ columba ad tecta alliſi diſſoluuntur. Quamobrem rectè monet Arianus Epicteti eos qui nondum veræ Philoſophiæ fundamenta iecere, per

ſoli-

ſolidum, vt in hominum congreſſu, atque conſuetudine ſint prudentes, eos enim duntaxat cereas habere de rebus opiniones quæ primo ſolis ictæ radio repente liqueſcunt: πανταχοῦ γὰρ ἰσχυρὸν τὸ δόγμα, ἀνίκητον τὸ δόγμα. Μέχρις ἂν οὖν παγῶσιν ἐν ὑμῖν αἱ κομψαὶ ὑπολήψεις, καὶ δύναμίν τινα περιποιήσωνται πρὸς ἀσφάλειαν, συμβουλεύω ὑμῖν εὐλαβῶς τοῖς ἰδιώταις συγκαταβαίνειν. εἰ δὲ μή, καθ' ἡμέραν ὡς κηρὸς ἐν ἡλίῳ διατακήσεται ὑμῶν εἴ τινα ἐν τῇ σχολῇ ἐγγράφετε. At ſine perſeuerantia nulla virtus, nulla victoria: nec male Æoles Καμμονίην victoriam à perſeuerando nominarunt. Ανδριὰς μὲν ἐπὶ βάσεως, σπουδαῖος δὲ ἀνὴρ ἐπὶ ἀρετῆς. καλῆς προαιρέσεως ἑστὼς, ἀμετακίνητος ὀφείλει εἶναι. *Stobæus λογ. α. περὶ*

---

## IX. ASBESTOS LVCERNA.

*Fortitudo inconcuſſa.*

TÆGEAE in Arcadia templum Veneris, atq; in eo lampas ſub dio, quæ quod mirum eſt, patenti aëri ſemper expoſita, nullis ventorum flatibus, aut pluuijs extingui potuit, ſed iugem flammam aluit, vnde Lychnus Asbeſtus, ſeu lucerna inextinguibilis eſt appellata. *Authores, Athenæus lib. 16. Deipnoſ. Strabo. lib. 9. D. Auguſt. de Ciuitate Dei lib. 21. c. 6. Iſid. lib. 16. c. 15.*

*Facundo ſtat ſacra Deo Tegatica tellus,*
*Quæ prima vidit naſcentia cornua Lunæ.*
*Hic domus Vraniæ Veneris, cui tecta voluptas*
*Fertur Acidalijs vnxiſſe madentia ſuccis:*
*Hanc decor, & florens Hebe, multuſq; Cupido*
*Peruolat, & faciles ſpirat clementior auras.*
*Dum roſeo temone vehit per ſydera matrem.*
*Et liquido ſudant vndantes nectare Cycni.*
*Pro foribus Diuæ, vacuoq; ſub aere pendet*
*Lychnus ſyVerea retinens commercia lucis;*
*Quo ſacer aſſiduo lucet Vulcanus, & ingens*
*Euomit æterna vigiles in lampade flammas.*
*Quas nulla Æolijs tempeſtas obruit alis.*
*Non ſi prorumpant effracto carcere venti,*

Et de-

*Et diras acuant longis ſtridoribus iras*
*Non ſi triſtis hiems fœdis glomerata pruinis*
*Incubet, & pluuio madefaciet ſydere mundum.*
*Vna inter nigras acies, cœliq́ue furorem*
*Fax micat, & flamma radians victrice ſuperbit,*
*Seu lapis Asbeſtus viuacis ſemina tædæ*
*Nutrit, & arcanis reparat feruoribus ignes,*
*Seu Venus ipſa ſuos argento afflauit honores,*
*Et puro ardentem radiauit lampada ſole.*
*Sæpe choros agitans circum grex blandus amorum*
*Geſtit in amplexus, & ſtillat balſama plumis.*
*Et quæ nocturnis incendunt æthera pompis,*
*Certatim inuitant ſtellæ, quæruntq́ue viciſſim*
*Quas cœli velit illa plagas quem poſtulet axem,*
*O digna æthereis conſurgere ſedibus hoſpes*
*Lampas, & aſtrorum rutilas augere choreas.*

ALLVSIO.

Lactant. lib. 5. Ælian. lib. 10. c. 60.

*Talis eſt fortitudo inter aduerſa: Virtus non poteſt cerni, niſi habeat contraria, non poteſt eſſe perfecta niſi exerceatur aduerſis.* In eodem genere eſt ara Erycinæ Veneris ſub dio ſemper ardens.

## X. BABYLONII MVRI.

Philoſt. Apollo. li. 1. c. 18.

*Caſtitas.*

BABYLONII muri à Semiramide ſtructi quadringentorum & octoginta ſtadiorum ambitum complectebantur, in altitudinem tria ſemijugera tollebantur, cum eſſent paulò minus iugeris craſſitudine.

APODOSIS. *ex Syneſio.*

Syneſius caſtitatem τεῖχον Σεμιράμιδος appellat, quæ pectus humanum aduerſus cupidinis tela, & libidinis aſſultus præmunijt, efficitque vt teneræ virgunculæ quæ infima auricula videbantur molliores, omnes ſuppliciorum immanitates corpore exceperint, priuſquam pudicitiam proderent. D. Chryſoſt. lib. de.

lib. de Virginitate, eandem eſſe Martyrij & virginitatis fortitudinem, eadem certamina, vtrique etiam parem coronam conſtituit. Διὸ καὶ οἱ στέφανοι πάλιν ἴσοι, ἐπειδὴ καὶ τὰ παλαίσματα αὐτοῖς παράλληλα κεῖνται.

## XI. BACVLVS TAVVOMENIENSIS TRAPESITAE.

*Fraus peruerſa.*

Hic excauatæ arundini depoſitum ſuæ fidei aurum indidit, qua pro baculo vtebatur; atque apud Iudicem vocatus ab aduerſario, repentè ſcipionem, in quo erat aurum collocatum, tantiſper eidem committit, donec ſublatis manibus iuraſſet ſe depoſitum reddidiſſe, quod fecerat, mox baculum ſimul cum indita pecunia recipit. *Conon apud Photium.*

AP. Παροιμιακῷ σχήματι torquebitur in fraudulentos, & periuros, qui verborum ambagibus caliginem oculis offundentes, tum demum euaſiſſe ſe putant, cùm Nemeſis à tergo vrgeat.

*Deum dum peieras ne te putes latere.*

## XII. CALCEVS RHODOPES EX QVO FORMAM REX ÆGYPTIORVM Virginis conIecit.

*Beatitudinis ſpecies ex præſentibus bonis conijcitur.*

Rhodope puella, dum lauaretur, alterum è calceis de manu ancillæ abreptum Memphim (vrbs eſt regia) deportat aquila, & in Regis, qui tum fortè iura reddebat populo, dimittit ſinum; ille calcei concinnitate, & rei nouitate permotus, per totam regionem certos homines dimittit, qui eam inquirant, cuius eſſet calceus, reperiunt in vrbe Naucratitarũ, inuentamque Rex vxorem ducit. *Strab. li. 17. Ælian. l. 13. cap. 23. var. hiſt.*

AP. Bonorum quibus hic fruimur copia, & amœ-



Digitized by Google

nitas, cœleſtis beatitudinis indicium præbet. Quàm tus eſt, & quàm magnificus in cœlo; qui hæc largitur in terris? Quantus in patria, qui hæc concedit in exilio? Quàm pulchra ſunt cœli interiora, ſi exteriora tantum habent dignitatis? D. Auguſt. *Viſuri ſumus quandam viſionem, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, viſionem quandam, viſionem præcellentem omnes pulchritudines terrenas auri, argenti, nemorum atq; camporum, pulchritudinem maris & aeris, pulchritudinem Solis & Lunæ, pulchritudinem ſtellarum, pulchritudinem Angelorum, omnes ſuperantem, quia ex ipſo pulchra ſunt omnia.* Cadit prætereà in nobilem ſcriptorem, cuius vel ex tenui opere induſtria primùm agnita eſt, pleniùs deinde in maioribus comprobata.

*Tract. 4 in Epiſt. Ioan.*

## XIII. CARTHAGO PLACENTA.

### *Æmulatio illuſtrium perſonarum, vel milites ignaui.*

SCIPIO Africanus iunior nota cenſoria adoleſcentem dignum iudicauit, qui in Carthaginis oppugnatione, cùm ſumptuoſiorem inſtruxiſſet cœnam, ſimul ex melle appoſuerat placentam in Carthaginis formam concinnatam, iuſſeratque per ludum, vt facto impetu perinde ac in prælijs fieri aſſueuit, Carthaginem μιλίτικῶς diriperent. Quærente autem eo, quodnam ob ſuum peccatum equus adimeretur, quoniam, inquit Scipio, me prior vrbem hoſtium diripuiſti.

*Calius lib. 9. cap. 13.*

APODOSIS.

Vel in æmulationem potentiorum dicetur, qui amant πρωτοβολίαν, vel in ignauos milites, qui in vino duntaxat, & ſuper menſam vrbes capiunt.

*In lucem prælia differ.*

XIV. CA-

Digitized by Google

## XIV. CASTELLVM TAVRISINENSE.

*Certamen Rhetoricum, vel, Amantium prælia.*

PETRO Ziano Venetorum Duce, Taurisini, anno ſalutis 1214. ſuaue ludricum commenti ſunt, vt caſtellũ media vrbe peregrinis pellibus valde pretioſis, purpureiſque ſtragulis murorum loco muniretur, vt ingenuæ Virgines, quibus locum tuendum deſtinatant, pro galeis coronas aureas haberent, pro brachiorum tegumentis armillas, & ditiſſima monilia; Adoleſcentes Virginibus æquales arcem oppugnarent, miſſilia poma eſſent, muſcatæ nuces, roſæ, lilia aliique flores in pilarum ſpeciem conglobati, ſubitæ ad hæc roſaceæ aquæ ſparſiones, variaque alia odoramentorum exquiſita genera. *Sabel. lib. 8. dec. 1.*

APODOSIS.

Rectè hac pugna poſſunt adumbrari picta, & florida Rhetorum, vel etiam amantium certamina, in quibus non toroſa (quod ait ille) argumentorum robora, ſed picturata veluti ad laſciuientium oculorum delicias iacula intorquentur.

*Diſcordia ſit carior concordia.* *Publius Syrus.*

## XV. CLAVA LEONI INSIDENS.

*Fortitudo indomita.*

IN Numiſmate Traiani cernebatur Claua Leonino inſidens capiti.

APODOSIS.

Vir fortis & ſapiens πανδαμάτωρ. Non poteſt ergo quiſquam aut nocere ſapienti, aut prodeſſe, quemadmodum diuina nec iuuari deſiderant, nec lædi poſſunt. *Seneca li. de Conſtantia Sapientis, c. 8.*

*Sapiens autem vicinus, proximusq; Dijs*
*Conſiſtit, excepta mortalitate ſimilis Deo.*



Digitized by Google

## XVI. CLYPEVS HERCVLIS AVREVS IN TEMPLO SAPIENTVM.

*Comes fortitudinis Sapientia.*

HERCVLES cum Hyphaſidarum turrim oppugnaret, clypeum aureum reliquit, quem Sapientes illi monumenti cauſa in templo ſuſpenderunt. In eo ſcuto Hercules ſculptus erat, terræ terminos iuxta Gades columnas & montibus quaſi columnis Oceanum excludens. *Philoſt. l.* 11. hoc vetus dedicandorum clypeorum inſtitutum conſequuta poſteritas, nam inter honores Caligulæ decretus eſt clypeus aureus, quem quotannis certa collegia Sacerdotum in capitolium ferrent, Senatu proſequente, nobilibusque pueris ac puellis carmine modulato laudes virtutum eius canentibus. *Suet. in Caio* 16. Athenienſes quoque Alcei clypeum dedicarunt Cæſiæ Mineruæ *Strab. lib.* 13. Similiter Cambyſis acinacem, pulcherrimum Athenarum monumentum memorat Pauſanias *in Atticis*, Antoninus quoque Pius clypeum Hadriano magnificentiſſimum poſuit. *Iul. in Anton. Pio.*

AP. Bene fortis clypeus in domo Sapientiæ, *Præclaram facit mixturam* (vt verbis Petronij vtar) *cum ſapientia fortitudo.* Contra vis *Conſilij expers mole ruit ſua.*

*Horat. Od. 6 lib. 3. Carm,*

## XVII. CLYPEVS LACONIS MVSCIFER.

*Vanæ gloriæ fuga.*

CVM Thraſones clypeos horrifica leonum draconumque effigie ſignarent, Lacon quiſpiam Muſcam & eam valdè exiguam in ſcuto effingi curauit, hoſti verò obijcienti, quòd latitandi cauſa id feciſſet, acutè, vt fert hominum ingenium, reſpondit, ſignum eſt me tam propè ad hoſtes accedere

dere vt muſca ab eis internoſci poſſit. Plut. Lacon. Ludouicus Borbonius Cardinalis, ne muſcam quidem pinxit in ſymbolo ſed tabulam raſam, cùm lemmate. *Melior fortuna notabit.* *Octauius de Strada.*

AP. Strenui milites non in dictis Megabyſiſ, aut armis robur geſtant. At in generoſi animi celſitudine, & rei bellicæ induſtria. *Non cauponantes bellum ſed belligerantes.*

## XVIII. CORONA DAVIDIS EX AVRO MOLOCH.

*Sacrum eſt quod fuit ſacrilegium.*

DAVID ſibi ex auro, quod antea caput Idoli Moloch exornabat, pulcherrimam coronam fecit: vbi enim Regum 2. 12. 30. legitur, *Et tulit Diadema regis eorum de capite eius, pondo auri talentum, habens gemmas pretioſiſſimas, & impoſitum eſt ſuper caput Dauid.* Regem illum apparet fuiſſe Moloch, qui Dominum & principem ſonat, & ſæpè ſeptuginta interpretes pro nomine proprio *Moloch*, *Regem* reddunt. Aliquando tempus cum Idolorum templa in deteſtationem ſceleris diſijciebantur, qua ruina Serapium & Marnæum conciderunt. Tandem viſum eſt expiare, & profanis ritibus inquinata in ſanctiſſimos vſus conuertere, cùm neque Dauid Idoli Moloch aurum exhorruiſſet.

AP. Nihil vetat ex ſpolijs profanorum authorum trophæum Deo erigere: *aſpicimus* (inquit S. Auguſt. *quanto auro, & argento, & veſte ſuffarcinatus exierit Ægypto Cyprianus doctor ſuauiſſimus, & Martyr beatiſſimus, Quanto Lactantius, Quanto Victorinus, Optatus, Hilarius, vt de viuis taceam, quanto innumerabiles Græci, quod prior ipſe famulus Dei Moyſes fecerat, de quo ſcriptum eſt, quod eruditus fuerit omni ſapientia Ægyptiorum.* Item Paulinus Iouio fratri, vbi de litteris profanis loquitur, *Tibi ſatis* *Li. de doctr. Chriſt.*



Digitized by Google

*ſit ab illis linguæ copiam, & oris ornatum quaſi quædam de hoſtilibus armis ſpolia cæpiſſe, vt eorum nudus erroribus, veſtitus eloquijs, fucum illum facundiæ plenis rebus accommodes, ne vacuum figmentorum, ſed medullatum veritatis corpus exornans non ſolis placitura auribus, ſed & mentibus hominum profutura mederis.*

## XIX. EQVVS PAVSONIS.

*Rerum anſæ variæ.*

*Ælian. l. 14 variæ Hiſt. meminit quoque Lucianus.*

PAVSONEM pictorem aiunt, cum quidam iuſſiſſet ſibi equum in puluere volutatum pingi, currentem pinxiſſe, nube pulueris circumquaque aſperſa; Cumque is, qui tabulam imperarat, indignaretur, quod contra pactum feciſſet picturam, reſpondiſſe, verte tabulam & volutabitur equus, qui non currit.

APODOSIS.

Parabola varias eſſe rerum anſas, & modos oſtendit, eaſque diuerſis acceptionibus immutari, quod imperiti non animaduertunt.

*Sæpe pro rota vtendum ingenio.*

## XX. EQVVS THEONIS.

*Pronunciatio.*

*Ælian. l. 2. de var. hiſt.*

THEON cum pinxiſſet virum armatum, qui excurſionem ex vrbe repentè faceret, & furore quodam correptus in hoſtes repentè irruere, non tamen prius exhibuit picturam, quam tibicinem iuxta collocaſſet, quem iuſſit carmen Orthium canere quàm acutiſſimum. ſimul igitur atque claſſicum audiri cœpit, velum diduxit, & picturam oſtendit, quæ longè plus habuit admirationis.

APODOSIS.

*Horat. in arte.*

Summorum Oratorum & Poëtarum monumenta lentas plerumque habent emiſſiones, niſi vocem aptam actoris quaſi tubam nacta ſint.

*Telephe, vel Peleu, male ſi mandata loquaris.*
*Aut dormitabo, aut ridebo.*

XXI. FA-

# XXI. FANVM MENSIS PHARNACIS.

## ΜΗΝ. ΦΑΡΝΑΚΟΥ.

### *Templorum Religio.*

HABET Cabeira vrbs templum Menſis, quod Pharnacis dicitur, nempe pagum oppido ſimilem Americam, quæ multos continet Hierodulos, atque agrum ſacrum, cuius fructus Pontifex percipit: vſque adeò autem id fanum ſunt reges venerati, vt iuſiurandum, quod Regium dicitur, pronunciarent, Regis fortunam & menſem Pharnacis. *Strab. l. 19.*

APODOSIS.

Magna ſemper fuit templorum religio, etiam apud Ethnicos, quod declarat illud adagium, ἐν πυθίῳ κρεῖττον χέσαι. Piſiſtratus Pytheum Apollinis templum conſtruxit, ad quod tripodas afferre ſolebant, qui vicerant Thargelia: in eo inſcripſerat, *Sacer eſt locus extra meite.* Ex quo deprehenſum peregrinum aiunt morte multatum, quod religionem neglexiſſet. Meminit huius templi Suidas: πύθιον ἱερὸν Ἀπόλλωνος Ἀθήνησιν ὑπὸ Πεισιστράτου γεγονὸς εἰς ὃ τοὺς τρίποδας ἐτίθεσαν οἱ τῷ κυκλίῳ χορῷ νικήσαντες τὰ Θαργήλια. At τοῦ χέσαι, de qua Eraſmus hic mentionem nullam facit, & authorem nullum affert. Plenius omnia explicat Suidas voce, ἐν πυθίῳ κρεῖττον ἦν ἀποπατῆσαι, in Pythio ſatius fuiſſet deambulare. Καταφρονούντων καί τινῶν Ἀπόλλωνος καὶ τῷ τεμένει αὐτοῦ ἀποπατούντων, Πεισίστρατος ἔγραψε νόμον, τὸν ἁλόντα ἐπὶ τούτῳ θνήσκειν. Deſpicientibus, inquit, nonnullis Apollinem, & in ipſius templo deambulantibus, Piſiſtratus legem ſanxit, vt qui in eo delicto deprehenderetur, capite plecteretur. Qua fronte hæc audient Chriſtiani (ſi modo ſunt) qui domum Dei faciunt, vel nundinarium receptaculum, vel ſpeluncam latronum. *in Prou.*

## XXII. FISTVLA GRACCHI RHETORIS MOTVS REPRESSI.

*Ira ratione cohibenda.*

*Lib. de cohibenda ira.*

PLVTARCHVS diſertè hoc ſymbolum explicat. Γαΐῳ μὲν οὖν Γράκχῳ τῷ ῥήτορι, καὶ τὸν τρόπον ὄντι χαλεπῷ, καὶ περιπαθέστερον λέγοντι, ἡρμοσμένον ἦν συρίγγιον, ᾧ τὴν φωνὴν οἱ ἁρμονικοὶ ἐπ' ἀμφότερα διὰ τῶν τόνων ἄγουσι, καὶ τοῦτο ἔχων οἰκέτης, αὐτῷ λέγοντος ὄπισθεν ἑστὼς, ἐνεδίδου τόνον ἐπιεικῆ. Caio quidem Graccho, qui & moribus eſſet auſterioribus, & in dicendo vehementior, fiſtula fuit concinnata, quali muſici vocem paulatim in vtramque partem per tonos deducunt, hanc eo orante ſeruus tenens à tergo aſtabat, tonumque lenem ſuggerebat.

AP. Hoc ipſum præſtare debet apud iracundos ſapientum oratio.

## XXIII. FORVM AREOPAGI.

*Iuſtitia.*

*Pauſan. in Atticis.*

IN Areopago ara erat Mineruæ deprecatricis, ἀρείας, quam erexerat Oreſtes iudicio ſolutus, argentei præterea lapides, ἀργυροῖ λίθοι, in quibus rei & accuſatores ſedebant, & hunc quidem contumeliæ, illum impudentiæ vocabant, τὸν μὲν ὕβρεως, τὸν δ' ἀναιδείας, proxima ædes Eumenidum, τῶν σεμνῶν, quibus tamen in forma nihil erat horribile: denique Plutonis, Mercurij, & terræ ſimulachra, quibus ſacra faciebant, qui in cauſa capitis fuerant abſoluti.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ara Mineruæ deprecatricis, monumentum eſt clementiæ: Sedilia argentea, quibus inſident rei & accuſatores, fundamentum pecuniæ quo fundantur lites, Sella contumeliæ eſt accuſatoris, rei verò impudentiæ: quia ſi contumelioſus eſt ille in accu-

ſando

ſando, hic impudens in negando: templum Eumenidum, conſcientiæ ſtimuli, qui conſceleratos exagitant. Plutonis, Mercurij & terræ ſimulachra quibus ſacra faciunt abſoluti, ſignificant reum à morte ad vitam reuocatum ſalutem debere eloquentiæ.

*Hanc quoq; ſeruati contingit gloria ciuis,*
*Altaque victrices intexunt munera palmæ,* Lucan. ad Calphurnium Piſonem.

---

## XXIV. GLADIVS CAROLI MAGNI.

*Rex iuſtus & bellicoſus.*

CAROLVS Magnus gladij capulo præclaris inſignibus decorè cœlato edicta ſignabat, eiuſdem enim eſſe dicebat, & confirmare & defendere leges. Corroz. de dictis mirabilibus.

APODOSIS

Hoc ſymbolo præclare ſignificabitur princeps, qui *Marti* ſimul vacet & *Themidi*: βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής. Non diſſimile eſt quod Fridericus III. habuit in ſymbolo. Erat in menſa explicitus liber, cui manus armata ſuperponebat gladium cum lemmate: *hic regit, ille tuetur.*

---

## XXV. HASTA CONSTANTINI ERECTA IN CRVCEM.

*Clementia.*

MEMORIAE proditum eſt haſtam illam Conſtantini Magni bellorum fulmen, cum ipſe animum ad Chriſtianam manſuetudinem traduxiſſet, in crucem fuiſſe erectam, vt quæ antea telum extitiſſet plenum terroris, eadem eſſet aſylum benignitatis. Baronius.

APODOSIS.

Talis eſt præſtantiſſimorum Imperatorum gladius, qui ſi neceſſitate in hoſtes ſtringatur: Ita demum placatur, vt veneratione potius dignus, quàm metu videatur.



Digitized by Google

Claud. de laud. Stilic. lib. 2. *Magni cuſtos clementia mundi*
*Quæ Iouis incoluit zonam, quæ temperat æthram,*
*Frigoris, & flammæ medium quæ maxima natu*
*Cælicolum. Nam non prima chaos clementia ſoluit*
*Congeriem miſerata rudem, vultuq́; ſereno*
*Diſcuſſis tenebris, in lucem ſæcula fudit.*

## XXVI. IMAGO ANTIGONI.

*Adulatores tegunt vitia.*

Pl l. 35. c. 10 PINXIT Apelles Antigoni regis imaginem altero lumine orbam primus, excogitata ratione vitia condendi: obliquam namque fecit, vt quod corpori deerat, picturæ potius deeſſe videretur.

A P. Adulatores principum vitia malis artibus tegunt, vel certè nequiſſimo genere lenitatis, ea pro virtutibus laudant, quæ ex ſe magnam turpitudinem habent.

*Si bene ructauit, ſi rectum minxit amicus.*
Iuuen. ſat. 3 *Si trulla inuerſo crepitum dedit aurea fundo.*

Non immeritò Themiſtius, vt eſt apud Nicephorum Calliſtum lib. 10. c. 43. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cum ſimile adulatorum genus in aula Iouiniani Imperatoris videret, dicebat ipſos: πορφύραν μᾶλλον ἢ θεὸν σέβειν. *Purpuram magis quam Deum colere.*

## XXVII. IMAGO DEMI CEVXIDIS.

*Populi inconſtantia.*

Pl. l. 35. c. 10 PINXIT Demon Athenienſium ingenioſo argumento, volebat namque varium, iracundum, immitem, inconſtantem: eundem inexorabilem, clementem, miſericordem, excelſum, glorioſum, humilem, ferocem, fugacemque, & omnia pariter oſtendere.

A P O. Exprimere credo volebat illud Platonis, qui vulgus appellat θηρίον πολυκέφαλον, aut Xenocratis:

Digitized by Google

ςratis: qui ἄψίχορον, ὠμὸν, βάσκανον, ἀπαίδευτον dixit, faſtidioſum crudele, inuidum, imperitum, deniqueve vt in Chao Ouidij:

*Non bene iunctarum diſcordia ſemina rerum.*

## XXVIII. IMAGO HELENAE.

*In nudo diues virtus.* ex Clemente Alexandrino.

CVM in pingenda Helena artifex præſtantiſſimorum pictorum deſudaret induſtria, fertur quiſpiam è Tyronum grege adoleſcentulus, non quidem delicatis eius effigiem lineamentis expreſſiſſe, ſed totam auro tabulam obleuiſſe. Apelli deinde quaſi grande aliquod opus confeciſſet, oſtentauit, & quid cenſeret exquiſiuit, at ille molliter ſubridens ὦ μειράκιον, εἶπεν, ἀδυνατῶν γράψαι καλὴν, πλουσίαν πεποίηκας. ô adoleſcens, inquit, pulchram facere non potuiſti, diuitem feciſti. *Pedag. li. 2.*

AP. Τοιαῦται τοίνυν Ἑλέναι εἰσὶν αἱ γυναῖκες, οὐ καλαὶ γνησίως, πεπλασμέναι δὲ πλουσίως. Tales ſunt Helenæ, quæ nunc ſunt mulieres, non verè pulchræ ſed totæ fictæ ex luto diuitiarum.

## XXIX. IMAGO PERDICIS AD SATYRVM PROTOGENIS.

*Verborum affectatio ſapientiæ inimica.*

PROTOGENES pinxit Satyrum ad columnam ſtantem, & in columnæ faſtigio perdicem, cuius cum tabula eſſet propoſita, ita inhiabant perdici, vt illius admiratione Satyrus quanquam elaboratiſſimus negligeretur. Et auxerunt admirationem qui perdices alatas, & cicures proferebant ad pictam perdicem canentes. Quæ cum Protogenes animaduerteret, additamento ipſum operis caput poſthaberi, impetrata à templi præfectis venia, auem deleuit. *Strab. l. 14. num. 10.*

AP. Ho-

Sen. ep. 115. vide Plut. de Audit.

AP. Homines ſæpè contempta ſacrarum literarum, aut philoſophiæ grauitate, neſcio quibus verborum floſculis animum illigant. *Quare quid ſcribas non quemadmodum: & hoc ipſum, non vt ſcribas, ſed vt ſentias, vt illa quæ ſenſeris magis applices tibi, & veluti ſignes: cuius orationem videris ſollicitam & politam, ſcito animum quoque non minus puſillis occupatum.*

## XXX. IMAGO TERPSITHEAE.

*Hypocriſis.*

Theoph. in ep. Græcis.

TERPSITHEA cum eſſet toto corpore deformis, imaginem ſibi venuſtiſſimam fieri curauit, oris ſui turpitudinem falſis tabulæ pigmentis, honeſtare cupiens.

Lucian. in imaginib.

AP. Quam multi licet omni ex parte improbi, ſpecies affectant virtutis, & Poëtarum, hiſtoricorumve vaniſſimorum hominum penicillis, alij prorſus quam ſint depinguntur, οὐ γὰρ εἶναι ἄριστοι ἀλλὰ δοκεῖν θέλουσι. contra Amphiarai mentem. Non diſſimilis huic Terpſitheæ, Stratonice Seleuci vxor, quę cum eſſet deformis & calua, lubenter à Poëtis, quibus certamen de ſuis laudibus talenti mercede indixerat, ſuas comas hyacinthinas prædicari audiuit: ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας.

## XXXI. IMAGO VIRGINIS INTER LILIA.

*Caſtitas dilecta Deo.*

Ex libello de ordinibus militaribus.

ORDO equitum liliatorum inſtitutus à Garcia VI. Rege Nauarræ ad propagationem Catholicæ religionis, vaſculum geſtabat in pallio, è quo amœniſſimi liliorum flores erumpebant. In medio Deiparæ Virginis radiabat effigies.

AP. Virgo inter lilia, ſignificat gratiſſimam ſibi puritatem, cœli florem, mundi decus, germen paradiſi

Digitized by Google

diſi. In eodem genere ſymboli eſt columba candida ex ore Eulaliæ Virginis egrediens: *Prud. πεϱὶ Στεφ.*

*Emicat inde columba repens,*
*Martyris os niue candidior*
*Viſa relinquere, & aſtra ſequi.*
*Spiritus hic erat Eulaliæ*
*Lacteolus, celer, innocuus.*

## XXXII. LYCHNVLVS EPICTETI.

*Non libri ſed ingenium.*

EMIT aliquis Epicteti Stoici lychnulum fictilem trecentis denarijs, ſperans futurum ſcilicet vt ſi noctu ad iſtam lucernam legiſſet, mox Epicteti ſapientiam ſomniaret, & ſimilis efficeretur venerando ſeni. *Lucian aduerſus indoctum.*

AP. Torquetur in eos, qui ſe pulchros & beatos putant, ſi doctorum virorum habeant inſignia, cum ipſi ſint omnis ſcientiæ expertes: *Iuuen. ſat. 2.*

*Plena omnia gypſo*
*Chryſippi inuenias: Nam perfectiſſimus horum*
*Si quis Ariſtotelem, ſimilem vel Pittacon emit,*
*Et iubet archetypos pluteum ſeruare Cleanthas.*

Porrò in eodem genere ſymboli, ſpecioſum eſt quod habet Lucianus aduerſus indoctum, de Neantho Pittaci Tyranni Regis filio, qui cum Orphei lyram in templo aſſeruatam corrupto pecunia æditu ſuſtuliſſet: Sub noctem in ſuburbium profectus, vt eius periculum faceret, fides pulſare cœpit, ſed tam ferali, & incondito carmine, vt canes è vicinia ſtrepitu excitati, infelicem citharœdum dilaniarent. *Orphei Lyra à Neantho empta.*

## XXXIII. LYRA TIMOTHEI.

*Nouandum nihil.*

LACEDAEMONII Timothei Mileſij citharam ſuſpenderunt ad Sciadem, eundem multantes, quod *Pauſan. in Lacon.*

## XXXVIII. OSSA MORTORVM PRO NVMMIS.

*Mortis memoria.*

ABRAHAMVS Ortelius refert nonnullis populis in more poſitum fuiſſe, vt mortuorum oſſibus pro nummis vterentur, non illis quidem in auro, argento, æreue impreſſis, ſed reipſa mortuorum reliquijs. Non diſſimile eſt, quod affert Herodotus l.2. legem fuiſſe aliquando apud Ægyptios qua iubebantur ij, qui ſibi mutuo dari pecunias poſtularent, cadauer patris depoſitum fide creditoris tradere.

APODOSIS.

Mortis memoria crebrò vſurpanda. *Quid hoc eſt, inquam, tam ſæpe mors experitur me? faciat. At ego illam diu diu expertus ſum. Quando inquis? antequam naſcerer. Mors eſt non eſſe, id quod ante fuit, ſed quale ſit iam ſcio, hoc erit poſt me, quod ante me fuit.*

*Seneca.*

## XXXIX. ΠΑΥΣΙΚΑΠΗ. PAVSICAPE.

*In copia inopia.*

PAVSICAPE παυσικάπη inſtrumentum eſt, quo collo inſerto, ſerui impediebantur, ne molentes polentam comederent.

Παυσικάπη, κατ' Αἴλιον Διονύσιον μηχάνημά τι τροχῷ ἐμφερὲς, δι' οὗ τὸν τράχηλον διεῖρον τῶν ὑποζυγίων, ὥστε μὴ ἐσθίειν· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἀνδραπόδων, ὥστε, φησὶ, μὴ δύνασθαι τὰς χεῖρας τῷ στόματι προσφέρειν.

*Iulius Pollux Onomaſt. l.7.c.4. Meminit quoq; Euſtat. ιλ. Κ.*

APODOSIS.

Seruus inter polentas eſuriens, iumentum in prato luxurianti, vel vbere præſepi, famelicum propter impoſitam collo *Pauſicapen*, Symbolum eſt diuitis, qui ob animi morbos, vel corporis quaſi cœleſti remora iniecta, bonis ſuis frui minime poteſt.

Non

*Non bibit inter aquas, poma aut pendentia carpit
Tantalus infælix.*

## XL. PICTVRA EQVI.
*Spes præter ſpem.*

FERTVR quidam equum, cæteris ad partes quod attinebat; lineis & coloribus recte expreſſiſſe, ſpumam tantum quæ fræno concuſſo cum anhelitu efflabatur, non æque pinxiſſe: quam cum ſæpius reformare conatus eſſet: ad ſummum ſpongiam vt erat plena pigmentorum, in tabulam coniecit, & non ſine admiratione, operi, quod deſiderabat, addidit. *Plut. in lib. de fortun.*

APODOSIS

Facit aliquando caſus repentinus, quod ars & ſapientia denegauit, vt miremur illud vulgatum accidiſſe: παρ' ἐλπίδα, ἐπ' ἐλπίδι. Recte in illum caſum, & felicem Pictoris manum vertetur illud Martialis:
*Si non erraſſet fecerat illa minus.*

## XLI. PICTVRA B ZEVXIDIS.
*Opus immortalitate dignum.*

ZEVXIS pictor fuit elegantiſſimus; qui vuas tanta dexteritate pinxit, vt ad eas ipſas aues deceptæ aduolarent. Is cum in expoliendis tabulis multum temporis & operæ inſumeret, ſe æternitati pingere dicebat. Contra Agatharcus celeriter conficiebat, ſed quæ breui tempus aboleret, & nulla memoraret poſteritas. *Plutarch. in Pericle.*

APODOSIS.

Ea diutius opera ſunt limanda, quæ ad æternam poſteritatis memoriam ſcribuntur,

Ὄφιμον ὀψιτέλεστον ὅ κλέος οὔποτ' ὀλεῖται *Homerus in Iliad.*

*Scribit iura ſenex (χρόνος) numero qui diuidit aſtris,
Et curſus, ſtabileſq́; moras quibus omnia viuunt,*

Huius lima fiunt omnia longè perfectiora: quod ſi quis non exſpectata temporis lege, crudum adhuc opus propellit in lucem, ſæpiſſime deflectit à vero. Nam vt ait Boëtius:

*L. 1. met. 6.*

*Quod præcipiti via.*
*Certum deſerit ordinem,*
*Lætos non habet exitus.*

---

## XLII. PIXIDES ATHENIENSIVM VNGVENTARIORVM.

*Parte ſui meliore latet.*

FERVNT vnguentarios Athenienſes, Pixides habuiſſe in quibus parte exteriori Sileni & Satyri depicti, in interiori Veneris & gratiarum pretioſiſſimæ effigies. Syneſius: τῷ φιλοσόφῳ ὥσπερ ἐν τοῖς Ἀθήνησιν οἱ δημιουργοὶ, Ἀφροδίτην καὶ χάριτας καὶ τοιαῦτα κάλλη θεῶν, ἀγάλμασι σειληνῶν καὶ σατύρων ἀμπίχοντες.

*In Epiſtola.*

APODOSIS.

*Aug. l. 12. Conf. c. 14.*

Sacræ literæ ſi dictio ſpectetur, humiles ſunt: ſi ſenſus & myſteria, nihil magnificentius. *Mira eloquiorum tuorum profunditas eſt, quorum ecce ante nos ſuperficies blandiens paruulis, ſed mira profunditas, Deus meus, mira profunditas, horror eſt intendere in eam horror honoris & tremor amoris.*

---

## XLIII. POCVLVM CORNEVM INDORVM.

*Alexipharmacum præſtantiſſimum.*

*Philoſt. l. 3. cap. 1. Vid. Ælian. de Animal. c. 41. l. 3. in Onagro.*

EX Onagri cornibus fiunt pocula ad vſum regis, e quibus qui potauerint eo die neque ferro, neque igni, neque venenis ſunt obnoxij. Diſertè hæc ſcribit Phil. vbi apoſtrophen facit ad Indorum regem huiuſmodi cratere vtentem.

Τί δή ποτ' ἐστὶν ὁ κρατὴρ ἐξ οὗ πίνεις;
Καί γὰρ διαυγὴς καὶ πλωμήνης εὑρίσθη

Kai-

Καὶ τρεῖς ἔχει ζωστῆρας, ὡς λίθου φλέβας,
Λευκόν τε, μέλανά τε, καὶ τὸ χρῶμα πορφυροῦν.

Rex Onagri cornu eſſe reſpondet, & eius virtutem prædicat:

Καὶ μὴν ἀναιρεῖ τὴν κακήν. ἦδ' ὅς, μέθην,
Τοῦ τε παντὸς ἀντιφάρμακον φθόνου,
Ἣν ἱερὰν καλοῦσι καθαιρεῖ νόσον.

*Quid ſibi vult crater tuus, dic obſecro;*
*Ex quo bibis, prææltus & pellucidus,*
*Ceu venulis diſtinctus orbe triplici,*
*Albo nigroq; atque æmulante purpuram.*
*Atqui medetur hic temeti iniuriæ,*
*Obſtat venenorumq; peſtilentiæ,*
*Morbiq; depellit ſacri tentamina.*

APODOSIS.

Cadit in amuletum quodlibet præſtantiſſimum. Rectè Euchariſtia poculum ſignificabitur, quo aduerſus improbi Alaſtoris tela firmamur, & animi atque corporis inuiolabilem conſequimur ſanctitudinem. Clemens Alexandrinus: Εὐχαριστία χάρις ἐπαινουμένη καὶ καλή, ἧς οἱ κατὰ πίστιν μεταλαμβάνοντες, ἁγιάζονται καὶ σῶμα καὶ ψυχήν· τὸ θεῖον κρᾶμα τὸν ἄνθρωπον τοῦ πατρικοῦ βουλήματος πνεύματι καὶ λόγῳ συγκιρνάντος μυστικῶς. Euchariſtia gratia laudata & pulchra, quam qui cum fide ſuſcipiunt ſanctificantur animo & corpore, ita diuinam temperiem, carnem cum Spiritu & verbo, æterni Patris voluntas myſticè commiſcet. *Pædad. lib. 2. cap. 2.*

---

## XLIV. POCVLA EX TAXO.

*Doctrina malis moribus coniuncta peſtilens.*

TAxvs arbor eſt non modò funeſta, ſed & venenata, ex hac ſi fortè pocula confeceris, & vinum infuderis quantumuis ſuaue, & delicatum, continuò fiet noxium, & inſalubre. *Plin. l. 15. cap 2.*

AP. Eloquentia ſi paruum hominem nacta fuerit, & animam flagitijs inquinatam, fit noxia, quæ omnibus ſalutaris eſſe debuerat. *In hunc nec dij tantum mali permittant, vt cadat eloquentia quam non mirarer, niſi animos, in quos ſe conferret, eligeret.*

*Seneca Controuerſ. l. 1.*

## XLV. PORTICVS HEPTAPHONOS.

*Garrulitas.*

OLYMPIA porticus vocem acceptam, arte ſepties reddit, vnde Heptaphonon Oppidani vocant.

*Plin. lib. 36. cap. 15.*

### APODOSIS.

Tales ſunt illi qui ſi quid inaudiuerunt multa addentes de ſuo, prædicare, repetere, & inculcare omnibus identidem non ceſſant; vel qui vno verbo laceſſiti, ſex centa regerunt. Talis eſt natura mulieris, cuius ſuppellectilem Comicus dicit eſſe garrulitatem:

*Sola laboranti poterit ſuccurrere Lunæ.*

Vnde & Accius in Andromeda, mulieris ingenium breuiſſima definitione complexus, *Muliebre* (inquit) *ingenium proluuium.*

## XLVI. PYRAMIS XII. REGVM.

*Beatitudo,* ſeu *Quies poſt laborem.*

DVODECIM maiores Ægyptij, qui regnum à Sabaco Ægyptiorum Rege relictum, ſponte moderandum ſuſcepere, vt oneri magis quàm honori tantam regni curam ſibi fuiſſe teſtarentur, in celebri illa Pyramide, quam commune collegarum ſepulchrum conſtruxere, contignationem tecti, quæ vno conſtabat lapide, præſepibus adſculptis inſigniuere, ad quæ ſcilicet tot laboribus exantlatis, tot curis abiectis & ablegatis requieturi demùm eſſent.

*Vide Herod. in Euterpe. & Diodor. Sicul. lib. 1.*

### APODOSIS.

Poſt diuturnos vitæ labores exantlatos, in apice reſidet amœniſſima fœlicitatis quies.

Supre-

*Suprema eſt meta laboris.*
*Huc omnes pariter venite capti,*
*Quos fallax ligat improbis catenis*
*Terrenas habitans libido mentes:*
*Hic erit vobis requies laborum,*
*Hic portus placida manens quiete,*
*Hoc vnum miſeris patens Aſylum.* *Boetius l.3. met. 11.*

In eodem porro genere ſymboli præclarus eſt fons in Idumæa cui nomen Job: Quater in anno colorem mutat puluerulentum, ſanguineum, viridem, & limpidum, ternis menſibus in anno tenet ex ijs colorem vnum. Iſidorus Origin. lib.13.cap.13.Significat igitur poſt ſpolia ſudore & ſanguine parta virorem quendam lætitiæ, & limpidiſſimam bonorum ſynceritatem comparari.

---

## XLVII. QVADRANGVLVS.

*Vir bonus.*

CVBICÆ figuræ ſpecies quoquo verſum iacta, verſataque fuerit, rectà ſemper conſiſtit, quatuor lineis, & totidem angulis ſemper inſignis.

APODOSIS.

Vir bonus ad omnia fortunæ tela ſemper idem.
*Ad ſummum Sapiens vno minor eſt Ioue. Diues,*
*Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum.* *Horat. Sat. 1. lib. 1.*

Nota in eandem ſententiam perinſignem Iuliani Iocum, apud quem Marcus Antonius in Cæſaribus nominatur.

Ἀνὴρ τετράγωνος, ἄνευ ψόγου τετυγμένος.

Præclarè ad hoc argumentum Ludouicus Mitis pingebat in ſymbolo ſceptrum figurâ obeliſci, ab annulo exiens, ſummo deinde ſceptro inſidentem coronam cum lemmate:

*Volo ſolidum perenne.* *Octauius de Strada.*

## XLVIII. ROTA.

Κύκλος ἀνθρώπινα πράγματα.

SOLDANVS à Rege Franciæ Ludouico II. Capuam captiuus adductus, toto biennio nunquam ridere viſus eſt, itaque Rex ei qui effuſum riſum Soldano excitaſſet, aureum munus promiſit. Cum autem quidam Regi narraret vidiſſe ſe Soldanum ridentem, teſtemque rei produxiſſet, Rex captiuum acceriſiri iubet, cauſamque mutationis inquirit. Tum Soldanus: Currum, inquit, contemplabar, eiusque rotas, vt earum aliæ partes in imum, aliæ in ſummum obuerterentur: atque hanc ego incertæ, inconſtantiſque hominum fœlicitatis imaginem ſentiens riſi, cùm quod in mentem mihi veniret quàm inſtabilis nos de re ſuperbiremus, tū ſimul hoc fieri poſſe iudicans, vt quo modo ex ſummo infimus ſum factus, ita ex humili rurſum loco ad prius attollar faſtigium. His auditis, rex de ſuo quoque ſtatu cogitans, Soldanum virum iudicans ſapientem, liberè ſecum verſari permiſit. *Cedrenus*. Vbi nota Francorum Regem ab eo appellari ῥῆγα, ſic enim κατ' ἐξοχὴν à Græcis recentioribus appellatur. Suidas ῥὴξ φράγκων ἀρχηγός.

## XLIX. SAGITTA ABARIDIS.

*Mens Deum contemplans, vel fama.*

ABARIS Scytha fuit Seuthæ filius, *qui oracula* compoſuit, cuius fabuloſum iaculum à Græcia ad Hyperboreos vſque Scythas fertur tranſuolaſſe. Suidas in voce Ἄβαρις μυθολογούμενον ὀϊστὸν nominat. Præterea quæ afferuntur à Iunio, præclaram Abaridis deſcriptionem inuenies in Photio.

APODOSIS.

Diuus Gregorius Nazianzenus hunc typum affert mentis, quæ contemplationis alis ſubnixa, ad cœlum fertur celeritate permagnâ. Et vt Abaridis ſa-

gitta

gitta patriam, ſic illa beatorum domicilium appetit. τί γὰρ Ἀβάριδος ὀϊστὸν, τί ἂν λέγοιμι τοῦ ὑπερβορείου ἢ τὸν ἀργεῖον πήγασον, οἷς οὐ τοσοῦτον ἦν τὸ δι' ἀέρος φέρεσθαι, ὅσον ἡμῖν τὸ πρὸς Διόνχῆρεοι Quid enim Abaridis ſagittam recenſeam, aut Argiuum Pegaſum, quibus non tam ſtudio fuit per aërem volare, quam nobis ad Deum mentes attollere. Poteſt etiam dici de fama quæ ſumma velocitate per remotiſſimas orbis plagas rapitur.

---

## L. SCELETVS HIPPOCRATIS.

*Gratus diſcipuli animus erga præceptorem.*

*Pauſan. in Phocaicis.*

HIPPOCRATES Sceletum æneum Apollini Delphico dedicauit medicorum Principi, ob medicinæ ſcientiam gratiam referens.

### APODOSIS.

Diſcipuli commendatur gratus animus erga Præceptorem. *Præceptor in docendo laborem & tædium tulit; præter ea quæ percipientibus in commune dicuntur, aliqua inſtillauit, ac tradidit, hortando bonam indolem erexit, & modo laudibus, fecit animum, modo admonitionibus diſcuſſit deſidiam. Tum ingenium latens & pigrum, iniecta, vt ita dicam, manu extraxit, nec quæ ſciebat malignè diſpenſauit, quo diutius eſſet neceſſarius, ſed cupijt ſi poſſet, vniuerſa transfundere. ingratus ſum niſi illum inter grauiſſimas neceſſitudines diligo.* Adde etiam quod habet idem auctor de Æſchine, paupere quidem illo Socratis auditore, qui ſeipſum, cùm nihil aliud poſſet præceptori donauit.

*Seneca l. 6. de benef.*

*l. de benef. cap. 2.*

## LI. SIMVLACHRVM DIANAE BVPALI ET ANTHERMI

*Virtus initio dura ad ſummum facilis.*

*Plin. l. 36. cap. 4.*

OSTENDVNT & Iaſij Dianam manibus eorum factam & in ipſa Chio narrata eſt, operis eorum Dianæ facies in ſublimi poſita, cuius vultum intrantes triſtem, exeuntes exhilaratam putant.

APODOSIS.

Ad virtutem aut philoſophiæ ſtudium qui accedunt, moroſam imprimis arbitrantur: diſcedentes, & iam docti facilem & hilarem experiuntur:

*Heſiod. ἔργ. ϗ ἡμερ. 239.*

—— ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
Ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει χαλεπή περ ἐοῦσα.

Tunc virtutis vultus & habitus talis videbatur, qualis à Maximo Tyrio oratione 4. deſcribitur: εὐχήμονα ἰδεῖν, βαδίζουσα ἠρέμα, φθεγγομένη μουσικῶς βλέμμα πρᾶον ἀμπεχόνη ἄνετος. Decora aſpectu, inceſſu quieta, ſermone Muſica, oculis placidis & clementibus.

## LII. SIMVLCHRA INTACTA

*Sanctitas intaminata.*

*Pauſan. in Laconicis.*

IN Pellena (parua eſt inſula in Laconica regione) ſimulachra Caſtorum pedalia, ſub dio ſunt, poſita in ſaxo, quæ mare nuſquam loco dimouere poteſt, licet in petram exundet.

Ibidem Ithomatæ Iouis ſignum immune, *in flagrante* ſylua. Item Mineruæ ſigna nullum ictum valent ſuſtinere, nec ardente templo conflagrarunt.

*Pauſan. in Attic.*

AP. Hæc & multa & varijs locis à nobis commemorata, intaminatam qualis fuit B. Virginis ſanctitatem. inter mortalis culpæ peruagata incendia ſignificant, vel inuictam fortitudinem, inter procellas ignes & ſtrepitus ſempertutam, ϗ πρός τόν λιμένα ἀπαθείας, vt loquitur Theoctiſtus, καθορμίζουσαν.

*Portus Arabiæ.*

LIII.

## LIII. SIMVLACHRA POLYCLETI
*Vulgus argumentum peſſimi.*

POLICLETVS eodem tempore duo ſimulachra fecit, alterum ad arbitrium plebis, alterum iuxta peritiæ artiſq; normam. Gratificatus vero plebi hoc modo eſt: Ad ſingulorum acceſſum tranſpoſuit, & commutauit aliquid, morem gerens vniuſcuiuſque voluntati, & dictationi: Itaque propoſuit vtrumque: & alterum quidem omnes admirationi, alterum ludibrio, ac riſui habuerunt. Reſpondens autem Polycletus. At hoc (inquit) quod vituperatis, & reprehenditis, vos feciſtis: quod ſuſpicitis, ego. *Ælian. l. 14. Variæ hiſt. cap. 8.*

APODOSIS.

Quæramus quid optime factum ſit, non quod vulgò veritatis peſſimo interpreti probatum ſit, ξύμπαν τὸ λαῶδες πλῆθος ἀλογίᾳ χαίρει. *Nicetas Chonitates.*

## LIV. SIMVLACHRA SILENORVM.
*Scriptura ſacra comparatur cum Silenis Alcibiadis.*

DIVINAE ſcripturæ ſimiles ſunt Silenis Alcibiadæis, quæ ſub tectorio ſordido ac pœnè ridiculo merum numen claudunt; Alioqui ſi ſine Allegorijs legeris Adæ hiſtoriam, ſi nihil vltra ſuperficiem quæſieris, non video, quid ita multò magis operæ pretium ſis facturus, quam ſi cantaueris luteum ſimulachrum Promethei, ignem dolo ſubductum, & ſimulachro inditum lutum animaſſe: imò pluſculo fructu legitur fabula Poëtica cum Allegoria, quam narratio ſacrorum librorum. *Chryſoſt. de fat. ſerm. 21. Vide Dadræum in ſacris ſimilitudinibus, qui affert ex S. Chryſoſtomo.*

## L. SYPHONES NILIACI.
*Memoria Beneficiorum Dei.*

ÆGYPTVM fœcundat aquis Nili inundatione leonis ſydus, Ægyptijs ergo propter eam aqua-

quod ſeptem Lyræ fidibus quatuor addidiſſet: κατα-γνόντας, ὅτι χορδαῖς ἑπτὰ ταῖς ἀρχαίαις ἐφεῦρεν ἐν τῇ κι-θαρῳδίᾳ τέσσαρας χορδάς.

APODOSIS.

Significat parabola nihil in rep. nouandum, vel ex ipſius Plat. interpretatione in Dialogo de Iuſto. Εἶδος γὰρ καινὸν μουσικῆς μεταβάλλειν εὐλαβητέον, ὡς ἐν ὅλῳ κινδυνεύοντα: οὐδαμοῦ γὰρ κινοῦνται μουσικῆς τρό-ποι ἄνευ πολιτικῶν νόμων τῶν μεγίστων. Nouam ne muſicæ formam introducamus, omninò cauendum, in quo periculum ſummum eſt. Nunquam enim muſic numeri immutantur, ſine legibus Ciuitatis, iiſque maximis.

---

## XXXIV. MENSÆ IARCHAE.

*Bona ſine labore.*

Philoſt. Apoll. l. 3. cap. 8.

IARCHAS Brachmanum antiſtes menſas habuit αὐτομάτους, quæ ſua ſponte incederent. Hic itaque cùm regem inuitaſſet, ſubitò proceſſerunt menſæ dapibus inſtructæ, in quibus pueri à Cyathis, ex ære nigro fabricati ſtabant, qui vinum & aquam conuiuis miſcerent.

APODOSIS.

Multi ſunt quibus adeo bona ſinè laborè contingunt, vt videantur ipſæ dapſiles menſæ cibis refertæ, & omni apparatu inſtructæ, in eorũ triclinia influere. hi ſunt albæ Gallinæ filij, qui ἀκονιτὶ citra pulueris tactum feruntur omnia conſequi. Verùm hoc minime eſt expectandum: *Vt ſementem féceris, ita metes;*

*Nihil ſine magno*

Hor. Sat. 9. lib. 1.

*Vita labore dedit mortalibus;*

---

## XXXV. MODIVS INDORVM.

*Deus humani ingenij modulo non reſtringendus.*

INDI aureum modium illi ſimilem quo frumentum metiuntur, demergunt in mare, hoc ſe aquis modum

modum ponere exiſtimant, ne terras inuadant, ſtulti qui tantum & tam impotens elementum, tam parua menſura conſtringere, non verentur. *Philoſt.*

APODOSIS.

Similiter faciunt, qui ſuperiores volunt ſuis legibus ſubiicere, & ſuo modulo Deum metiri, qui per ſe immenſus eſt; *Forſitan Dei veſtigia comprehendes? & vſque ad perfectum omnipotentem reperies: Excelſior cœlo eſt, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognoſces? longior terra menſura eius, & latior mari.* *Iob. 11.*

## XXXVI. NIHIL AD ALEXANDRVM PARIDIS LYRA.

*Fortis mollium contemptor.*

ALEXANDER oblatam ſibi Paridis lyram repudiauit, indignum munus fortiſſimo viro arbitratus amatorias fides. *Plutar. in fortit. Alexandri.*

APODOSIS.

Fortes viri amatorias illecebras negligunt, quibus virtus ſuccisis veluti neruis eliſa langueſcit. *Seneca ep. 51*

*Effœminat animos amœnitas.* Rectè igitur Plutarchus in libello de fortuna Alexandri ait eum non fuiſſe ἐκ βλοσιλέων ἀτρώτων καὶ ἀναιμάκτων, ſed emiſſe gloriam multo, continuiſque vulneribus, ὠνίαν τὴν δόξαν αἵματος πολλοῦ καὶ τραυμάτων ἐπαλλήλων κτώμενον.

## XXXVII. NAVIS SALAMINIA.

*Res, aut perſona magni momenti.*

SALAMINIA nauis ad res magni momenti, vt ait Critolaus, reſeruabatur. *Plutarch. in Pericle.*

APODOSIS.

Cadit in res, & viros magnos, qui non niſi in ſeriis rebus, & vltimo loco exponuntur.

*Magnos ſeruatur in vſus.*

XXXVIII.

Digitized by Google

## XXXVIII. OSSA MORTORVM PRO NVMMIS.

*Mortis memoria.*

ABRAHAMVS Ortelius refert nonnullis populis in more poſitum fuiſſe, vt mortuorum oſſibus pro nummis vterentur, non illis quidem in auro, argento, æreue impreſſis, ſed reipſa mortuorum reliquijs. Non diſſimile eſt, quod affert Herodotus l.2. legem fuiſſe aliquando apud Ægyptios qua iubebantur ij, qui ſibi mutuo dari pecunias poſtularent, cadauer patris depoſitum fide creditoris tradere.

### APODOSIS.

Seneca. Mortis memoria crebrò vſurpanda. *Quid hoc eſt, inquam, tam ſæpe mors experitur me? faciat. At ego illam diu diu expertus ſum. Quando inquis? antequam naſcerer. Mors eſt non eſſe, id quod ante fuit, ſed quale ſit iam ſcio, hoc erit poſt me, quod ante me fuit.*

## XXXIX. ΠΑΥΣΙΚΑΠΗ. PAVSICAPE.

*In copia inopia.*

PAVSICAPE παυσικάπη inſtrumentum eſt, quo collo inſerto, ſerui impediebantur, ne molentes polentam comederent.

*Iulius Pollux Onoma. l.7. c.4. Meminit quoq; Euſtat. ιλ. K.*

Παυσικάπη, κατ' Αἴλιον Διονύσιον μηχάνημά τι τροχῷ ἐμφερὲς, δι' οὗ τὸν τράχηλον διεῖρον τῶν ὑποτραχυγίων, ὥστε μὴ ἐσθίειν· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἀνδράπων, ὥστε, φησὶ, μὴ δύνασθαι τὰς χεῖρας τῷ σόματι προσφέρειν.

### APODOSIS.

Seruus inter polentas eſuriens, iumentum in prato luxurianti, vel vbere præſepi, famelicum propter impoſitam collo *Pauſicapen*, Symbolum eſt diuitis, qui ob animi morbos, vel corporis quaſi cœleſti remora iniecta, bonis ſuis frui minime poteſt.



Digitized by Google

*Non bibit inter aquas , poma aut pendentia carpit*
*Tantalus infælix.*

## XL. PICTVRA EQVI.

*Spes præter ſpem.*

FERTVR quidam equum, cæteras ad partes quod attinebat; lineis & coloribus rectè expreſſiſſe, ſpumam tantum quæ fræno concuſſo cum anhelitu efflabatur, non æque pinxiſſe: quam cum ſæpius reformare conatus eſſet: ad ſummum ſpongiam vt erat plena pigmentorum, in tabulam coniecit, & non ſine admiratione, operi, quod deſiderabat, addidit. *Plut. in lib. de fortun.*

APODOSIS

Facit aliquando caſus repentinus, quod ars & ſapientia denegauit, vt miremur illud vulgatum accidiſſe: παρ' ἐλπίδα, ἐπ' ἐλπίδι· Rectè in illum caſum, & felicem Pictoris manum vertetur illud Martialis:

*Si non erraſſet, fecerat illa minus.*

## XLI. PICTVRÆ ZEVXIDIS.

*Opus immortalitate dignum.*

ZEVXIS pictor fuit elegantiſſimus, qui vuas tanta dexteritate pinxit, vt ad eas ipſas aues deceptæ aduolarent. Is cum in expolientis tabulis multum temporis & operæ inſumeret, ſe æternitati pingere dicebat. Contra Agatharcus celeriter conficiebat, ſed quæ breui tempus aboleret, & nulla memoraret poſteritas. *Plutarch. in Pericle.*

APODOSIS.

Ea diutius opera ſunt limanda, quæ ad æternam poſteritatis memoriam ſcribuntur, *Homerus in Iliad.*

Ὀψιμον ὀψιτέλεςον ὅ κλέος ὅ ποτ' ὀλεῖται

*Scribit iura ſenex (χρόνος) numero qui diuidit aſtris,*
*Et curſus, ſtabileſq; moras quibus omnia viuunt,*

Huius lima fiunt omnia longè perfectiora: quod ſi quis non exſpectata temporis lege, crudum adhuc opus propellit in lucem, ſæpiſſime deflectit à vero. Nam vt ait Boëtius:

*L. 1. met. 6.*

*Quod præcipiti via*
*Certum deſerit ordinem,*
*Lætos non habet exitus.*

## XLII. PIXIDES ATHENIENSIVM VNGVENTARIORVM.

*Parte ſui meliore latet.*

FERVNT vnguentarios Athenienſes, Pixides habuiſſe in quibus parte exteriori Sileni & Satyri depicti, in interiori Veneris & gratiarum pretioſiſſimæ effigies. Syneſius: τῷ φιλοσόφῳ ὥσπερ ἐν τοῖς ἐν Ἀθήνῃσιν οἱ δημιουργοί, Ἀφροδίτην καὶ χάριτας καὶ τοιαῦτα κάλλη θεῶν, ἀγάλμασι σιληνῶν καὶ σατύρων ἀμπίσχοντες.

*In Epiſtola.*

### APODOSIS.

Sacræ literæ ſi dictio ſpectetur, humiles ſunt: ſi ſenſus & myſteria, nihil magnificentius. *Mira eloquiorum tuorum profunditas eſt, quorum ecce ante nos ſuperficies blandiens paruulis, ſed mira profunditas, Deus meus, mira profunditas, horror eſt intendere in eam horror honoris & tremor amoris.*

*Aug. l. 12. Conf. c. 14.*

## XLIII. POCVLVM CORNEVM INDORVM.

*Alexipharmacum præſtantiſſimum.*

EX Onagri cornibus fiunt pocula ad vſum regis, quibus qui potauerint eo die neque ferro, neque igni, neque venenis ſunt obnoxij. Diſertè hæc ſcribit Phil. vbi apoſtrophen facit ad Indorum regem huiuſmodi cratere vtentem.

*Philoſt. l. 3. cap. 1. Vid. Ælian. de Animal. c. 41. l. 3. in Onagro.*

Τί δή ποτ' ἐστὶν ὁ κρατὴρ ὃν ἐκ τοῦ πίνεις;
Καί γάρ διαυγὴς καὶ πολυμήκης εὑρέθη,

Kai-

Καὶ τρεῖς ἔχει ζωστῆρας, ὡς λίθου φλέβας,
Λευκόν τε, μέλανά τε, καὶ τὸ χρῶμα πορφυροῦν.

Rex Onagri cornu eſſe reſpondet, & eius virtutem prædicat:

Καὶ μὴν ἀναιρεῖ τὴν κακήν. ἤδ' ὅς, μέθην,
Τοῦ τε παντὸς ἀντιφάρμακον μόνον,
Ἣν ἱερὰν καλοῦσι καθαιρεῖ νόσον.

*Quid ſibi vult crater tuus, dic obſecro;*
*Ex quo bibis, præaltus & pellucidus,*
*Ceu venulis diſtinctus orbe triplici,*
*Albo nigroq; atque æmulante purpuram.*
*Atqui medetur hoc temeti iniuriæ,*
*Obſtat venenorumq; peſtilentia,*
*Morbiq; depellit ſacri tentamina.*

APODOSIS.

Cadit in amuletum quodlibet præſtantiſſimum. Rectè Euchariſtia poculum ſignificabitur, quo aduerſus improbi Alaſtoris tela firmamur, & animi atque corporis inuiolabilem conſequimur ſanctitudinem. Clemens Alexandrinus: Εὐχαριστία χάρις ἐπαινουμένη καὶ καλή, ἧς οἱ κατ' πίστιν μεταλαμβάνοντες, ἁγιάζονται καὶ σῶμα καὶ ψυχήν· τὸ θεῖον κρᾶμα τὸν ἄνθρωπον τοῦ πατρικοῦ βουλήματος πνεύματι καὶ λόγῳ συγκιρνάντος μυστικῶς. Euchariſtia gratia laudata & pulchra, quam qui cum fide ſuſcipiunt ſanctificantur animo & corpore, ita diuinam temperiem, carnem cum Spiritu & verbo, æterni Patris voluntas myſticè commiſcet. *Pædad. lib. 2. cap. 2.*

## XLIV. POCVLA EX TAXO.

*Doctrina malis moribus coniuncta peſtilens.*

TAXVS arbor eſt non modò funeſta, ſed & venenata, ex hac ſi fortè pocula confeceris, & vinum infuderis quantumuis ſuaue, & delicatum, continuò fiet noxium, & inſalubre. *Plin. l. 15. cap 2.*



Digitized by Google

AP. Eloquentia ſi paruum hominem nacta fuerit, & animam flagitijs inquinatam, fit noxia, quæ omnibus ſalutaris eſſe debuerat. *In hunc nec dij tantum mali permittant, vt cadat eloquentia quam non mirarer, niſi animos, in quos ſe conferret, eligeret.*

*Seneca Controuerſ. l. 1.*

## XLV. PORTICVS HEPTAPHONOS.

*Garrulitas.*

OLYMPIA porticus vocem acceptam, arte ſepties reddit, vnde Heptaphonon Oppidani vocant.

*Plin. li. 36. cap. 15.*

APODOSIS.

Tales ſunt illi qui ſi quid inaudiuerunt multa addentes de ſuo, prædicare, repetere, & inculcare omnibus identidem non ceſſant; vel qui vno verbo laceſſiti, ſex centa regerunt. Talis eſt natura mulieris, cuius ſuppellectilem Comicus dicit eſſe garrulitatem:

*Sola laboranti poterit ſuccurrere Lunæ.*

Vnde & Accius in Andromeda, mulieris ingenium breuiſſima definitione complexus, *Muliebre* (inquit) *ingenium proluuium.*

## XLVI. PYRAMIS XII. REGVM.

*Beatitudo*, ſeu *Quies poſt laborem.*

DVODECIM maiores Ægyptij, qui regnum à Sabaco Ægyptiorum Rege relictum, ſponte moderandum ſuſcepere, vt oneri magis quàm honori tantam regni curam ſibi fuiſſe teſtarentur, in celebri illa Pyramide, quam commune collegarum ſepulchrum conſtruxere, contignationem tecti, quæ vno conſtabat lapide, præſepibus adſculptis inſigniuere, ad quæ ſcilicet tot laboribus exantlatis, tot curis abiectis & ablegatis requieturi demùm eſſent.

*Vide Herod. in Euterpe. & Diod. Sicul. lib. 1.*

APODOSIS.

Poſt diuturnos vitæ labores exantlatos, in apice reſidet amœniſſima fœlicitatis quies.

Supre-

*Suprema eſt meta laboris.*
*Huc omnes pariter venite capti,*
*Quos fallax ligat improbis catenis*
*Terrenas habitans libido mentes:* *Boetius l. 3. met. 11.*
*Hic erit vobis requies laborum,*
*Hic portus placida manens quiete,*
*Hoc vnum miſeris patens Aſylum.*

In eodem porro genere ſymboli præclarus eſt fons in Idumæa cui nomen Job: Quater in anno colorem mutat puluerulentum, ſanguineum, viridem, & limpidum, ternis menſibus in anno tenet ex ijs colorem vnum. Iſidorus Origin. lib. 13. cap. 13. Significat igitur poſt ſpolia ſudore & ſanguine parta virorem quendam lætitiæ, & limpidiſſimam bonorum ſynceritatem comparari.

## XLVII. QVADRANGVLVS.

*Vir bonus.*

CVBICÆ figuræ ſpecies quoquo verſum iacta, verſataque fuerit, rectà ſemper conſiſtit, quatuor lineis, & totidem angulis ſemper inſignis.

APODOSIS.

Vir bonus ad omnia fortunæ tela ſemper idem.
*Ad ſummum Sapiens vno minor eſt Ioue. Diues,*
*Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum.* *Horat. Sat. 1. lib. 1.*

Nota in eandem ſententiam perinſignem Iuliani locum, apud quem Marcus Antonius in Cæſaribus nominatur.

Ἀνὴρ τετράγωνος, ἄνευ ψόγου τετυγμένος.

Præclarè ad hoc argumentum Ludouicus Mitis pingebat in ſymbolo ſceptrum figurâ obeliſci, ab annulo exiens, ſummo deinde ſceptro inſidentem coronam cum lemmate: *Octauius de Strada.*

*Volo ſolidum perenne.*

## XLVIII. ROTA.

Κύκλος ἀνθρώπινα πράγματα.

SOLDANVS à Rege Franciæ Ludouico II. Capuam captiuus adductus, toto biennio nunquam ridere viſus eſt, itaque Rex ei qui effuſum riſum Soldano excitaſſet, aureum munus promiſit. Cum autem quidam Regi narraret vidiſſe ſe Soldanum ridentem, teſtemque rei produxiſſet, Rex captiuum acceriſiri iubet, cauſamque mutationis inquirit. Tum Soldanus: Currum, inquit, contemplabar, eiusque rotas, vt earum aliæ partes in imum, aliæ in ſummum obuerterentur: atque hanc ego incertæ, inconſtantisque hominum fœlicitatis imaginem ſentiens riſi, cùm quod in mentem mihi veniret quàm inſtabiles nos de re ſuperbiremus, tū ſimul hoc fieri poſſe iudicans, vt quo modo ex ſummo infimus ſum factus, ita ex humili rurſum loco ad prius attollar faſtigium. His auditis, rex de ſuo quoque ſtatu cogitans, Soldanum virum iudicans ſapientem, liberè ſecum verſari permiſit. *Cedrenus*. Vbi nota Francorum Regem ab eo appellari ῥῆγα, ſic enim κατ' ἐξοχὴν à Græcis recentioribus appellatur. Suidas ῥὴξ Φράγκων ἀρχηγός.

## XLIX. SAGITTA ABARIDIS.

*Mens Deum contemplans, vel fama.*

ABARIS Scytha fuit Seuthæ filius, qui *oracula* compoſuit, cuius fabuloſum iaculum à Græcia ad Hyperboreos vſque Scythas fertur tranſuolaſſe. Suidas in voce Ἄβαρις. μυθολογούμενον ὀϊστὸν nominat. Præterea quæ afferuntur à Iunio, præclaram Abaridis deſcriptionem inuenies in Photio.

APODOSIS.

Diuus Gregorius Nazianzenus hunc typum affert mentis, quæ contemplationis alis ſubnixa, ad cœlum fertur celeritate permagnâ. Et vt Abaridis ſa-

gitta

gitta patriam, ſic illa beatorum domicilium apperit. τί γὰρ Ἀβάριδος οἰστὸν, τί ἂν λέγοιμι τῶ ὑπερβορείω ἢ τὸν ἀργεῖον πήγασον, οἷς οὐ τοσοῦτον ἦν τὸ δι᾽ ἀέρος φέρεσθαι, ὅσον ἡμῖν τὸ πρὸς θεὸν ἀείρεσθαι. Quid enim Abaridis ſagittam recenſeam, aut Argiuum Pegaſum, quibus non tam ſtudio fuit per aërem volare, quam nobis ad Deum mentes attollere. Poteſt etiam dici de fama quæ ſumma velocitate per remotiſſimas orbis plagas rapitur.

---

## L. SCELETVS HIPPOCRATIS.

*Gratus diſcipuli animus erga præceptorem.*

HIPPOCRATES Sceletum æneum Apollini Delphico dedicauit medicorum Principi, ob medicinæ ſcientiam gratiam referens. *Pauſan. in Phocaicis.*

### APODOSIS.

Diſcipuli commendatur gratus animus erga Præceptorem. *Præceptor in docendo laborem & tædium tulit; præter ea quæ percipientibus in commune dicuntur, aliqua inſtillauit, ac tradidit, hortando bonam indolem erexit, & modo laudibus, fecit animum, modo admonitionibus diſcuſſit deſidiam. Tum ingenium latens & pigrum, iniecta, vt ita dicam, manu extraxit, nec quæ ſciebat malignè diſpenſauit, quo diutius eſſet neceſſarius, ſed cupijt ſi poſſet, vniuerſa transfundere. ingratus ſum niſi illum inter grauiſſimas neceſſitudines diligo.* *Seneca l. 6. de benef.* Adde etiam quod habet idem auctor de Æſchine, paupere quidem illo Socratis auditore, qui ſeipſum, cùm nihil aliud poſſet præceptori donauit. *l. de benef. cap. 8.*

## LI. SIMVLACHRVM DIANAE BV-PALI ET ANTHERMI

*Virtus initio dura ad ſummum facilis.*

*Plin. l. 36. cap. 4.*

OSTENDVNT & Iaſij Dianam manibus eorum factam & in ipſa Chio narrata eſt, operis eorum Dianæ facies in ſublimi poſita, cuius vultum intrantes triſtem, exeuntes exhilaratam putant.

APODOSIS.

Ad virtutem aut philoſophiæ ſtudium qui accedunt, moroſam imprimis arbitrantur: diſcedentes, & iam docti facilem & hilarem experiuntur;

*Heſiod. ἔργ. ὃ ἡμερ. 289.*

——ἐπεὶ δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
Ρηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει χαλεπή περ ἐοῦσα.

Tunc virtutis vultus & habitus talis videbatur, qualis à Maximo Tyrio oratione 4. deſcribitur: εὐχήμων ἰδεῖν, βαδίζουσα ἠρέμα, φθεγγομένη μουσικῶς, βλέμμα πρᾶον ἀμπεχόνη ἄνετος. Decora aſpectu, inceſſu quieta, ſermone Muſica, oculis placidis & clementibus.

## LII. SIMVLCHRA INTACTA

*Sanctitas intaminata.*

*Pauſan. in Laconicis.*

IN Pellena (parua eſt inſula in Laconica regione) ſimulachra Caſtorum pedalia, ſub dio ſunt, poſita in ſaxo, quæ mare nuſquam loco dimouere poteſt, licet in petram exundet.

Ibidem Ithomatæ Iouis ſignum immune, *in flagrante ſylua.* Item Mineruæ ſigna nullum ictum valent ſuſtinere, nec ardente templo conflagrarunt.

*Pauſam. in Attic.*

AP. Hæc & multa & varijs locis à nobis commemorata, intaminatam qualis fuit B. Virginis ſanctitatem. inter mortalis culpæ peruagata incendia ſignificant. vel inuictam fortitudinem, inter procellas ignes & ſtrepitus ſemper tutam, καὶ πρὸς τὸν λιμένα ἀπαθείας, vt loquitur Theoctiſtus, καθορμίζουσαν.

*Portus Apathiæ.*

LIII.

## LIII. SIMVLACHRA POLYCLETI
*Vulgus argumentum peſſimi.*

POLICLETVS eodem tempore duo ſimulachra fecit, alterum ad arbitrium plebis, alterum iuxta peritiæ artiſq; normam. Gratificatus vero plebi hoc modo eſt: Ad ſingulorum acceſſum tranſpoſuit, & commutauit aliquid, morem gerens vniuſcuiuſque voluntati, & dictationi: Itaque propoſuit vtrumque: & alterum quidem omnes admirationi, alterum ludibrio, ac riſui habuerunt. Reſpondens autem Polycletus. At hoc (inquit) quod vituperatis, & reprehenditis, vos feciſtis: quod ſuſpicitis, ego. *Ælian. l. 14. Variæ hiſt. cap. 8.*

APODOSIS.

Quæramus quid optime factum ſit, non quod vulgò veritatis peſſimo interpreti probatum ſit, ξύμπαν τὸ λαῶδες πλῆθος ἀλογίᾳ χαίρει. *Nicetas Chonitates.*

## LIV. SIMVLACHRA SILENORVM.
*Scriptura ſacra comparatur cum Silenis Alcibiadis.*

DIVINAE ſcripturæ ſimiles ſunt Silenis Alcibiadæis, quæ ſub tectorio ſordido ac pœnè ridiculo merum numen claudunt; Alioqui ſi ſine Allegorijs legeris Adæ hiſtoriam, ſi nihil vltra ſuperficiem quæſieris, non video, quid ita multò magis operæ pretium ſis facturus, quam ſi cantaueris luteum ſimulachrum Promethei, ignem dolo ſubductum, & ſimulachro inditum lutum animaſſe: imò pluſculo fructu legitur fabula Poëtica cum Allegoria, quam narratio ſacrorum librorum. *Chryſoſt. de fat. ſerm. 21. Vide Dadræum in ſacris ſimilitudinibus, qui affert ex S. Chryſoſtomo.*

## L. SYPHONES NILIACI.
*Memoria Beneficiorum Dei.*

ÆGYPTVM fœcundat aquis Nili inundatione leonis ſydus, Ægyptijs ergo propter eam aqua-

ſtum redundantiam, quam ſe quotannis leonis beneficio experiri vident, inſtitutum eſt & apud omnes gentes vno conſenſu receptum, vt canales, tubi, & ſyphones qui aquam eructant per terebrata foramina, in leonina capita ad id locis opportunis adſculpi ſolita, aquam admittant, quæ inde ex leonis rictibus euomi videatur.

Vide Sid. ep. 2. l. 2. & Orum ſupra lib. 1.

APODOSIS.

Par eſt omnino nos qui tantam beneficiorum copiam ex æterno diuinitatis fonte haurimus, eius vbique imaginem gratiſſima animorum recordatione proſequi; *Hæc mihi ſemper erunt.* Sed ſæpe euenit, vt res creatas quibus æternæ mentis numen non ſecus ac adminiſtris vtitur, omiſſo Dei cultu veneremur. Sic Ægyptij leonem colunt Deum, & cœlum nemo appellat.

*Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam.*

## LVI. SPECVLVM ACHAIÆ.

*Cognitio ſui.*

Pauſan. in Achaicis lib. 7.

IN Achaia ad Cereris delubrum fons eſt, in quo celebre fertur oraculum. Ex eo enim morborum omnium cognoſcebantur euentus; Speculum tenui funiculo ſuſpenſum demittebatur in aquam, ita vt ſummam aquam raderet non mergeretur. Exinde vbi odores Deæ adoleuiſſent, & rite Deam precati eſſent, inſpicientes in ſpeculum ex imaginibus periturus, an victurus æger eſſet, diuinabant.

Periph. in Plau. Epid.

AP. Speculum cuiq; conſcientia eſt, quam ſi quis ad diuinum exmologeſeos fontem diligenter inſpexerit, additis etiam in ſuauiſſimi odoris ſacrificium precibus, qualis, & quantus ſit agnoſcet, morboſque animi ſi qui ſint deprehendet. γνῶθι σεαυτόν.

*Non oris cauſſa modo homines æquum fuit,*
*Sibi habere ſpeculum, vbi os contemplarent:*
*Sed qui perſpicere poſſent cor ſapientiæ.*

Igi-

*Igitur perſpicere poſſent vt cordis copiam,*
*Vbi id inſpexiſſent cogitarent poſtea,*
*Uitam vt vixiſſent olim in adoleſcentia.*

## LVII. SPECVLVM INSVLARVM FORTVNATARVM.

INTER fortunatas illius paradiſi delicias, quas veræ hiſtoriæ lib. 1. pluribus perſequitur Lucianus, ſpeculum fertur maximum ſupra puteum poſitum. In puteum ſi quis deſcenderit, omnia audiet quæ apud nos in terra dicuntur: ſi in ſpeculum aciem oculorum defixerit, omnes vrbes, prouincias, gentes videbit, ac ſi ipſis intereſſet.

AP. Quis non videt hîc expreſſam beatitudinis imaginem? Num verò Deus puteus eſt æternarum aquarum ſalientium, è quo qui hauſerint cuncta cognoſcunt. Num ſpeculum eſt luciliſſimum quod intuentes beati omnia ſimul quæ ad ſuæ fœlicitatis cumulum attinent, intuentur.

*Te cernere finis.*

## LVIII. SPECVLVM SMYRNÆ.
### *Calumnia & mendacium.*

IN Smyrnæ templo ſpeculum fuit, quod egregias quaſque ſpecies admodum deformes, & aſpectu horribiles reddebat hæc ſpecula ἐπιρόχημα & παράχροα à Græcis appellantur.

AP. Calumnia optimos & ſanctiſſimos mores turpiſſimos & teterrimos fingit, πάντων φύσιν κόπτει ἡ διαβολή. rectè torquetur in mendaces Hiſtoricos, qui virulentâ plerumque maleuolentiâ incitati optimorum principum dicta factaque deterunt, & alienis prorſus depingunt, coloribus. Plutar. ὁ δὲ ἱστορίαν γράφων, ἃ μὲν οἶδεν ἀληθῆ λέγων δίκαιός ἐστι, τῶν δὲ ἀδήλων τὰ βελτίονα δοκεῖ ἀληθῶς λέγεσθαι μᾶλλον ἢ τὰ χείρονα. In cæteris mentiri nunquam debet, in dubiis *in lib. de Malign. Herodot.*

vero

omnia in meliorem partem interpretari potius, quam in peiorem rapere.

## LIX. TABVLA NICONIS.

*Auxilium diuinum in re perplexa.*

*Curopal. in Baſil. & Conſtant.*

MALACENVS apud Imperatorem Baſilium falſo accuſatus, quod Bulgarorum partibus fauiſſet, deinde precibus ſancti viri Niconis liberatus à calumnia, vt authori tanti beneficij qui iam exceſſerat è viuis gratiam referret, pictorem aduocat, iſti Niconis vultus, habitum, cultū, verbis deſignat, ad ſummum depingi iubet. Pictor domum reuerſus, fruſtra laborat hominem inuiſum ex narrantis ſermone depingere: in hac ei cura verſanti ante oculos repente extitit Monachus quidam, qui in ædes clam penetrarat, ſtatura procerus, habitu eremitico, obſoleta veſte amictus, coma ſquallens, capillitio barbáque niger, in omnibus denique beato viro ſimillimus: nam & virgam manu gerebat, cuius apex in crucem deſinebat, qui pictore comiter ſalutato mœroris ſollicitudinisque cauſſam ſciſcitatus eſt: ille verò & cauſſam ſtatim aperuit & operis difficultatem demonſtrauit. Tum leni ad eum voce monachus, me, inquit, aſpice frater, mihi per omnia ſimilis eſt quem depingis; acrius hominem intuetur pictor, vidit quem verbis Malacenus deſignarat, quare ad tabulam reflexus vt compertam formam imitaretur, ô rem admirandam! ſacram ter beati effigiem in tabula ſuis lineamentis ſuapte expreſſam ſponte videt, nec mora ex oculis Sanctus abſceſſit, pictor cum horrore Κύριε ἐλέησον, identidem inclamante, mox ad delineatam diuinitus formam reliqua colorum pigmenta adijciens, perfectam imaginem qualis hodie quæ in ſacro beati templo ſuſpenſa viſitur, omnibus numeris abſoluit.

APODOSIS.

*Caſuſne, Deuſne*
*Attulerit?*



Digitized by Google

## LX. TABVLA THEODOSII.

*Regis virtutes.*

IN Theodoſij, & aliorum qui eo ſæculo fuerunt Imperatorum inſignibus, Tabula eſt Libris quodam ordine diſpoſitis onuſta, quorum nonnulli ſyllabarijs quibuſdam notis inſcripti ſunt, quibus per compendium contentæ in eis rationes indicabantur. alij nihil præſcriptum habent: ſupra tabulam faſtigium attollitur, in media cuius facie Genij duo latum ſuſtentant orbem, in quo caput inſtat humani, cuius hæc inſcriptio eſt, *Diuina prouidentia*. In angulis verò tabulæ, quæ deſcriptos libros continet, ſingulis capita ſingula ſunt appoſita, quorum ſuperius à dextra inſcriptionem circumductam oſtendit, *Virtus*. Alterum à læua, *Scientia* Inferius à dextrâ, *Authoritas*. Quartum à læua *Felicitas*.

*Vide notitiã Iuris Rom. Pier. notat. l. 31. c. 10.*

AP. Leges & magiſtratus Dei primum auxilio, deinde virtute, ſcientia, authoritate, felicitate, quæ à Deo profluunt vniuerſa, indigent.

## LXI. TABVLÆ TIMANTIS.

*Scriptura ſacra.*

TIMANTES Cyclopem pinxit dormientem in paruula tabella, cuius magnitudinem exprimere cupiens, pinxit iuxta Satyros pollicem eius metientes atque in omnibus eius operibus, intelligitur plus ſemper quam pingitur.

*Pl. l. 35. c. 10.*

APODOSIS.

Tales ſunt ſacræ literæ, verbis parcæ, egregijs ſenſibus plenæ. Tale opus omne non diffuſum verbis, ſed rebus & ſententijs efficax: contra verboſæ redundantiæ opera quid aliud ſunt, quam vt ait Comicus, ἐπιφυλλίδες καὶ στωμύλματα vel vt Claudianus Mamertenſiis, *puerilium ſpuma verborum.*

LXII.

## LXII. TEMPLVM APOLLINIS EX PLVMIS INCHOATVM.

*Parua principia magnarum rerum.*

APOLLINIS Templum ex plumis & cera cœpit initium: Ἀπόλλωνος νεὼς κηροῦ καὶ πτερῶν ἐποιήθη. Apollonius lib. 6. c.6. Apollo, inquit, exiguam olim cellam incoluit, ad quam apes ceram, aues plumas congeſſiſſe dicuntur, qui poſtmodum μεγάλα καὶ ἐκπρεπῆ τεμένη fana habuit, templa pulcherrima, & ampliſſima, donariiſque referta. Pauſanias in Phocaicis. Ædem fabricatam narrat ab homine Delphio, cui nomen Pteras, vnde fabulæ locus. Meminit obiter *Strab. lib. 9.*

APODOSIS.

Parua late manant incrementis, temporis longinquitate excreſcunt in elephantos muſcæ, eadem elephanti deſinunt in muſcas.

*Hunc numina rebus*
*Creſcendi poſuere modum.*

## LXIII. TESSERÆ IVXTA MAENADEM.

*Teſſerarum ludus dementiæ proximus.*

*Pauſan. in Corinth.* TESSERAS primum à ſe inuentas Palamedes in templo fortunæ conſecrauit, cui proximum erat Choriæ Mænadis monumentum.

APODOSIS.

Teſſeræ fortunæ imperio ſubiacent, & ad furorem cui ſunt proximæ, ſæpe lymphatum hominem rapiunt. Diuus Cyprian. libro ſingulari oſtendit, aleatores ſacrificos eſſe Zabuli dæmonis, de quo alibi diximus: *In hoc ludo ſæpe vt ait Doctor ſuauiſſimus, eſt mentis furia, venale periurium, ſerpentinum colloquium, rubigoſa amicitia.* *De aleatoribus.*

LXIV.

## LXIV. THEATRVM POMPEII.

*Religionis Prætextus.*

POMPEIVS Magnus ſolo theatro ſuo minor, cum illam arcem turpitudinum omnium extruxiſſet, veritus quandoque memoriæ ſuæ cenſoriam animaduerſionem, Veneris ædem ſuperpoſuit, & ad dedicationem edicto populum vocans, non theatrum ſed Veneris templum nuncupauit, cui ſubiecimus, inquit, gradus ſpectaculorum. Ita damnatum ac damnandum opus, templi titulo prætexuit, & diſciplinam ſuperſtitione illuſit. *Tertul. l. de ſpectaculis.*

APODOSIS.

Duplex occurrit. Primùm oſtenditur qualis res ſit hiſtrionia, in qua Venus ſcenæ ſuperpoſita principatum obtineat. Deinde quam callidæ hominum libidines quæ religionis prætextu ſe velent. Seneca: *Vitia nobis ſub nomine virtutis obrepunt. Temeritas ſub titulo fortitudinis latet, Moderatio vocatur ignauia, pro cauto timidus accipitur.* *Epiſt. 45.*

## LXV. THRONVS LEVCOPHRYNES.

*Regia maieſtas liberalitate opportuna ſuſtinetur.*

HVNC horæ duæ & totidem gratiæ ſuſtinebant, à ſiniſtra Typhonem & viperam habebat, à dextra Tritones cum infinitis alijs emblematis. *Pauſan. in Laconicis.*

AP. Hac Icone regia maieſtas ſignificatur, cuius Thronum horæ & gratiæ ſuſtinet, hoc eſt beneficia opportunè data, horum gratiam Tritones illi buccinatores prædicant, improbis, & audacibus (qui per Typhonem & viperam ſignificantur) fruſtra regno fœlicitatem inuidentibus Rex talis eſſe debet qualis à Niceta depingitur: λημμάτων αἰσχρῶν ἐλεύθερος, θάλασσα φιλοδωρίας, ἥλιος ἄδυτος τὴν περιουσίαν τοῖς ἤθεσι εὐέντευκτος, καὶ τὴν βασίλειον ἀρετὴν ἀπαράμιλλος. Ab omnibus vel minimis auaritiæ ſordibus *In Manuel. Comneno.*

bus ſolutus, mare liberalitatis, miſericordiæ abyſſus; comitate morum cuius aditu facilis, regia virtute inimitabilis.

## LXVI. TZANGIÆ IMPERATORVM.

*Ad imum demiſſa poteſtas.*

GEORGIVS Codinus *in officijs*, vbi de Imperatore diſſerit, ait eum calceatum Tzangijs, in quibus Aquilæ ſunt, ex lapillis & margaritis intertextæ.

APODOSIS.

Calceamentum naturæ humanæ, humilitas; Aquila Chriſtus, qui ad eius commercium deſcendit. Erat in Tzangijs regalis maieſtas Aquilæ demiſſa ad calcei vtilitatem, & in hoc myſterio Dei natura ad noſtram humanitatem. Verba autem Codini talia ſunt: Ἐστι δὲ καὶ ἕτερον γένος ὑποδήματά των ἃ καλοῦσι τὰ Τζάγγια, ἔχοντα ἐκ πλαγίων κατ' τὰς κνήμας, καὶ ὄπισθεν ταρσῶν, ἀετοὺς διὰ λίθων καὶ μαργάρων, ἅπερ καὶ φορεῖ ὁ βασιλεὺς, εἴς τε τοῖς περιπάτοις, καὶ τὰς προκύψεις.

## LXVII. TVBA PHINEES.

*Verbi Dei vis inuicta.*

SAMVEL ex Chronico Samaritanorum refert rem planè fabuloſam, ad ſymbolicos tamen emblematum vſus non ineptam, Regem minoris Armeniæ Schoba nomine ingentibus copijs aduerſus Iſraëlitas aciem direxiſſe. Ioſue qui tum ſummæ rei præerat, cùm florentiſſimo exercitu prodijt illi obuiam, vt incitatiſſimum furorem reprimeret. Mater verò Armeni Naga veneficijs famoſiſſima, filio velificata, ſuis carminibus Hebræos iuxta ſeptem turrium ferrearum ſepta dicitur concluſiſſe. Quo ſpectaculo Ioſue territus, conſilium à neceſſitate petijt, & alligata ad columbæ alas epiſtola, eandem ad ducem Iaiah & ſacerdotem Phinees auxilij implorandi cauſa demiſit. Illi repente aduolant, & Phinees quidem, vt à Ioſue

Ioſuæ fuerat monitus, reflexa tuba clariſſimè perſonat: Hoc ſonitu, mirum! ad ſingulos clangores ſinguli muri corruunt, & paulatim totus ille ex ferro labyrinthus; quo Iſraëlitæ tenebantur vndique circumuallati, diſſoluitur. Vide Serrar. in Ioſuam c. 24.

Ap. Rectè accommodatur concionatoribus, & ſacerdotibus, qui columbæ, hoc eſt, Spiritus ſancti ductu, tuba verbi Dei, ſeptem lethalium vitiorum arces diruunt, & fideles afferunt in libertatem.

*Fulmen ab ore venit.*

---

## LXVIII. TVMVLVS SARDANAPALI.

*Vanitas rerum humanarum.*

SARDANAPALVS monumentum habuit in quo ſtatua conſertis digitis ſonum editura videbatur. Strab. l. 14. Ath. l. 14.

Apo. Significat humana omnia eſſe quod ait D. Gregorius Nazianz. ψόφον χειρὸς κροτούσης *Strepitum manus plaudentis*. πάντα θνητὰ, πάντα ἐφήμερα, πάντα ἄπιστα. in Odis.

---

## LXIX. TVRRIS SAPIENTVM.

*Eccleſia.*

SAPIENTES Indiæ ad hyphaſidem amnem turrim habitant, quam ne mille quidem Achilles, aut ter mille Aiaces expugnaſſent, ita & cœleſtibus præſidijs erat munita, & tonitruum fulminumque terroribus circumuallata. Eâdem Pânes fulminauit, cum infeſto agmine in eam aſſilirent, & Bacchum cum toto exercitu fugauit. Philoſt. in Apoll. l. 2. c. 16.

Ap. Hyphaſidarum præſidio longè præſtantior turris Eccleſia, quæ ſapientes incolas & morderatores habet Epiſcopos. Hi diuini verbi fulmine, Pânum & Bacchorum, an potius turpium hæreticorum dementiſſimos impetus frangunt.

*Crebras Eccleſia vera procellas*



Digitized by Google

*Alcimus Auitus.*

*Suſtinet, & ſæuis nunc diuexatur ab vndis:*
*Hinc gentilis agit duros ſine more furores,*
*Hinc Iudæa fremit, rabidoq́; hanc impetit ore.*
*Hæreſeon veſana furens exinde Charybdis*
*Concutit, & Græcum ſapientia ſtulta ſophorum,*
*Sed clauſam vacuo pulſant impune latratu.*

## LXX. VAS ECHINVS

*Fori moleſtia.*

*Iul. Pollux in Onomaſtico.*

ERANT apud veteres vaſa Echini nomine nuncupata, vt quæ Echini animalis ſpeciem illis ſpinis armatam referrent. Eorum in iudicijs vſus, ἐχῖνος δ᾽ οὗ αἱ μαρτυρίαι ἐμβληθεῖσαι κατεσημαίνοντο. Echinus vas erat in quod teſtimonia immiſſa ſignabantur

### APODOSIS.

Iudiciorum ſeueritas & forenſis operæ moroſæ difficultates ſignificantur. Syneſius in Epiſtola ad Ioannem deterret eũ à forenſi opera, & multa habet de hoc argumento: ad ſummum vocat. ἀγορὰν παρεχομένων ἀνθρωπάρια ἀναιδῆ καὶ παμπόνηρα, καὶ οὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλὰ λοίδορα καὶ κακοῤῥαφῆ εἰδότα.

## LXXI. VASCVLVM INTEMERATVM.

*Sanctitas intacta.*

Pauſan. in Arcadicis

EST apud Arcadios aqua ad Nonacrim, Styx appellatur, homini, pecudibuſque mortifera. *cuius* tanta eſt vis, vt vaſa vitrea, Cryſtallina, myrrhina, teſtacea, cornea, oſſea, ferrum item, æs, plumbum, ſtannum, argentum, electrum, aurum ſoluat, vt acetum vniones, & admantem lapidum omnium peruicaſſimum hircinus ſanguis. Sed tamen cum omnia Styx diſſoluat, ſola equi vngula continetur, vt vaſculum nec ſuperare, nec vllo modo findere poſſit.

APO. Peccati originalis labes in terras quaſi Styx effuſa

effuſa exundabat, & omnia vi quadam importuna violabat, nihil omnino ferreum, quod eius retardaret impetus, Inuentum eſt Mariæ vaſculum vnum non quidem ex vngula equi conflatum, ſed à Spiritu Sancto communitum, quod ſolum intemeratum permaneret, & nihil peſtiferi liquoris ad ſuam labem inſtillari ſibi pateretur.

## LXXII. VNGVENTVM NVPTIALE INDORVM.

*Concordiæ nuptiarum effectrix.*

AD Hyphaſidis fluuij ripas naſcuntur arbores è quibus vnguentum ſtillat, quo niſi obliti fuerint coniuges, imperfectæ nuptiæ & minimè gratæ veneri exiſtimantur, γάμος ἀτελὴς δοκεῖ καὶ οὐκ εἰς χάριν τῇ Ἀφροδίτῃ ξυναρμοσθείς. *Philoſt. in vit. Apoll. l. 3. c. 1.*

Ap. Bonus odor nuptiarum concordia.

Οὐ μὲν γὰρ τοῦγε κρεῖσσον καὶ ἄρειον,
Ἢ ὅθ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχητον
Ἀνὴρ ἠδὲ γυνή. *Homerus Odyſſ. 20. Verſ. 82.*

Non enim eo quicquam præſtantius, quam cum concordes conſilijs rem familiarem adminiſtrant, vir atque vxor.

## LXXIII. VRBS EVSEBES.

*Religio & pietas.*

SILENVS apud Ælianum narrat extra hunc orbem terrarum vnicam eſſe continentem omni bonorum genere refertam. In eadem duas vrbes maximas, nihil verò mutuò ſibi ſimiles, quarum altera dicatur Machimus, id eſt, pugnax altera εὐσεβής. id eſt, pia. Pios igitur in pace vitam agere, & ampliſſimis opibus fructus ex terra capere, ſine aratris, & bobꝰ: agricultura, ſeminationeque nihil opus eſſe, eoſdemque à morbis immunes vitam peragere in ſuauiſſimo riſu

*Ælian. l.* 3. *Var. hiſt.* *ca.* 18.

voluptate, Adeò verò ſine controuerſia iuſtitiam co-lere, vt perſæpè dij quoque immortales non dedi-gnentur illorum vti commercio.

Ap. Icon eſt religioſæ vitæ, in quam ob morum ſingularem innocentiam, omnis bonorum vbertas exundat.

*Cornelius Gallus*

*O niueas mores! ò tempora dulcia! verè*
*Aurea Saturni ſæcla fuere ſenis.*
*Nunc ferrum erupit, rabieſq́, aſperrima ferri.*

---

## *LXXIV.* VRBS MACHIMOS.

### *Belli ſtudium vel militia Religioſa.*

*Ælian. li.* 3. *Var. hiſt.*

SILENVS eodem loco meminit ciuitatis, quæ μάχιμος, hoc eſt, pugnax à perpetua bellorum contentione nominatur. Qui Machimum incolunt ipſi bellicoſiſſimi ſunt, & arma induti bella ſemper gerunt; finitimoſq; in ſuam poteſtatem redigunt. Atq; hæc vna ciuitas in plurimas gentes imperium tenet.

*Arrian. Epicteti li.* 3. *cap.* 24.

Apo. Typus eſt bellicoſæ ciuitatis, vel certè duæ vrbes Euſebes, & Machimus in ipſa religione ſunt, in qua fortiter contra permotiones, & vitia pugnandū, cum quibus bellum inteſtinum eſt, & perpetuum, at iiſdem domitis, lux ſuauis & omnium deliciarum vbertas oboritur. Στρατεία τίς ἐστιν ὁ βίος ἑκάστου, καὶ αὕτη μακρὰ, καὶ ποικίλη. *Militia eſt cuiuſq; vita, & diuturna quidem, ac varia.*

---

## *LXXV.* VRBS MARONEA.

### *Regio cauponis addicta.*

*Athenæ. Deipnoſoph. lib.* 8.

MARONEAE cum quibuſdam ſodalibus potans Stratonicus, ſi per ciuitatem oculis tectis duceretur, quo in loco ciuitatis eſſet, cogniturum ſe dixit. Opertis deinde deductus oculis, interrogatus vbinam eſſet: in caupona, reſpondit, tanquam caupona foret tota ciuitas.

Apo, Maronea typus eſt temulentæ ciuitatis, & cau-

Digitized by Google

cauponis addictæ, quod per ſe genus eſt nequiſſimæ leuitatis, & grauibus viris indigniſſimum. in caupona bibere, & comeſſe, ne frugi quidem ſeruum ſuſtinere refert Iſocrates. Areopagitæ vetuerunt ad Areopagum quendam accedere, qui in caupona pranſus eſſet. *Athen. l. 13.*

## LXXVI. VRNA BELI.

*Auaritia.*

XErxes Darij filius, effoſſo vetuſti Beli monumento vitream vrnam reperit, vbi iacebat in oleo cadauer, non tamen plena fuit vrna, vacuumque ſummis labris ferè palmæ ſpatium habuit. Adiacebat vrnæ columna exigua, in qua ſcriptum continebatur, eum qui ſepulchrum aperuiſſet, neque repleuiſſet vrnam, peſſimè habiturum. Quo lecto Xerxes expiauit, & oleum celerrimè iuſſit infundi, nunquam tamen, licet ſumma vi niteretur, explere potuit. *Ælian. l. 13. cap. 3.*

APODOSIS.

Auaritiæ inſatiabilitas. Belus primus fuit, qui cupiditate ardens rem communem ſibi propriam fecit. Itaque & demortui vrna natans in oleo ſignanter oleum ſitit, nec vlla ratione expleri poteſt, quod inexplebilem cupiditatis ſitim ſignificat. *Multo concitatior eſt auaritia in magnarum opum congeſtu collocata: vt flammæ infinito acrior vis eſt, quo ex maiore incendio emicuit.*

FINIS.

# INDEX HISTORICVS IN POLYHISTOREM
## SYMBOLICVM.

*Prior numerus librum, ſecundus Symbolum ſignificat.*


Abies 9.57
*Abydenus ſtultus* 4.1
*Acephalus ſtella* 1.17
*Accipiter ab Ardea ſuperatus* 6.1
*Acanthis in ſpinis* 6.2
*Achates* 11.15
*Achates Pyrrhi* 11.16
*Adamas à ſummo Hebræorum Pontifice geſtatus* 11.14
*Adonidis templum leones manſuetos faciens* 2.5
*Adonidis piſcis* 8.9
*Adulteri lana coronati* 5.55
*Æginetarum ſepulchrum* 5.1
*Ægyptiorum funeratio* 5.2
*Ægyptiorum ſceleſtus* 5.3
*Ægyptiorum Saites* 5.6
*Ægocephalus* 6.3
*Ægyptiorum victima* 5.7
*Æneanes* 5.13
*Ænetus Quinquertio* 4.6
*Æſculapij imago* 2.6
*Æſopodori cenſura* 3.17
*Æthiopes Solem Orientem deteſtantes* 5.8
*Æthiopibus Chriſtianis vas aureum terra refertum præfertur* 9.41
*Æthiopum Chriſtianorum mos* 5.4
*Æthiopum cadauera* 5.9
*Ætites & Gaſidanes* 11.17
*Ætnæi fratres* 3.8
*Ætnæus piſcis* 8.8
*Africani viatores gallum ferunt aduerſus Baſiliſcos præſentiſſimum remedium* 6.57
*Africæ inuocatio* 5.79
*Agaſiclis Tripus* 3.9
*Aceſſæus* 4.2
*Agriophagorum & Sambrorum rex* 5.10
*Agnus herba* 10.1
*Agnus Tanagræus* 7.1
*Ay vox* 2.7
*Alagabalus* 11.9
*Albanorum mortui* 5.11
*Albanorum victima* 5.12
*Alban animal* 7.2
*Albula* 1.29
*Alces vngula* 7.3
*Alcyon* 6.5
*Alectoria* 11.18
*Ales venator* 5.7
*Alexander Lyſippi* 3.10
*Alexandri thus* 3.11


*Ale-*

*Alexander cum Baccho moriens expoſtulat* 4.3
*Alpheſtæ* 8.10
*Alphora* 8.11
*Amianthos* 11.19. & 11.20
*Amnes quatuor paradiſi* 1.27
*Amnochryſus* 11.12
*Amoris deſcriptio* 2.18
*Amphiarai telum* 12.3
*Amphodites Xenocratis* 12.2
*Amygdalum* 10.2
*Anachoretæ prudens factum* 3.12
*Analecta deorum colligenda* 2.4
*Anaxander* 4.4
*Anaxenor in Iouis purpura* 4.5
*Androdamas* 11.22
*Angeronæ* 2.12
*Angylæ* 5.15
*Anguillæ Padi* 8.12
*Anguillæ ſobrietas* 8.14
*Anguillarum piſcatores* 8.13
*Animalcula Phædonis* 9.5
*Annuli Iarchæ* 11.66
*Annulus Helenæ ſeu Aſterites* 11.65
*Annulus Salomonis* 11.67
*Anoſtus* 1.72
*Anſer lauro inimicus* 6.8
*A[illegible] Tauri montis* 6.9
*[illegible] ad Muſicam* 4.7
*Anthiæ & Sacri ſocietas* 8.16
*Anthias ſacer piſcis* 8.15
*Antiochi* ὑγίεια 3.13
*Antiochi nummus* 2.73
*Anthracites* 11.23
*Antonius Salomoni dictus* 4.44
*Antonij antrum Bacchicum* 4.8
*Aræ Cyſſiorum* 12.5
*Apellis venuſtas* 3.14
*Apellis & Protogenis tabula* 1.2
*Apes Teuthrantis* 7.4
*Apes vnguentis infeſtæ* 9.6
*Apicius* 4.9
*Apum direptio per fumum* 9.7
*Apollo auritus* 2.9
*Apolloniatarum regio quam ignis non lædit* 1.73
*Apollinis Spondij ara* 2.10
*Apollodorus pictor moroſus* 4.61
*Apus ſiue auis Paradiſiaca* 6.78
*Apuſcidamus* 1.31
*Aqua Ciceroniana* 1.37
*Aquila ad Cornices* 6.11
*Aquilæ fel* 6.12
*Aquilæ oua in pelle vulpina* 6.13
*Aquilæ iuuentus ex Sadaia* 6.14
*Aquila inter pſittacos* 6.15
*Aquilæ pullus vnus* 6.16
*Aquila à Polypo domita* 6.17
*Aquila pullum eijciens* 6.18
*Aquilæ pennæ* 6.19
*Aquila Imperatoris auream pyræ inſidens* 6.20
*Aquila Iouis* 6.21
*Aquila meſſoris* 6.22
*Aquila alba Pythagoræ* 6.23
*Aquila Seſti* 6.24
*Aquila Stellaris Taurum vexans* 6.25
*Aquila Tilgami* 6.26
*Aquila Valeriæ lupercæ* 6.27
*Aquitanorum regum imperium* 5.16
*Ara muſarum & ſomni* 2.63
*Ara pura* 12.4
*Arabiæ ſacri* 5.17

 Ara-

Digitized by Google

*Aranea* 9.10
*Aranea Apulæ venenatum Muſica* 9.11
*Aranea Thebanorum* 9.12
*Aranearum venator* 9.13
*Araneus* 6.14
*Arbor Xerxis aurea* 12.6
*Arbor* ἄτυφος 10.3
*Arbor Antiſtrophos* 10.4
*Arbor* ἄτυφος 10.5
*Arbor Hiſpaniolæ* 10.6
*Arbor immortalis* 10.2
*Arbor Indica* 10.8
*Arbor medullæ ferreæ* 10.9
*Arbor Muſa* 10.10
*Arbor Theræ* 10.11
*Arbor Vſpiale* 10.12
*Arbores Indiæ* 10.13
*Arbores lanigeræ* 10.14
*Arbores melliferæ* 10.15
*Arbores Sodomæ* 10.16
*Arbores Solis & Lunæ* 10.17
*Arca Typonis* 12.7
*Archytæ columba* 12.8
*Argiuorum* ἱερεῖς. 5.18
*Arimanus ſponſus* 5.19
*Aricinæ Dianæ ritus* 2.16
*Ariſtomenis aquila* 6.16
*Arnabion* 3.15
*Arotanus* 8.17
*Arrethon* 4.10
*Arundo ramorum Ægyptiarum nodo ſuperior* 9.15
*Arurophylax* 11.24
*Aſbamææ aqua* 1.32
*Aſbeſtos lucerna* 12.9
*Aſclepiades* 3.16
*Aſella Ocni* 2.5
*Aſellus marinus* 8.[illegible]
*Aſellus Thynnorum vexator in tranquillo mari* 7.19
*Aſinus Ambraciotadarum* 7.6
*Aſinus Ammonij* 7.7
*Aſinus balneatoris* 7.8
*Aſinus Mauruſius.* 7.9
*Aſinus Naupliensium* 9.10
*Aſinus Piſtorienſis* 7.11
*Aſinus Sacrorum* 7.12
*Aſinus Tiberij radios emittentis* 7.12
*Aſini albi capite purpureo* 7.14
*Aſini Epri tributum* 7.15
*Aſius lapis* 11.17
*Aſphaltides* 8.33
*Aſphodelus ſolus Gigoniam petram mouet* 10.18
*Aſphodelus vermis* ibi.
*Aſpides Ægyptiæ* 9.17
*Aſpis Ægyptia* 9.16
*Aſaſſinorum paradiſus nefarie ridiculus.* 1.25
*Aſterias* 6.6
*Aſtuiz* 8.10
*Aſtomi* 4.11
*Aſturco Neronis* 7.16
*Aſtures* 6.18
*Atergatidis piſces* 4.12
*Athanatos* 4.13
*Athenienſium iudicum oratoria ſubſellia* 5.10
*Athletæ* 9.[illegible]
*Attagen* [illegible]
*Attagenes Ægyptiorum* [illegible]
*Attilus & Clupea* [illegible]
*Aues Caſiæ* [illegible]
*Aues Diomedea* [illegible]

Aues

Digitized by Google

Aues Hercyniæ 6.35
Aues contra Solis insidias munitæ 6.36
Auguſtus ludens cum Aquilis 3.19
Auguſtus puer ranis ſilentium imponens 3.20
Auis Caſpia 6.32
Auis Singios 6.33
Aurata piſcis 8.22

B.

BAaras 8.6
Babylonij muri 12.10
Bacchi moderator pluuius Iuppiter 2.40
Bacchi recti ara 2.15
Bacchi templum 2.14
Bacchus Tauromenitenſis Trapezine 12.11
Balæna cum maſculo 8.23
Balearicorum victus 5.22
Balſama Arabiæ 10.20
Balſamum 10.19
Barbarorum noui orbis mos 5.23
Baſilicum 10.21
Baſiliſcus Ægyptius 9.18
Baſiliſcus ad ſpeculum moriens 9.19
Bazanus 9.48
Berneca ſeu Barliathes 6.37
Beſtiola Gontrani Regis 9.20
Bocchyris 3.21
Bœoticorum oraculum 5.21
Bœotiæ lacus 11.34
Brachmanum auditorium 5.24
Bremus 3.57
Breielij fons 1.35
Bos Suſis 7.17
Boues Neurici 7.18
Bupreſtis 9.21

C.

CAlanus 3.22
Calani corium 3.23
Calceus Rhodopes 12.12
Callionymus 8.24
Caligulæ cerui aurei 4.14
Caligula pro Baccho ornatus iura reddens 4.15
Caligulæ caput in Iouis corpore 4.16
Caligulæ palma 4.17
Caligulæ templum 4.18
Caligulæ triumphus 4.25
Caligulæ equus incitatus 7.15
Caliphas in auro perijt 4.24
Calumniator 11.77
Cambles 4.19
Camelus 7.19
Canathus fons apud Argiuos 1.66
Cancer 8.25
Canis Æſculapij 7.20
Canis ad Nilum 7.21
Canis vomens 7.22
Cannæ Apologus 6.39
Cantharis 4.20
Capito piſcis 8.26
Capra gladium 7.23
Capra Indica ad Cinnamomum 7.24
Capra oliuam 7.25
Capri 6.38
Caprificus 10.22 & 23

Car-

Digitized by Google

Carbunculus 11.25
Carintiorum ritus in Creando Duce. 5.31
Caroli Ducis ſymbolum 10.4
Carthago placenta 12.13
Caſtellum Taurinenſe 12.14
Catus à pica deuorata ſtrangulatus 7.26
Κατακεκαυμένους vitis 1.36
Cauniorum Theomachia 5.25
Cedebant apud virorum fortium ſepulchra abnectabant 3.39
Celeberorum equi 7.32
Cepphus & Larus 6.69
Cepus 8.27
Cereus ſpinoſus 10.14
Cerotium manicularij 5.26
Cerigonum catuli 7.27
Ceron & Melas 1.36
Chalcidica cœnæ procemia 5.27
Charadrius 6.79
Chareus ſtratagemata 3.24
Chelonites 11.26
Chernites 11.27
Chorea Lapponum 9.52
Choſrois cœlum 1.5
Chryſaconios 11.28
Chryſelectrus 11.29
Chryſopole 10.25
Chryſopraſtus 11.30
Cicada Eunomij 9.22
Cicadæ Rheginæ & Locræ 9.23
Cicadæ ingenium 9.28
Ciconia Tarentina 6.40
Ciconiæ 6.41
Cimmerij 5.28
Cindacullus mons 1.68
Cindiorum oraculum 5.30
Cippi cornua. 3.25
Cithara herba 10.26
Citharœdus Iaſſiorum 4.21
Citharœdus piſcis 8.28
Cizici fons 1.38
Claua leoni inſidens 12.15
Cleon larus donorum 6.69
Climacides. 5.29
Clitor fluuius 1.39
Cliti Amorgos 4.32
Clypeus Herculis aureus in templo Sapientum 12.16
Clypeus Laconis muſcifer 12.17
Cœlum maieſtatis & regij animi dominatus ſymbolum 1.5
Cœlum ſori Babylonici 1.6
Cœnipetarum ſeruitus 5.59
Columbæ vnguentatæ 6.43
Colũba deſignant Voluptuarios 9.3
Columba gemmis picturata ad Idolum Veneris 6.42
Comates 3.26
Conchæ ſenſus 8.29
Congi Rex equinam caudam ex humero pendentem geſtat 11.47
Copronymi fœditas 9.62
Cor Germanici 1.7
Cor 3.4
Cor in anchorali fune 3.5
Cordylus 8.30
Coriandrum 10.27
Corinthiorum ritus in creando duce 5.31
Cornicula Socratis 6.46
Cornix Marretis 6.44
Cornix procul à Parthenone 6.45
Corona Dauidis ex auro Melech


Digitized by Google

b 12.18
rona ſolis & Lunæ ſpecie 4.
75
rui 6.49
rui albi Iſlandiæ 6.15
rui φιλοσοφία 6.52
rui Delphicæ Mineruæ 6.51
uus marinus 6.47
uus Simarum venator 6.48
ta noctuarum expultrix 1.
4
enſium leges Muſicæ 5.32
odili catulus 8.33
odili & canis Apologus 7.
1
odilus Ibidis penna retarda-
tus 8.31
odilus ad palmam religatus
.32
odilus ad Suem 8.34
is potentia 10.4
lus Iunonis 6.54
x 9.24
es leonem 9.25
do Ægyrenſis 7.17
do κεραινοφόρος 2.18
do Pori & pauperiatis filius
19
linis telum in Dianæ tem-
pendens in vacuo 4.38
ſſus blattas non ſuſtinet
.28
ſſus Veſpaſiani 10.29
us auis 6.55
s 6.56
anes 4.23
cephalus 7.28
batus 10.30
Cyriager 3.27
Cyri Tibicen 3.28
Cytharus 8.35

D.

DAr 11.31
Delpines Cærani 8.38
Delphini 8.40
Delphinus 8.36
Delphinus anchora implicatus 8.37
Delphinus ſemper mouetur 8.39
Demadis Athenæ 3.29
Demetrij ſtatuæ in matulas con-
flatæ 4.24
Democharis 4.15
Democriti Dij pœna & beneficium
2.2
Dexicreontis aqua 4.29
Dialecticæ deſcriptio 9.24
Dialis Religiones 5.33
Diana Cyndias 2.20
Diniæ cœlum terrenum 1.7
Diogenes Epicureus Sacerdos vir-
tutis 4.27
Dionyſius in aqua 11.32
Dionyſij columbæ 4.28
Dionyſij filiæ 4.29
Dipſas 9.26 & 27
Diradis ſacerdos 3.30
Dodecatheos 10.31
Domitiani cœna funebris 3.31
Dorionis votum 4.50
Draco marinus 8.41
Draco aues compeſcens 9.28
Draco Cretenſis 9.29
Draco necans Elephantum & vi-
ciſſim à mortuo peremptus 9.30
Draco à formicis conſūptus 9.31
Dracones barbati 9.33


Digitized by Google

*Draconibus Indicis coccum auratum rete* 9.35
*Draconis cor comedens* 9.32
*Draconum mala gramina* 9.34
*Dryinas* 9.36
*Dyndimenes ſimulachrum* 2.21

E.

*Echini partus* 7.48
*Echinus* 7.47
*Echinus Laconis* 8.43
*Echinus marinus* 8.44
*Escadaſtes pugnans in placentas* 4.31
*Electrum* 11.33.
*Elephanti geminus* 7.37
*Elephanti hordeum* 7.38
*Elephanti lingua* 7.39
*Elephanti litteræ* 7.40
*Elephanti partus* 7.43
*Elephanti potus* 7.44
*Elephanti* Ptolomæi 7.45
*Elephantinus ager* 10.11
*Elephantis adeps* 7.31
*Elephantus* 7.29
*Elephantus Aiax* 7.32
*Elephantus Aiax honore ſpoliatus moritur* 7.33
*Elephantus caduco trunco innixus* 7.34
*Elephantus draconem mortuus occidit* 7.35
*Elephantus gemina corde* 7.39
*Elephantus ad Muſicam* 7.41
*Elephantorum purificatio* 7.46
*Elephantorum olea* 7.42
*Elephas ad aſpectum Virginis mitescit* 7.30
*Elias flamma enutritus* 11.35
*Ellebori 22. potiones bibit Eudemus.* 7.95
*Eliſij Turcarum campi* .17
*Enalli emerſio* 3.32
*Enydros reſurrectio* 8.32
*Epheſiorum edictum* 5.34
*Epicteti dictum graue* 5.73
*Epidotes leonem calcans* 2.22
*Equa Phidolæ* 7.49
*Equi* Celtiberorum 7.52
*Equi Volſilupi* 7.53
*Equites à balneo* 5.33
